UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ECCLESIASTICAE || DISCIPLINÆ || LIBRI SEX:|| DE CANONICA ET MO-||nastica Disciplina collapsa restau-||randa, pristinoq́ue nitori || restituenda.||

Schulting, Cornelius

Coloniae Agrippinae, 1599

VD16 ZV 14233

urn:nbn:de:hbz:466:1-63372

Visual Library

Th. 4843.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M
1
42

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ECCLESIASTICAE

DISCIPLINÆ

LIBRI SEX:

Soc. Jesu Paderborn.

DE CANONICA ET MONASTICA Disciplina collapsa restauranda, pristinoque nitori restituenda.

AD S. D. N. CLEMENTIS VIII. encyclicas, seu paræneticas literas.

In quibus vera florentis aut corruentis Ecclesiæ caussa ex omni genere scriptorum dilucidè & copiosè explicatur.

Studio & opera D. CORNELII SCHULTINGII STEINWICHII, *S. Theologiæ Licentiati, ac publici Professoris; Coloniæ ad S. Andream Canonici, & G. L. R.*

Collegij Societatis Jesu

COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Apud VVilhelmum Lutzenkirchen.
ANNO M. D. XCIX.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



REVERENDISSIMO AC ILLVSTRISSIMO

IN CHRISTO PATRI AC DOMINO

VVolffgango à Dalburgh Ecclesiæ Moguntiacæ Archiepiscopo sacri Romani Imperij Archicancellario, Principi Electori patrono ingiter obseruando.

REVERENDISSIME ac Illustrissime Præsul Mecænas plurimum colende. Pastoralis officij, quod in Ecclesia Catholica Archiepiscopi exercent, magnam quidem dignitatem & præstantiam esse, at non minorem curam & sollicitudinem, vt ipsum etymon nominis Episcopi & Pastoris satis nobis euidenter demonstrat optimè C. V. intelligit. Sanè S. Gregorius onus pastorale seu curam animarum artē artium appellat, & scientiam scientiarum, & iustissimè profectò. Nihil enim præstantius aut difficilius, quam oues ratione præditas, quas Christus in ara crucis suo sanguine redemit, à terrenis pascuis ad cælestia, à caducis

bonis ad sempiterna gaudia diuina adiutrice gratia perducere, atque Disciplinæ Ecclesiasticæ freno (qua de caussa Prælatorum tot genera in Ecclesia instituta sunt) gubernare atque in officio continere. Quod si S. Patriarcha Iacob cum soceri sui greges custodiendos suscepisset, tanto studio & vigilantia eo in munere versatus est, vt diceret die noctuque æstu vrgebar gcluque, fugiebatque somnus ab oculis meis, quid tandem æquum est facere eos, quos Deus posuit custodes populi sui, & quorum fidei non viles ouiculas sed precioſas animas emptas precio magno credidit & commendauit. In tam sublimi specula Christianæ Reipublicæ C. V. constitutã, nec magnitudo oneris nec virium suarum infirmitas deterret, sed magis diuini auxilij spes roborat. Memotiæ semper eius obuersatur, quod à sapiente scriptum est Prouerbiorum capite vigesimoseptimo. Diligẽter agnosce vultum pecoris tui tuosque greges consídera: quamlibet fidelis sit operarius

Genes. 31.

rarius in domo Domini & zelator ardens Disciplinæ & legis Dei, tamen omninò fatendum est, propter rerum humanarum infirmam & imbecillem conditionem, nisi assiduò fulciantur, eædem facilè ingenita sua debilitate prolabuntur & corruunt: quare frequenter publicas & priuatas admonitiones, increpationes, correctiones ex paterno affectu atque intimis cordis feusibus adhibere commemoratur. Quod enim contingit in re familiari, vt si paterfamilias fundos suos perlustret, eorum culruræ incumbat, à villico, à seruis frequenter rationem eorum quæ ab eis geruntur, exigat, dubio omni procul cuncta rectius ac diligentius administrantur, magna cum vtilitate & fructu: idem quoque euenit in hac spirituali cultura. Si enim spirituales cultores, quod sui muneris est, præstent, si plantent, serant, rigent, si prout est necessarium, horrentur, arguant, obsecrent, increpent, modò in virga, modò in spiritu lenitatis, in omni

patientia & doctrina. Si quod caput est, forma fiant gregis ex animo, seipsos præbeant exemplar bonorum operum, profectò fidelis est Deus, qui incrementum sationi, plantationi eorum dabit & laboribus benedicet, vt animabus Domino Christo lucrandis fructus vberrimos referant. Celsitudinem vestram in eo spiritualis culturæ exercitio continuò sine vlla intermissione versari lætor, optimè enim perspicit curam animarum perpetuam quandam visitationem requirere. Semper ager dominicus excolendus, semper noxiæ, quæ succrescunt, herbæ euellendæ, etiam fructuosi palmites purgandi vt Saluator noster docuit, quo fructum vberius adferant; semper vigilandum ne dormientibus præfectis inimicus homo in medio tritici superseminet zizania. Scriptum est enim, Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis tuæ: & domum tuam decet sanctitudo, Clerici verè illius milites esse agnoscantur, cui nomen dederūt, verè

Psal. 92. 25.

verè Canonici sint & ex Canonum Disciplina vitam degant, sint sal viuum & efficax, ne sal infatuatum conculcetur ab hominibus. Etenim si populus peccauerit, orabit pro eo sacerdos, sed si peccauerit sacerdos, quis orabit pro eo? legimus in diuinis scripturis de filijs Heli sacerdotis, quod eorum peccatum grande erat nimis coram Domino, quia detrahebant homines sacrificio Domini. Disciplinæ igitur negotium sic curæ est Celsitudini Vestræ, vt non solum ipse, in quem cæteri intuentur, & qui patris & magistri officium gerit, omni pastorali laude exeellat, sed etiam illi, qui circa ipsum sunt familiares, consiliarij, ministri pietatem suam imitentur, & omnes qui Duce & Vexillifero Christo sub signis S. Celsitudinis in Metropolitana ciuitate & tota Diocæsi militant, castissimè viuant, bonus odor sint, atque ita vnguentum sanctitatis descendat à capite summi sacerdotis in barbam & in vestes vsque ad extremam oram vestimenti populi fi- 1. Reg. 2.

li fidelis. Vigilat igitur zelo domus Dei incensa, Ecclesiam Dei gerit in visceribus suis, & charitatis affectu complectitur, vt in bonis operibus vestris abundet consolatio subditarum ouium. Celsitudo Vestra sancti Spiritus impulsu excitata, etiam classiuo Pontificis accedente communicato consiiio cum Reuerendissimo S. Sanctitatis Nuncio viro præstantissimo doctissimo & zelosissimo Coriolano Aufferensi Episcopo, de exequutione seria Disciplinæ Ecclesiasticæ, quam fructuosissimè & celerrimè deliberauit collatis consilijs & consociata auctoritate, non dubitandum erit, quin inde Domino benedicente ante omnia magna fidelis populi & cleri ædificatio sit subsequutura. In omnibus laborat, ministerium implet, vt cum in tremendo iudicij die apparuerit Princeps pastorum, & ipse à pastoribus requiret gregem suum de manibus inquam eorum, nõ inter seruos desides & malos, sed cum bonis & fidelibus Archiepiscopis annu-

annumeretur, & percipiat immarcessibilem gloriæ coronam, intret in gaudiũ Domini sempiternum, & non breuem huius seculi laudem, sed perpetuam & solidam gloriam æternitatis consequatur. Quod autem Celsit. vestræ hunc librum inscripserim pietatis & gratitudinis officium necessariò à me sic efflagitabat. etenim antè annos penè duodecim cum Confluentiæ Archiepiscoporum trium Rhenanorum principum Electorum conuentus haberetur, is qui nomine summi Pontificis præerat Reuerendissimus Nuncius Episcopus Vercellensis patronus meus meo nomine obtulit Reuerendissimæ C. V. Hieronymianam confessionem qua accepta adeò magnificio honorario me Celsit. V. affecit etiam S. Celsit. non esset inscripta, vt ingratus sim meritò habendus si memoria mea tãtum beneficium excidere patiar. Impulit me quoq; ea necessitudo, quæ inter Rodolphum Agricolam conterraneum meum tanquã præceptorem & Ioannem Camera-

rium Dalburgum Episcopum VVormacienſem veſtræ familiæ & nominis virum insignem ac columem toti mundo adhuc celebrem interceſsit, nec dubito quin Celsit. Veſ. quo maiori fulget honore, eo etiam maiori affectu feratur erga literatos& literas, vt veterem Ioannem Cameriarium Dalburgium longè ſuperare contendat. Auctoritas Dalburgij Agricolam Heydelbergam pertraxit, erat enim ante ſuſceptum Episcopatum Cācellarius Comitis Palatini. Rodolphus in epiſtola ad Iacobum Barbyrianum vocat Ioannem Dalburgium hominem apprimè nobilem atque egregiè eruditum,& ſibi longa vitæ conſuetudine, ſumma beneuolentia, ſummo ſtudiorum conſenſu, charum atque perinde deuinctum,ait orare illum& hoc à ſe ſummoperè contendere, vt ad ſe veniret,quam primùm id facere poſſet, acturum ſecū ea fide, ea beneuolentia, quam iam pridem experimento compertum haberet, munificentia verò tanto propenſione futurum,

rum, quanto paratior iam sibi eius facultas esset, quam antea fuisset. Curaturum se & omni enixurum opera, vt intelligeret non sibi magis ipsum honore, rebusque auctum esse, quam illi, diuisurumq; cuncta secum (& quæ lex amicitiæ apud veteres sancita est) omnia eos communia habituros, qua in re Rodolphus morem gessit. Cùm autem Ioannes Camerarius Dalburgius Episcopus VVormacienſis Orator & legatus missus esset ad Innocentium 8. Pontificem Maximum nomine Illustr. Philippi Comitis Palatini Rodolphum Comitem sibi adiunxit, qui nomine ipsius gratulatoriam illã præclaram orationem habuit ad Innocentium 8. quæ hodie adhuc inter Rodolphi lucubrationes exstat. Ioannes autem Camerarius Dalburgius incomparabili præceptori suo post obitum tria græca & quatuor latina doctissima Epitaphia posuit, quæ ante easdem lucubrationes referuntur. Tãtum verò Vest. Celsit. Ioannem Camerarium Dalburgiũ auctoritate & maiestate

ieſtate excedit, quantum Archiepiſcopus Moguntinus Romani Imperij Archecancellarius, Epiſcopo & ſuffraganeo ſuo VVormaciſi anteſtat ac præeminet. Cùm autem omnium anteceſſorum ſuorum iam inde à Creſcente primo D. Pauli Apoſtoli diſcipulo vſque ad nouiſſimũ præſtantiſſimum antiſtitẽ Danielem Brendell de Hombergh impreſsis veſtigijs inſiſtat, tum verò præcipuè tanquam in ſpeculũ intuetur in tres meo iudicio longè omnium excellentiſsimos, Bonifacium, Rabanum Maurum & Albertum ſecundum Marchionem Brandeburgenſem Ioannis Marchionis Electoris filiũ Ioachimi primi electeris fratrem Archiepiſcopũ non modo Moguntinum, ſed & Magdeburgenſem totius Germaniæ Patriarcham & Primalem Halberſtaten ſis item Epiſcopatus adminiſtratorẽ à Leone confirmatum & ab eodem galero Cardinali tio donatum. Bonifacij totius ferà Germaniæ & Friſiæ Apoſtoli & Martyris zelum ardentiſſimum

simum flagrantissimamque pietatem Rabani Mauri summam exquisitissimamque doctrinam, cui teste Trithemio nec Italia similem nec Germania æqualem suo seculo peperit, polygraphum, diuinum sacrarum literarum interpretem, Alberti secundi tempore exorientis Lutheranismi potentiam, magnanimitatem, παρρησίαν & in diuino cultu, disciplina sacraque Catholica doctrina propugnanda insitũ ardorem effingendum imitandumq; sibi proposuit. Nihil hic addo de præstantibus ingenij vestri dotibus, nihil de facundia singulari iuncta prudentia rerum Germanicarũ toties in Comitijs spectata, nihil de morum grauitate, prudentia Oeconomica. Pari igitur obsecro animi gratitudine & affectu hos libros de Disciplina, qui cõtinent conseruandę Ecclesiæ neruum, firmamenta, artus & robora, excipiat quo ante an. 12. ex manibus Reuer. Ioannis Bonhomij Episcopi Vercellẽsis Nuncij Apost. patroni mei Confluentiæ in conuentu trium Archiepiscop.

Prin-

Principum Romani Imperij Electorum Hieronymianam Cõfessionem benignissimè accepit, alacrioremque me reddat ad Commentariorum Ecclesiasticorum de diuinis officijs 4. tomos, Animaduersiones contra Ioannis Caluini 4. libr. Institutionum, Synhodorum Belgicarum & Gallicarũ, Caluinisticarum de Disciplina confutationes & Syntagmata Antiquitatũ Ecclesiasticarum in lucem breui ad honorẽ nominis sui proferenda Deus Optimus Maximus Vestram Celsit. ad ordinatissimam & tranquillissimam gubernationem suæ Ecclesiæ Moguntiacę diutissimè sanam & incolumem conseruare dignetur. Datum Colonię Agrippinæ ex ædibus meis in Collegio S. Andreæ, Anno Domini 1598. ipsis Kalend. Iunij.

Vestræ Reuerend. & Illust. Celsit.
humillimus cliens

Cornelius Schultinge
Steinvvych

METHO-

METHODVS, ORDO, ET DISPOSITIO SEX LIBRORUM de Disciplina.

Libri primi capita viginti sequenti ordine dispositi.

1. *De causis impellentibus ad hoc opus conscribendum quasi prafationis loco.*
2. *De Definitione Disciplinæ ex B. Cypriano.*
3. *Quam multa postulentur ab eo, qui hoc argumentum accutatè perpurgare conatur.*
4. *Continet enumerationem variorum auctorum, qei de hoc vel simili argumento aliquid literarũ monimentis tradiderunt, quorum tamen nullum auctor sequutus est sed omnia noua & peculiaria inuenit.*
5. *De voce & Etymologia Disciplinæ.*
6. *Ex neglectione Disciplinæ omnia mala atque hæresin in Ecclesiam inundasse.*
7. *De Methodo seruauda in tractatione argumenti de Disciplina Ecclesiastica.*
8. *De Disciplina ordine ex prolatis grauissimis testimonijs Patrum & Doctoruus Ecclesiæ ac inprimis hoc capite Clemẽtis Romani & Cypriani.*
9. *Adduntur discipulo Cypriano testimonia magistri Tertulliani.*
10. *Disciplina ex operibus Basilij Magni.*
11. *De eadem materia ex operibus B. August. selecta.*

12. Sele-

12. *Selectissima loca D. Chrysostomi de eadem.*
13. *Ex omnibus operibus B. Hieronymi copiosè.*
14. *Ex scriptis & libris B. Ambrosij*
15. *Ex Christiano Cicerone Lactantio.*
16. *Ex omnibus operibus Gregorij* Magni *primi eius nominis Pontificis.*
17. *Ex operibus Leonis Pontificis re & nomine Magni.*
18. *Ex Pauli Orosij Orchestra.*
19. *Ex omnibus operibus S. Bernardi.*
20. *Continet Miscellanea & varia ex diuersis.*

Libri secundi capita quatuordecim.

1. *Ex Conciliis Oecumenicis Ephesino, Constantinopolitano Lateranensi, Basiliensi, Ferrariensi.*
2. *Ex Conciliis particularibus antiquissimis Ancyrano, Neocaesariensi,* Arelatensi 1. & 2. *Carthaginensi primo, Romana Synhodo tertia, ex Concilio Antiocheno, Laodicensi, Valentino, Telensi, Carthaginensi secundo, tertio quarto, Taurinatensi, Toletano primo, Mileuitano, Aphricano, Rhegiensi Agathensi.*
3. *Ex Decreto Iunonis, Concilio Arausicano, ex Codice Decretorum librorum sexdecim, ex Concilio Vasensi primo, Carpentoracensi, Arelatensi 3. & alio Arelatensi, Venetico, Turonico 1. Taraconensi, Epaunensi, Romano primo, Romano tertio, quinto, sexto.*
4. *Ex Concilio Ilerdensi, Valentino Hispaniæ, Aurelianensi 1. Cæsaraugustano, Synhodo quadam Hiero-*

Hierosolimytana, Aurelianensi secundo, tertio, Aruernensi, Aurelianensi quarto, Turonico secundo, Parisiensi primo, Aurelianensi quinto.

3. Ex Concilio Parisiensi 3. Toletano 3. Matisconensi 1. 2. Romano 1. Antisiodorensi, Hispalensi 2. Toletano 4. 5. 6. Bracarensi 1. 2. Toletano septimo, octauo.

5. Toletano 10. Cabilonensi, Toletano 11. Bracarensi 3. Toletano 13.

6. Ex Concilio Romano sub Gregorio 3. celebrato, Synhodo Francica, Concilio Turonẽsi, Cabilonensi, Aquisgranensi primo, VVormatiensi, Romano sub Nicolao 1. Moguntiacensi 2. Triburiensi, Salegunstadiensi, formula Visitationis Diocæsis Colonensis.

7. Interrogationes 88. faciendæ in Visitatione ex Burchardi Decretis. Ordo Visitationis ex Rhotomagensi Concilio.

8. Ex Morum Decretis, Concilio Colonensi. Ex alio Concilio Colonensi. Ex Reformatione Cleri Germaniæ.

9. Ex Statutis Synhodalibus Episcopi Hildesemensis.

10. Ex Formula viuendi Canonicorum & Vicariorũ Ex Actis Synhodi Augustanæ, Ex Synhodo Treuerensi, Ex Decretis Concilij Prouincialis Colonensis.

11. Rursus ex Decretis Concilij Prouin Colonensis, Ex Decretis Stephani Papæ & Eutychiani, &

Gaÿ Papæ & Innocentÿ, Cœleſtini, Leonis, Hilarÿ, Simplicÿ, Fœlicis tertÿ, Gelaſÿ primi, Pelagÿ 2. Gregorÿ 1. Nicolai 1.

12. Ex prima parte Decretorũ, id eſt, Diſtinctionib.
13. Ex ſecunda parte Decretorum hoc eſt Cauſis & quæſtionibus.
14. Ex tertia parte Decreti De Conſecratione.

Libri tertij de Diſciplina cap. 24.

1. Quod quatuor Monarchiæ per Diſciplinæ obſeruationem efflorverint, & per eiuſdem neglectionem penitus interierint.
2. Hiſtorica narratio de Concilÿs Reformationum ac Diſciplinæ.
3. De Diſciplina Monaſtica.
4. De diſciplina Cluniacenſium.
5. De Diſciplina Præmonſtratenſium ex Statutis eorundem.
6. De exercitio Diſciplina per annuas circuitiones Præmonſtratenſium.
7. De Viſitationibus & Inquiſitionibus in Ordine Præmonſtratenſium.
8. De Regulis Monaſticis.
9. De diſciplina Franciſcanorum
10. De Capitulis culparum apud Franciſcanos.
11. De incorrigibilib. debitè cõpeſcendis vel eÿcitẽdis.
12. De Diſciplina Benedictinorum & Bernardinorum eadem.
13. De rigida & ſtricta Diſciplina Carthuſianorum.
14. De diſciplina Canonicorum & Capitulis Diſcip.
15. De Diſciplina Regularium.

16. Ex

18. Ex Bonauentura de sex alis Seraphin.
17. De causis excidij obseruantiæ Regularis
18. De caulis specialibus lapsus ordinum.
19. Ex Bonauenturæ Speculo disciplinæ.
20. De disciplina ex toto veteri testamento & hoc t. ab initio vsque ad libros prophetarum.
21. A primo capite Esaiæ vsque ad cap. 57.
22. A cap. 57. Esaiæ vsq; ad finem testamẽti veteris.
23. De disci. noui testamenti ac primo ex Euãgelistis
24. De disciplina ex epistolis Paulinis.

Libri 4. cap. duodecim.

1. Disciplina Ecclesiasticæq; politiæ Corpus & Methodus ex Decretorum Rapsodijs.
2. Disciplina Romanæ Reipub. comparata cum disciplina Ecclesiast. (militaris
3. De disciplina Ecclesiast. per similitudinẽ disciplinæ
4. Comparatio disciplinæ Ecclesiast. cum disciplinæ græcorum.
5. Illustrata disciplina Ecclesiastica per similitudinem disciplinæ africanæ & Carthaginiensis.
6. Disciplina Philosophica Ciceroniana illustræ à simili Disciplinam Ecclesiasticam. (Ecclesiast.
7. Ex Platonis Philosophia illustratur Disciplinæ
8. Disciplinæ argumentum ex libris Ethicorum & Politicorum Aristotelis exornatum.
9. Disciplina Poëtica nostro instituto accommodata.
10. Disciplina historica Ecclesiasticæ disc. cõformata
11. De disciplina Iudaicæ Synagogæ.
12. De affinib. disciplinæ formis, correptione & correctione fraterna, admonitione, reprehensione.

Libri quinti capita vndecim.

1. De Disciplina Canonica ex iure Canonico deprompta.
2. De Origine antiquitate, Ordine & progressu Visitationum.
3. Quibus temporibus primò cœperit corrumpi Disciplina Ecclesiastica.
4. De Iurisdictione Ecclesiastica cohibitiua Disciplinæ genere.
5. De Origine, potestatis Ecclesiasticæ cohibitiuæ.
6. Cõclusiones paucæ de tota Iurisdict. Ecclesiastica
7. De corrupta Disciplina Lutheranorum.
8. De corruptæ Disciplina Caluinistarum.
9. De libro Rupellæ impresso, Anno M. D. LXXIV. hac Epigraphã. Ecclesiasticæ Disciplinæ & Anglicanæ Ecclesiæ ab illa aberrationis plena è verbo Dei explicatio.
10. De vera Politia Ecclesiastica, quæ de cœlo descendit.
11. De vera origine, antiquitate, primis fontibus Disciplinæ Ecclesiasticæ altissimè repetitis cõtra fundamenta Puritanorum qui ex solis scripturis eam hauriendam arbitrantur.

Libri 6. & vltimi cap. 12.

1. De Disciplina & Politia Ecclesiastica ex Officijs sacris & homilijs quæ in Ecclesijs ex Sanctis Patribus pro Lectionibus legi solent.
2. Continet plura Collectanea ex sacra scriptura, quam antea allata fuerunt de Disciplina.

3. De

3. De oppositis & repugnantibus Disciplinæ.
4. De deploranda neglectione Disciplinæ Ecclesiasticæ in Ecclesia Catholica.
5. Quonam tempore Disciplina Ecclesiastica magis floreat pacifico, an persequutionis.
6. Ob neglectam nonnihil Disciplinam non statim deserendam esse Catholicam Ecclesiam.
7. Latitudo & amplitudo argumenti de Disciplina.
8. De corrupta olim Romanæ Curiæ disciplina querelæ & testimonia auctorum quatuordecim integra diuersa nominata volumina.
9. De Comparatione Scholasticæ Disciplinæ & Ecclesiasticæ.
10. Disciplinæ Ecclesiasticæ exequutores Prælatos malis fere semper inuisos esse & exosos, minis tamen & metu non oportere terreri.
11. De modo & forma instituendæ Disciplinæ.
12. Varia & Miscellanea de Disciplina ex decẽ grauissimis auctorum scriptis & diuersis libris & tractatibus nostro argumento subseruientibus, ac primo ex 3. lib. Rhenati Choppini IC. de sacra Politia remissiuè, Alphonsi à Castro duobus libris de Potestate Legis Pœnalis ex septem Partibus Archiepiscopalis Bononiensis Illustriss. Cardinalis Gabrielis Paleotti, ex Partitionibus Iuris Canonici Georgij Tholosani, Antonij Cucchi Pandectis, Iuris Canonici, ex tribus partibus Actorum Ecclesiæ Mediolanensis sub Carolo Borromæo, ex auctoribus de variis Statibus hominum, de Casibus

conſcientiæ, &c. ex libris octo Thomæ Bozÿ contra impios Politicos ex Summa Eccleſiaſticæ Diſciplinæ, ex Conſtitutionibus ſex Synodorum Mediolanenſium vno volumine & ſex libris diſtinctis. Acceſſerunt ad operis Illuſtrationem ſex diuerſæ Præfationes ante ſingulos libros ſingulæ.

CONTESTATIO AVCTORIS AD BENEVOLVM Lectorem.

HVmaniſſimè Lectòr. Etſi ab ipſomet auctore & impreſſore ſũma ſit adhibita diligentia ne errata remanerent, & hi libri quam emendatiſſimi prodirent, tamen non potuit præcaueri, quin correctoris culpa quædam adhuc partim indiſtincta aut malè diſtincta, partim inemendata, imperfecta & κακόγραφα remanſerint. iſta autem errata & nœnos tam paucos & tã exiles fore ſperat auctor, vt ab æquo boni iudicij Lectore facillimè animaduerti, obſeruari & per ſe corrigi poſſint.

IN

IN LIBROS

DE ECCLESIASTICA DISCIPLINA

REVERENDI DOCTISS. VIRI D. CORNELII SCHVLTINGII A STEINVVICH SS. THEOLOGIAE LICENTIATI AC PROFESSORIS COLONIAE, D. ANDREAE CANONICI.

EPIGRAMMATA

Auctore.

GVILHELMO SALSMAN SS. APOSTOLORVM CANONICO.

RELIGIO CORNELIO SCVLTINGIO STEINVVICHIO SVO

contra hostes vindici.

VIrtutum Princeps, eadem Regina sacrorũ
RELLIGIO, sex atque decem velut obsita seclis
Per sacras, CHRISTI dominor cum legibus, aras.
Qua Phabus radios Oriensque, Cadensq; ministrat;
Qua riget Arctous, contrariaq; astuat Arctos.
Rex meus atque Pater non expugnabile robur
Indidit, omnipotẽs CHRISTVS, stabilemq; manere
Perpetuò voluit, nullaque vel arte moueri;
Quanquam etiam contra stent ostia Ditis ahena.
Non minus affectat mea sceptra potentia Auerni
Progenies, homines vultu, lanaq; bidentes,
Corde lupi, fibra Tigres, stomachoque Dracones
Hæreticos dico, desertoresque sacrorum.

Quas non in furias illi transire parati.
Oppugnant mea tecta, simul conuellere certant
Rupe inconcussa positas, immaniter, arces.
Rumpere si possent aditus, adytisq; potiri,
Quid non auderent? Diuos arcessere cælis,
Atq; arcere; Deo Anguimanum prascribere leges,
Arbitriúq; sui cælestia reddere iura.
Ab nostro quoties illudere fœda pudori
Tentaut Soboles Veneris Martisq; cruenti:
(Numina falsa colunt isti hæc duo) fracta libido est
Illorum, nihil in castam potuëre Tonantis
Sponsam, quam fidei CHRISTVS sibi lege iugauit.
Ergo ad Lenones damnat me turba proterua,
Perfida, crudelis, mendax: hinc nominor illis
Iam Regina salax Sodoma, & Babilonica pellex,
Luxurians ostro, Regumq; amplexibus hærens.
Rideo vesanos; quid enim nisi futilis vmbra hoc
Verborum, morbus cerebri, & deliria meotis?
LIBER ijs Deus est: genio atque abdomine turpi
Sacra Deo faciunt; hinc LIBER turba loquendi est,
Quidlibet audendi ius arrogat, omnia turbat.
Non noua iam patior, series antiqua malorum est,
Has priscis ab auis furias hausere; nec vltor
CHRISTVS, amore meo, Vecordes siuit inultos.
Ecce iacent mea lambentes vestigia strati
Stigmate Liligero Gallosodomita perustus
CALVINVS, sub calce mea stridentia vincla
Molitur, multum indignans, Acheronta mouendo.
Subsilit, obluctans superis: quam spiritus illi

Duci-

Ducitur exili circum lymphada suorum
Furba ruit hiscens, cæco immoriens q3 magistro.
Ipsa sui SCHVLTINGE tibi Victoria partem
Debet, in arma fidem propter mea, propter & arma,
Quæ mea tractasti nobis fidissimus vnus.
CALVINVS te sensit atrox, sensere sequaces
Errorum per Cymmerias fax gressa tenebras:
Quando sublimis solio, officioq3 docentis
Arte refellebas docili mendacia vatis
Dira Gebennatum, mendacia mersa Gehenna.
Dumq3 leues auras imitantur verba, nec auri
Discipulorum excepta, fugacia semper inhærent.
Inseris illa libris obituris vndiq3 mundum,
Et subiecta typo ventura in secula mandas,
Quæ tibi nemo fide minuet, non arguet vllus.
Nec fratris laude Lethæa obliuio mergat:
Fama PETRI mihi grata tui Fratriq3 Patriq3,
Vindicis atq3 mei, quantum decus attulit ipse
Præsidiumq3 mihi gratum meminisse, piumq3.
Cardine res inuerso iam meæ cœperat ire;
Vrbs & terra mihi deuota COLONIA pestem
Hauserat; ah princeps sacrorum maximus ille
SEPTEMVIR, nostris contraria ritibus audens,
Iam iam incestabat Diuûm crudeliter aras.
Vrbs dilecta Deo, quamuis interrita, semper,
Virgo, tenax nostri, vigilansq3 pudoris ab auo,
Magnanimis etiam poterat nutare videri:
Illius ast custos, tollendus ad astra Senatus
Illæsam mihi seruabat, nec ab hoste timere

Visus, nec stychios quicquam curare furores.
Hic PETRI *eminuit Constantia, cura fidesq́,*
Tum patriæ, & pietatis amor, studiumq́ sacrorum:
Purpureis coram Patribus, magnoq́ Senatu
Ille meus rigidè pro me certauit Achilles,
Indicioq́ suo fraudes patefecit Auerni.
Præmia digna refert PETRVS *nunc incola cœli:*
Præmia digna feres cum fratre, vt fratris Achatis.

D. HIERONIMVS CORNELIO SCHVLTINGIO CVLTORI suo & amico.

Dixerunt ego quod sim sacri nominis Heros;
Dicis idem cultu vir celebrande meo.
Quem colis, ipse colam, nec eris frustrandus amico,
Inflans Dalmatico cornua plena Seni,
CORNELI. *tecum laudes impertiari istas,*
Non sine te mea laus, tu sine me nec eris.
Viue mihi similis: viuendo scripta probantur;
Vitaq́ maior, quam littera, testis erit.
Viue Dei metuens, viuendo dicta probantur;
Sic meus es cultor, sic eris alter ego.
BETHLEMI *memor esto mei (memor, euge, moneris)*
Nam fugis auratas, nomina magna domos.
Hic & in auspicio locus est tibi clausus, & exsors
Turbarum & luxus, desidiæq́ grauis. (*dam,*
Vt mihi BETHLEMVM, CHRISTI *cunabula quon-*
Mel cum Lacte dedit virginis, atq́ Dei;

Sic

Sic de fonte meo hoc liba: fons DAVIDIS iſte,
Fons CHRISTI: hic panis verus, & vnda mihi eſt:
BETHLEMVM domus eſt panis, Bethlemicus hic fons
Veſcere pane Dei, flumina ſancta bibe.
Hîc præſepe Deo cunas in marmore caſo
Præbuit (ah Tygres tale cubile colant)
Hîc ego multabam ſilicis præcordia tactu,
Erubuitq; meo ſanguine dura ſilex;
Quando recurſabant animo ludibria Ditis;
Vt fibris noxam ſubderet arte meis.
Eſt LAPIDOSA VIA ô STEINVVEG Virtutis ad atra
VICVS & eſt, malis hoc LAPIDOSVS eò:
Viuere perge tibi; à vanis ſubducere turbis;
Diuerte ad ſtudium, quod mihi nectar erat,
Quodq; tibi eſt nectar, non illis faucibus aptum,
Quas non irrorat gratia larga Dei.
Si non Antipodum ſol declinaſſet ad vmbras,
Lunaq; rupiſſet penſa diurna mihi,
Vna dies vitæ, & ſtudij, mortisq; fuiſſet;
Clauſiſſet vigiles mors oculos q; mihi.
Luminibus noſtris exul quoq; ſomnus abiſſet,
Dum veheret cantu gallus ab axe diem.
Mens eadem tibi; reſpondes meritò, atq; labore:
Reſpondet meritis ecce corona tuis.

S. S.

S. S. THEOLOGIA LICENtiato & Professori suo Schultingio.

VErbigena CHRISTO prognata, Tonantis alumna,
Consilij atq; operum conscia sola Dei.
Omnis ab ore meo flumen sapientia ducit;
Numinis Ambrosiam libo propino sacri.
O mea progenies, rerum studiosa sacrarum,
Amplexu matrem cinge fauente tuam.
Huc ades, & venas mecum sectare latentes,
Quas mecum nouit spiritus astra regens.
Tu SCHVLTINGE mihi tot iam deuotus in annos,
Perge Gigantais passibus ire procul.
Vertice diuino sistendus, in ardua cæli
Insere docte caput; culmen habere potes,
Culmen Olympiacum: scribendi parta corona,
Gloria parta tibi, stantq; trophæa tua.
Muneris hoc nostri est, te insignia laurea velant.
Dissili ex palma laurea serta dedi.

D. HIE

D. HIRONYMVS CORNELIO SCHVLTINGIO GRATIAS agit pro concinnata Confessione Hieronymiana.

Cornelianus est honos: CORNELIAE
Ceu filius Latinam adornas gloriam,
Et eruditionem abhinc propagines
In posteros, & posterorum posteros.
Manum mihi admoliris & scriptis meis,
Probauit euentus tuum factum optime:
CONFESSIONIS alta stabit gloria.
Hoc maius admiratione qualibet
Isthinc habes, quod omnia mea congeris,
Scopum quæ eundem finem eundem quæ appetunt,
Vnum in locum, vt nihil supra atq; infra nihil
Restet, relatu prosequi quod debeas.
Annis meis errantium quæ monstra erant
In cœlites, & in Deum ipsum iniuria,
Heu denuò post fata publicum vident,
Et prodeunt rursum huc abusq; Tartaro.
Pharetra seruit hic mea, & iaculamea:
Stridonio petantur ergo fulmine,
In profluentis alueum Danubij
Mei nefanda mergantur capita precor:
Redundet illis Ister ille, corporum
Vorax & impleat profundos gurgites.
In hos meam sententiam hanc intorqueat
Opto Deus Deiq; Iudices vice.

Arma-

Armauit, euge, te tua hæc industria:
Meus, tuusq; feruor impios coquit.
Restat meorum quicquid hoc voluminum,
Sacrum vt penum, in millena diuidis loca,
Et partibus figis, locisq; congruis.
Enucleata scripta mea sic germinant
In æuiterna seculorum tempora,
Et hostium rodent inanes chartulas
Ignobiles, vt alitis, pennas, Iouis
Vicina pluma deuorat, nec sustinet.
Quos mutuæ nunc factiones atterunt,
Facile meorum amor, meus labor premet,
Et ira numinis flagrans cupidine,
Quæ fortitudinis velut cos est sacra.

Grates refero: laboris arbiter Deus
Bonis, precor, remuneret cœlestibus.
Musas cole has sacras, & illices boni.
Sit virium hoc onus, sit virium hic modus.
Vox maior ista Buccinis est omnibus:
SCHVLTINGIVS CONFESSIONEM *protulit*
BETHLEMICI INCOLAE, ET SENIS STRIDONII

D. HIE

D. HIERONYMVS LAVDAT CORNELII SCHVLTINGII OPVS de Ecclesiastica Disciplina.

Magnum opus, & dignum monimentis omnibus aui,
De DISCIPLINA ECCLESIASTICA *tuum,*
Euge, tuis dignum curis, opere hoc opus orbi est.
Res Christiana Disciplinâ nititur.
Cuius neglectu rerum subuertitur ordo,
Nutantq; Fidei Christianae vertices.
Tu reuocas veterum mores praescriptaq; Patrum
Antiquitatis optimae ornamentaq;.
Tu quaesitorum leges ritusq; sacrorum
Produeis in theatrum amans ECCLESIAE.
In melius mores hominum vitamq; sacrorum
Referre conabar pijs hortatibus
Vltricesq; minas à Rege potentis olympi,
Interminabam aduersus impios choros.
Ergo mihi subitò maculas inducere certant
Calumniâ fugillat Vrbs me & Curia.
aduersum erigitur me candidus ordo sacrorum,
Securitate non fruor, verto solum.
Traducant & te nimium sapuisse querantur,
Quasi piacularis est calumnia.
Nemo fidem negat his scriptis, cui integra virtus,
Damnationis calculum nemo feret.
Aude animo & temet sacris seruato nouandis,
In pristinum statum manente gloria.

S. AN-

S. ANDREAS APOSTOLVS

CORNELIO SCHVLTINGIO Canonico suo.

CORNELI patriæ delitium es tua,
Sicut Bethsaidæ gloria cum PETRO
Dicor fratre meo, Christiadûm duce.
ANDREAE obsequijs perdius incubas
Et pernox, rubeo vellere praditus,
Collegis reliquis additus & choro.
Ex vsu Canonum viuere mos tibi:
Prudens simplicitas, & sapientia
Simplex, ingenij est dos & amor tui:
Quamuis exuperas ingenio catum
Acri Mercurium, quod labor impigrè
Sudans condecorat dotibus optimis.
Mauis esse bonus, malo bonos ego,
Horis quam varios omnibus assecles.
Exemplum reliquis ducis in optimum
Istud, ne vitijs dedita pectora
Fastosis, operum sint & inania
Rectorum, & vitijs vsque scatentia.
Ignorare malum præstat in omnibus,
Quàm postquam scieris, tale relinquere;
Id verò ingenio verius est tuo.
ANDREAE, meritis sic cumula chorum,
Sanctorum chorus vt fiat & astricus.

B. LAVRENTIVS CORNELIO SCHVLTINGIO GYMMASII Laurentiani Regenti & Professori.

Lauream LAVRENS *tibi sempiternam*
Vendico; nam tu mihi laureatus
Pubu es nostræ studio, magister,
Perpete flagrans.
Quinquies Vrbem Latiam potestas
Sancta lustrasset redeunte lustro,
Quod bonas artes bonus administras
Ore, stylo q3.
Artium tantùm nec eras sacerdos,
Atq3 Musarum vigilans Magister;
In tuos maiora humeros residunt
Pondera rorum.
Cura te solum studiosa spectat;
Creditur rerum tibi quod mearum est,
Creditur concors tibi disciplina,
Cura domuq3.
Ergo Laurentûm iuuenes gubernas,
Atticos necnon Latios, poëtas
Et Sophos, iusta moderans lyceum
Lege meorum.
Languet ex Martis furia scholarum
Splendor, & clades operit Camenas;
Censibus nam te minuunt, scholasq3,
Tempora dura.

Fundis

Fundis effusa quod habes benignus
Et pia dextra: remanens egestas
Te premit; sunt hæc tua liberalis
Præmia sæpe.
Sed tamen factis aliud mereris,
Et tui manes aliud merentur
Fratris, æterna licet hi fruantur
Luce piorum.
Syndicus magni PETRVS *hic Senatus,*
Cui modò parent Vbij potentes,
Te facit magnam monitore nostro
Rem sub honore.
Montis ad sacri iuga qua Camana
Themias regnat, carios a moles
Stabat, à nostris habitata dudum
Gymnasiarchis.
Duxerat rimas, oneri fatiscens
Pendulo: PETRVS *rogitat senatum,*
Transferat sedem domino sequenti
Hanc, & ementi.
Sancta FRANCISCI *loca diuiduntur,*
Et datur nobis PARADISVS *eius,*
Sorte felici, redimente numo,
Aula librorum.
Pergit hîc PETRVS, *numerat Dalerûm*
Millium pondus precibus coactum,
Surgit introrsum domus & sub illo
Vertice floret.
Septa KVICKHOVVS *moderatur horti*

Perpe-

Perpetis: floret paradisus idem,
Ante FRANCISCI, *mea nunc voluptas,*
Palladis aula.
Ecce lauretis viret hortus, affert
Laureas, flores varios, & herbas,
Arborum dulci grauidumque nectar
Caudice stillat.
Est RVRAEMVNDAE *titulus, meumque*
Nomen est, Laurus viret, & liquores
Sunt RVRAE, *rores saliunt ab alto*
Fonte caballi.
Floruit sub te mihi Christiana, &
Dotibus magnis viguit iuuentus:
GASPARI, *florens satis,* VLEBERGE
Plurima debet.
Vt tibi debet; studio merendi
Ambo certatis, nec amice curam
Qui locum mutas; ope prodes illis,
Consilioque.
Ergo Laurentum decus aeuiternum,
Aucte tam multis operum coronis,
Cincte tantorum meritis laborum,
Viuito felix.

ZELVS

ZELVS CATHOLICVS CORNELIVM SCHVLTINGIVM ADmonet ad edenda & perficienda reliqua sua opera.

HErculeis animum contende laboribus autor,
Insiste semitis, vt hactenus, pijs.
Nupera scripta vigent. operum tibi gratia crescens
Illuceat. quos parturis fœtus nouos,
Maturato. TOMIS *iam* COMMENTARIA *profer*
ECCLESIASTICA, *hortor, opto,* QVATVOR,
DIVINI OFFICII *sic constet vt omnibus ordo,*
Liturgici, Eucharistici, & precum.
Perge per ambrosios diuinius ire labores:
Vt ore. sic manu Dei hostes obrue,
Cœlestiqúe armate stylo confige Prophetam
Gebennidem, Ditis loquacem oraculi.
Sis ANIMADVERSOR, *luctare, resiste, repugna*
CALVINIANIS INSTITVTIONIBVS.
Vlterius vulgus scriptorum anteire labora,
Et ade CONFVTATIONES *ocyus,*
Ex CALVINI *colûm Synhodis, fœdisqúe cloacis*
POLITIAE, *atque* DISCIPLINAE *gnauiter.*
Te penes hæc sunt scripta manu, quæ BELGICA *nouit*
Quæ GALLIA *ipsa machinamenta inferum.*
Quas cœlare volunt, fictisqúe obtexere laruis,
In publicum producis artes impias.

Non

Non orci galea aut Gygis anulus occultare
(In fabulis quæ sunt) potest hæc crimina.
Cæsaris annales versas tibi prope dextra
BARONII iam CARDINALIS inclyti;
Contexis studio ex illis SYNTAGMATA, prome
ANTIQVITATVM ECCLESIASTICARVM
opus.
Ad te quod lucrum, siue incrementa salutis
Si publicum non accipit tam pulchrum opus?
Si latet, & tanto est res condita vana, labore:
Non semper in te est scripta, quod latent tua:
Augentur sumptus, quibus impar, numina quaris
Tuis laboribus patrocinantia.
Huc Mecænates ergo properate benigni,
Fauore liberales & larga manu;
Vt tam frugiferi digna mercede labores
Ornentur, vt typos adepti prodeant:
Nominibus vestris Phœbi quasi luce coruscent,
Currant ad vmbilicum vti celerrimè.

CARMEN HENRICI ELVENSIS GYMNASII LAVRENtiani Professoris in Cornelij Steinvvichij libros de Disciplina Ecclesiastica collapsa restauranda.

Καίπερ πρεσβυγενὴς κεκμηκὼς δ' οὐκ ἀπὸ μόχθου,
Ἀλλὰ παλαιγενέων ἔργον ἐλιξάμην.
Ὡς λευκὸς σχεδόθεν κύκνος μέλανος θανάτοιο
Τὴν μολπὴν γλυκερὴν μέλπει ἀπὸ στόματος
Ὡς καὶ λαόδοκος χαλεπῷ ἐπὶ γήραϊ ὀδῷ
Ποικίλα 'σκ καιρῷ φθέγγεται ἐμματέως
Εἰν ὁσίαις δὲ παρὼν μάλα μέρμερα μήσατο ἔργα,
Ἐργασίαν μεγάλῳ τεύχε ποίνοιο πάλιν
Ἀάζετε λαμπομένην δώσει δαίδαλμα καὶ ἄλλον
Ἥρτυε τοῦτο γέρων τῇ φρενὶ πευκαλίμῃ.

CAR-

CARMEN IAMBICVM TRIMETRVM MONOCOLON. M.

Matthiæ Hulcedij Agripp. Professoris Gymnasij Laurentiani Colonienſis.

His elegantulis tuis, cœleſtibus,
O quam nites laboribus, Vir optimè,
Chorus, tuis iuuas profectò plurimum,
Quos aureo depromis ore, pectore,
Eccleſiam ſanctiſsimam, his opuſculis
Mellifera velut apis, per aluearia,
Homines quibus fruuntur electiſsima
Mella, atticis das quaſi petita, floribus.
Hinc tot quibus ſplendes vbique, opuſcula
Vt literis, nunc vnicum decus ſcies:
Celebris es Confeſsione Hieronymi,
Principibus, & potentibus grata viris,
Cuius vigorem priſtinum libri noui,
De Corrigenda diſciplina Eccleſiæ,
Nouo elaborati opere, ſatis hi prædicant.
Perge & feracis prode pectoris parem,
Libris quibus celebraberis, ſequentibus,
Fidei refertis dogmatibus induſtriam.
Eccleſiaſtica, in quibus pulcerrimè
(Opera profectò Clericis aptiſsima)
Officia quattuor tomis, complecteris.
Præterea inanes efferi Caluinij,
Explodis vnus nænias, & ferreo,

Calui-

Caluiniorum tundis orā, malleo
Nefanda prodens concilia queis floruit
In belgio, tum gallijs turba impia:
Et Cæsaris dein digeris, doctißimi
Historiæ opera plurima, Patris Baronij:
Quæ sic suis effingis omnibus, sacris
Scientiarum ex fontibus, coloribus:
Cous velut Apelles suas imagines.
Lucem ferent, perutiles libri tui
Et hi, sequentes editi pulcerrimam.
Sic age, tua super æthera fer altißimum,
Labore multo scripta tibi volumina,
Manebit istud decus & ista gloria
Haud posteris incognita, & Nepotibus.

DE

DE DISCIPLINA ECCLESIASTICA

LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

In quo commemorantur causæ impellentes huius Operis scribendi.

MVLTAE sanè iustæ & graues causæ ad hoc vtilissimum argumentum tractandum me impulerunt. Principio enim in vestibulo tẽplo S. Helenæ ad aureos Martyres, siue ad S. Gereonem Coloniæ cum sæpenumero transeũdo magno animi affectu legissem hos subsequentes, licet barbaros & inconditos, sententiosos tamen versus vehementer ad istam materiam perpurgandam commouebar. versus autem literis aureis ad parietem depicti sic habent.

Diuitias peperit, quæ mater honorificata
Relligio sic ait sententia Glegoriana,
Proleque vastata mater nec prole beata.
Dum disciplina cessat, regnatque simultas:
Deficit Ecclesiæ virtus pariterque facultas.

Trithemius lib. 1. de Viris Illustribus ordinis Benedicti, cap. 7. & S. Aurea ista γνωμὴ in effectu exstat apud Trithemium lo-

Digna profectò Gregorio Pontifice sententia, qua veras & præcipuas excidij Ecclesiæ & eiusdem florentis conseruandæ causas complectitur. etenim

co ante notato. & apud Gregoriũ vt infra dictũ Gregorij.

D. Bernardi sententia.

Religio peperit diuitias & filia deuorauit matrẽ. ab alijs enim Gregorio, ab alijs Bernardo asscribitur.

nimiam abundantiam diuitiarum interitum Ecclesiæ attulisse, hoc est, filiam deuorasse matrem, similiter Disciplinæ Ecclesiasticæ neglectionem, inde intelligimus alteram causam existere excidij, & contra feruorem religionis aut feruentem Dei cultum, Ecclesiasticæque Disciplinæ accuratam obseruationem hoc efficere, vt Ecclesia efflorescat. Altera quoque causa me huc impulit, quod B. Hieronymus, quem imitari studeo: hoc etiam argumẽtum tractandum proposuerat, licet inter ea quæ eius exstant monimenta, nihil de eo inueniatur. Institutum autem illud B. Hieronymi fuisse colligimus ex tomo 1. in Principio vitæ Malchi Captiui Monachi. Scribere disposui, inquit, ab aduentu Saluatoris vsque ad nostram ætatem, id est, ab Apostolis vsque ad nostri temporis fecem, quomodo & per quos Christi Ecclesia nata sit & adulta, persecutionibus creuerit, martyrijs coronata sit. & postquam ad Christianos Principes venit, potentia quidem & diuitijs maior, sed virtutibus minor facta sit. Notanda ista postrema verba B. Hieronymi diligentissimè, quibus nihil aliud significare vult, quam quod prioribus aureis versibus innuebat B. Gregorius. Nam quamdiu feruentibus tribus prioribus seculis persequutionibus Ecclesiastica obseruabatur rigida Disciplina pulcherimè florebat Ecclesia: nempè à Christi & Apostolorum temporibus vsque ad ætatem Constantini Magni; at verò postquam Constantini ætate diuitiarum venenum infusum in Ecclesiam. Disciplina virtutum decreuit, potentia aucta est. Ammianus Marcelliuus libro 27. de ambitione, luxuria alijsque vitijs sopita Disciplina Ecclesiam inuadentibus tem-

tempore B. Hieroymi & Damasi sic scribit. Damasus & Vrsicinus supra humanum modum ad rapiendam Episcopalem sedem ardentes scissis studijs asperrimè conflictabantur adusque mortis vulnerumque discrimina adiumentis vtriusque progressis, quæ nec corrigere sufficiens. Viuentius (præfectus vrbis Romæ) nec mollire, vi magna coactus secessit in suburbanum, & in concertatione Damasus superauerat parte, quæ ei fauebat instante, constatque in Basilica Sicinnini, vbi ritus Christiani est conuenticulum, vno die centum triginta septem redempta cadauera peremptorum, efferatamque diu plebem ægrè postea delinitam. Neque ego abnuo ostentationem rerum vrbanarum considerans, huius rei cupidos ob impetrandum, quod appetunt omni contentione laterum iurgari debere: cùm id adepti futuri sint ita securi, vt ditentur oblationibus matronarum, procedantque vehiculis insidentes circumspectè vestiti, epulas curantes profusas, adeò vt eorum conuiuia regales superent mensas: qui esse poterant beati reuera, si magnitudine vrbis despecta, quam vitijs opponunt, ad imitationem antistitum quorundam prouincialium viuerent, quos tenuitas edendi potandique parcissimè, vilitas etiam indumentorum & supercilia humum spectantia, perpetuo numini, verisque eius cultoribus vt puros commendant & verecundos. Hieronymus quoque in epistola ad Marcellam suadens, Roma relicta Bethlehem migrare de nimia ambitione, luxu, vitijsque vrbis conqueritur. Accessit & alia causa, quod Disciplina sit germana soror &

Baronius to. 4. Annaliũ, fol. 171. 172. respondet ad ea, quæ aut Magdeburgenses aut historicus hæreticus de historia Treuirensi inde eliciunt.

quasi nota quædam veræ Catholicæ Religionis, vtpote sine qua diu Catholica Religio nec florere, nec omninò subsistere possit. Moribus enim bonis sublatis corruit necessariò ipsa fides. Excitare etiam volui Ecclesiæ Prælatos, ad inducendam & reuocandam in vsum quasi collapsam Disciplinam Ecclesiasticam. Mouit me quoque Caluinistarum exemplum, qui in suis libris de Disciplina & Consistorio ac Visitationibus Ecclesiarum, hoc argumentum suo tamen more attigerunt, vt meritò pudere nos debeat, si nos in tam præclara vtili ac necessaria materia aduersarijs nostris inferiores negligentioresque deprehendamur, cum summa totius Ecclesiæ in Disciplina quasi cardine quodam voluatur ac vertatur. Affirmare verè id possum, si in Ecclesia Patrum & nostra memoria Disciplina Ecclesiastica strictè ac rigidè obseruata fuisset, neque tot hæreses in Ecclesiam irruissent, neque tot tantisque persequutionibus vndique ea pressa & fatigata fuisset. Commouit me quoque exemplum S. Irenæi Lugdunensis Episcopi, quem B. Hieronymus de Disciplina Ecclesiastica isto florenti seculo scripsisse commemorat: in Catalogo de Viris Illustribus, & Reuerendissimi Ioannis Bonhomij Episc. Vercel. Nuncijque Apostolici me impulit auctoritas, qui omnem calamitatem Ecclesiæ Colon. neglectioni Disciplinæ ferebat acceptam.

Lib. 6. Langcrcius de Vita & honestate clericorum. Sic Ioannes à Lascoe & Saadels de Disciplina scripserunt: Martinus Bucerus in libr. de Regno Christi & alij plures. Rhegino M. S. de Discipl. Ecclesiastica mihi visus in Monasterio Breuvvilerensi.

CAPVT II.

De definitione Disciplinæ.

B. Cyprianus pulcherrimè sic eam definit. Disciplina est ordinata morum correctio secundũ canones Ecclesiasticos. Canones autem Ecclesiastici cor-

ci corrigunt non modo clericorum, sed etiam laicorum vitam atque mores. Quare non ineptè in Disciplinam plebis & cleri eam diuiseris. Ordinata dicitur, quoniã absq; ea in Ecclesia non ordo vllus, sed mera reperitur cõfusio ac perturbatio.

CAPVT III.

Quam multa postulentur ab eo, qui de Disciplina scripturus est.

INprimis in Ethicis & Politicis Philosophorum scriptis, apprime versatũ esse oportet, cum morum correctio sit, non aliunde, quam ex mortalibus auctoribus & scriptis commodius hauriri poterit. Noui quoque & Veteris testamenti diligens lectio necessaria est, cum præcipuè Paulinæ epistolæ & Propheticę conciones tam clericorum quam laicorum mores informent, & Salomon in libro Prouerbiorum, Sapientiæ & Ecclesiastico in castigandis hominum vitijs & virtutibus docendis diligenter versetur. Nec minus vtilis ac necessaria est Sanctorum Veterum Patrum lectio, vnde intelligemus, quomodo singulis seculis iam inde ab Apostolorum temporibus Disciplina vigente viguerit Ecclesia; ea verò deficiente, religio atque Ecclesia cœperit collabi, id appareb t si singulorum Patrũ veterum ætates & secula ordine posteà percurramus. Omnium aut maximè desideratur cognitio & lectio Corporis Canonum & Disciplinæ, quod in Decretis Isidori Iuuenis, Burchardi, Gratiani & aliorum Rapsodijs continetur. Cùm enim Caluinistæ in suis Synhodis, Corpus Disciplinæ à se compositum promittant, quanto verius & rectius nos insistentes maiorum vestigijs Corpus Canonũ ve-

tuſtiſſimum à maioribus per manus nobis traditum retinebimus, & ſummo honore conſeruabimus. Euoluendi quoque ij erunt, qui de Politia Eccleſiaſtica tam apud aduerſarios quam apud noſtros aliquid literarum monimentis conſignarunt: etenim vera gubernatio Eccleſiæ per leges & canones diſciplinamq; ſacram maximè perficitur. Nec modò libri de Chriſtiana, ſed & de Iudaica Repubſ. peruolutandi erunt, illiq; confutandi, qui ex Caluinianis perperam de Diſciplina ſcripſerunt, quales præter Ioannem à Laſco & Saadels de Diſciplina commentantes, duo libri prodierũt auctore incerto his literis notato, I. B. A. C. ſuſpicor eſſe Ioannem Boquinum. Titulus libri talis eſt. De Politia & Diſciplina Ciuili & Eccleſiaſtica cum Iſraelitice, tum Chriſtianę Reipub eadem opera & Synhodi Caluiniſtarum Belgicæ examinandæ & diſcutiendæ erunt. Corruptiſsima etiam ſecula Eccleſię ob neglectam Diſciplinam exſtitiſſe ex hiſtorijs demonſtrandum erit. Concilia quoq; ea recenſenda, quæ morum emendationem ſingulis ſeculis inſtituerunt, inter quæ particularia antiqua maximè excellunt. Poetæ etiam Morales Latini & Græci noſtro propoſito inſeruiẽt, & quotquot de Pœnis Eccleſiaſticis, Excommunicatione, Suſpenſione, Interdicto commẽtati ſunt. Quinetiam auctores de Pęnitentijs antiquis, quales aliquot Antonius, Auguſtinus, Ilerdenſis Epiſcopus in vnum corpus collegit, & Epiſcopus Victorius Amerin. bene de B. Hieronymi operibus meritus, duos libros de antiquis pęnitentijs edidit, noſtro inſtituto ſubſeruient. Adde & antiquiſſimas probatiſſimaſq; Monachorũ regulas, S. Bened. ſub qua & D. Bernar. regulã cõprehendo,

hendo, S. Basilij, S. Augustt. Pachomij, Cæsarij Arelatensis, quæ Discipl. Monast. præcepta tradunt. etenim vt ex finitione euidens fuit Disciplina ordinata morũ correctio est iuxta regulas Ecclesiasticas. Antiqui, Canones Pœnitentiales, secundũ quas publicæ pœnitentiæ olim imponebantur, huc pertinent: tametsi enim pœnę iam arbitrariæ factæ sint, & è medio sublatæ pœnæ Canonicæ, multũ tamen refert ad nostros corruptos mores corrigendos videre quantopere olim disciplina viguerit, & optare veterem canonum seueritatem, (quã nostra tẽpora vix ferũt) in vsum postliminio reuocarei c re duci. Pertinent huc quoq; tot laudabiles M.S. tã diuersorum collegiorũ, quam Monasteriorũ constitutiones. Conscientiæ quoq; casus qui tractarũt, ab hoc argumento minimè abhorrent. Cassianus Discipulus S. Chrysost. plenus exemplis Discipl. Monast. talibus abundat. Basil. Magnus in Asceticis, Augustini liber de Disciplina, libri 4. de Moricus Ecclesiæ Catholicæ eiusq; Regula. Nec tantũ ipsę Regulæ Monasticæ huc conducunt, sed etiam illi, qui Comment. in Regulas tradiderunt, qualis Smaragdus & Turrecrematæus Cardi. & Episcopus præter alios præcipuè enumerantur, vt & Humbertus in explicatione Constit Ordinis Prædicatorũ. Nec à proposito nostro alieni sunt, qui vel de Disciplina Militari aut Scholast. scripserũt, aut de Disciplina Claustralium, vt Thomas de Kempis, & Hugo de S. Victore. D. Hieron. epist. & Flores S. Bern. Disciplinam omniũ statuũ perfectissimè explicãt. Trident. Conc. Capit. general. auctoritatẽ in conseruãda generali Disciplina cõmendat sess. 25. c. 20. & Disciplina Monast. collapsam esse restituendam seriò monet sess. 25. c. 21.

CAPVT

CAPVT IV.

Continet enumerationem variorum auctorum, qui de Disciplina Ecclesiastica seorsim ac separatim aliquid literarum monimentis tradiderunt.

S. Hieron. in principio vitæ Malchi, Captiui Monachi proposuerat de Disciplina tractare.

IRenæum antiquissimum primo loco colloco, quem B. Hieronymus in Catalogo de Viris Illustribus hoc argumentum perpurgasse testatur, sed ad nos eius de Disciplina librum peruenisse haud existimo. Vidi quoque M.S. libros de Disciplina Ecclesiastica, & Christiana religione Rheginonis Prumiensis in Bibliotheca Bruwilerensi propè Coloniam, quos direptos & laceratos esse à barbaris grassatoribus & prædonibus vereor, cùm postea requisiti, à me non sint inuenti. Speculum Disciplinę allegatur in Roseto Spiritual. Exercitiorũ tit. in Eruditorio Exercitiorũ Alphabeto 9. §. 3. Est & Tractatulus Hugonis de Disciplina claustraliũ. M. Hũbertus de Disciplina Morum agit in suo Eruditorio. Michael Timotheus Canones Concilij Tridentini ad Disciplinam pertinentes in certum ordinẽ & classes redegit. Affinis est huic argumento liber, qui inscribitur Onus Ecclesiæ, in quo non reformatis corruptisque moribus onerari & grauari Ecclesiam commonstratur. Referuntur & huc Prophetiæ diuersorum Prophetarum & fatidicarum de malis moribus nouissimorum temporum indeque proueniẽtibus afflictionibus & punitionibus diuinis, vt sũt Sãctæ Hildegardis, Mechtildis, Methodij, Lichtenbergij, & aliorũ ac aliarũ: Dialogus quoq; de Corrupto vtriusque partis statu nostræ maternæ est accommodatus. Vtilissimam operam nauauit

uit vir immortali memoria dignus, & optimè de Ecclesiasticis officijs & Disciplina ecclesiæ meritus Reueren. D. Ioannes Langhecrucius I. V. Licentiatus & colleg. Ecclesiæ Casleten. Præpositus qui de Vita & honestate clericorum & Cauonicorum & aliorum Ecclesiasticorum Speculum insigne edidit, quod sex libris constat, priores quinque libri agunt ferè de partibus & speciebus Disciplinę per ordinem virtutum & vitiorum, sextus tractat de augenda, inducenda, conseruanda per Prælatos Disciplina. In istis vtilissimis libris, non solum Pontificum & Conciliorum Decreta, sed etiã sanctorum Patrum, aliorumq; Doctorum sententias & dicta, ad honestatẽ morum persuadendum spectantia, in certas quasdam classes redegit ac digessit, vt illa, quæ sparsim apud multos auctores, & in diuersis libris interuallo disiuncta erant, in vnum codicem conuenienti ordine redacta traderentur vnde citra tœdium & longam inquisitionem hauriri possint. Quod Opus de Disciplina Scholarium Seuerini Boetij nomine circumfertur, bubulci potius dixeris, quam illius eximij philosophi Petrus de Aliaco Archiepiscopus Cameracensis & Cardi. Romanus ante centum annos de Reformatione Ecclesiæ scripsit & præsertim de emendatione corruptissimæ Curiæ Rom. imitantur in multis S. Bernardum in libris de Consideratione ad Eugeniũ Oratio Ruardi Tapperi, de Reformatione ecclesiæ habetur in fine operum eius postremò editorum. Manuale Visitatorũ Feliciani Ninguardæ duos libros complectitur, & practicæ Disciplinæ post omnes alios accommodatissimum est. Synhodus Bituntina Reuerendissimi Patris F. Cornelij

nelij Mussi epistoli Biuntini totá fere Ecclesiasti-
cam Disciplinam sermonibus, constitutionibus,
Legibus Synhodalibus complectens, in qua nouo
& erudito quodam modo tractatur de causa & ra-
tione visitationis, de modo visitandi, deq; toto cle-
ro & populo reformando Venetijs, Anno 1579. re-
fert omnia ad 4. ca. loca, res, Munera, Personas, de
his 4. capitib. sunt Sermones, Canones. Preces. De
locis quatuor sunt puncta 1. de templis, 2. de Alta-
ribus, 3. de custodia Eucharistiæ, 4. de Choro & Di-
sciplina Chori. De rebus itidem quatuor cap. 1. de
vsu & administratione Sacramentorum, & in spe-
cie de singulis Sacramentis, 2. de sacris reliquijs, 3
de sacris vestibus vasis, & instrumentis sacris, 4. de
Beneficijs & de dicto Beneficium datur propter of-
ficium. Sub titulo de Muneribus, siue Officijs di-
uinis, 15. ca. complectitur 1. de Diuino Officio. 2. de
Horis Canonicis, 3. de Missa & Missarum celebra-
tione, 4. De reductione Missarum deq; pijs fideliū
Legatis, 5 De Cantu Ecclesiæ deq; psalmodia, 6. De
diebus festis. 7. Calendariū Ecclesiæ, 8. De punctа-
toribus, 9. De Ceremonijs Ecclesiasticis, 10. De so-
lennibus benedictionib. 11. De Litanijs & Proces-
sionibus, 12. De rationibus sumptuarijs Capituli,
deq; ipsa mensæ Capitularis Oeconomia 13. De le-
gibus sumptuarijs, 14 De foro Ediscopali & simul
de administratione episcopalis Iurisdictionis, 15.
De modo Iudicādi & de pœnis Canonicis. De per-
sonis totidem 4. ca. sunt. 1 De vita & honestate cle-
ricorum. 2. Bibliotheca Clericorum, 3. De Canoni-
cis. 4. De Parochis, 5. De Præceptis Ecclesiæ 6. De
Monachis 7. De Monialibus 8. De Societatib. 9. De
Prædicatoribus, 10. De Testamētis 11. De Sepulturis
12. De

12. De conseruatione bonorum Ecclesiasticorũ & administratione. Timotheus I.C. in suis de Visitatione & Disciplina libris sequutus & imitatus est imprimis iam nominatum Episcopum Bitontinũ & Carolum Borrhomæum in diuersis Synhodis Mediolanensib. de Visitatione & Disciplina, denique sequutus est ordinem Canonum Concilij Tridẽtini. De collapsa Disciplina passim cõqueritur Basilius, & D. Bern. Aluar. Pelagius, in li de Plãctu Ecclesiæ, Paulus Fuschius episcopus Sarnẽsis Hermes Letmatius, Thomas Stapletonius in Declamationibus Quodlubeticis & in ea Declamatione, qua ostendit. Protestantes non esse Reformatores Ecclesiæ, Iacobus Pammelius in Annotationib. ad Librum Tert. de Pœnitentia & ad sermonem Cypriani de Lapsis, antiquã & laudabilem Pœnitentiæ Disciplinam in primitiua Ecclesia enarrat. Gabriel Biel in Defensorio Obediẽtiæ Apostol. multa adfert, quæ ad materiam de Disciplina pertinẽt. Aluarus Pelagius duos libros de Planctu Ecclesiæ scripsit, Paulus Fuschius Episcopus Sarnensis duos libros scripsit de Visitatione & regimine ecclesiarum Romæ editos in 4. apud Vincentium Arcolaũ Anno do. 1581. Ioannes Molanus in 3 lib. de Canon. passim sparsit quædam, & in Compendio, Theologiæ suæ Practicæ. Georgius VVicelius sparsim in Homilijs & in epist. ac Euangelia hanc materiam insparsit. Versatur & inter manus Oeconomia Disciplinæ Ecclesiasticæ auctore Pollo D. Parisiensi Religioso Ordinis Prædicatorij Nicolaus Clemãgis Archidiacon. Baiocensis Doctor Paris. de corrupto Ecclesiæ statu ante 150. ann. scripsit, docet is liber, quibus rationibus res Ecclesiastica creuerit

& pie-

& pietas decreuerit Liber grauis & pene tragicus in corruptos Romanæ Curiæ mores ac abusus. De Visitatione Diœceseon Franciscus Pauinus Rotæ Auditor plenius quam alij tractauit, vt refert Felinus in titulo de Inquisit. §. quando & qualiter. & Felinus in ab legat. cap. cum ex officio, Archiepiscopus Florentinus in Summa tertia par. tit. 20. c. cum seqq. vbi de forma Visitandi Inquisitioneque facienda. Est & Episcopale, siue Archiepiscopale Italice editum, nunc etiam Anno 94. latine editum auctore Gabriele Palæotto Cardinali Bononiensis Ciuitatis & Diœceseos. Nouum examen Ordinandorum auctore F. Nicolao Orifico Bonfilio Carmelita Ethruriæ Prouinciali. Acta Borrhomei Mediolanensis Ecclesię in tres partes diuisa descripta in magno volumine, quæ ad Disciplinam Ecclesiæ spectant apud Possevinum libr. 4. Bibliothecæ selectæ cap. 20. & ibidem latius de auctoribus de Disciplina. Speculum S. Bernardi, & formula honestæ vitæ, eiusdem cum alijs paruis eius opusculis huius sunt fartraginis. est & Speculum Monachorum seu Disciplinæ & de schola cœlestis exercitij. Hugo & Thomas Kempis de Disciplina Claustralium. Bonauentura quoque Cardinalis Speculum Disciplinæ conscripsit. Hugo de S. Victore teste Rodolpho Decano Tongrensi de Canonum Obseruantia Propositione septima Regulam Canonicorum Regularium siue S. Augustini, quæ & Præmonstratensium est, exposuit. Gabriel Palaeottus in libro de Administratione Bononiensis ecclesiæ ante nominatus. Dom. Episcopus Brixiensis de Reformatione ad Papam Pium secundū. Totus Liber Decretorum Burchardi ordine 19. qui

inscri-

inscribitur Correctorius seu Medicus ad argumẽtum de Disciplina pertinet. Insigne opus de Visitatione editum circiter annum 1522. sub titulo Baculi Pastoralis Parisijs prodijt, meminit eius F. Felicianus Comensis Episcopus in Manuali Visitatorum, quod duobus libris constat. *Neuguarda.*

Hermas seu Hermanus Cetmastius Goudanus Decanus Ecclesiæ S. Mariæ Oppidi Vltraiectensis, de instauranda religione scripsit. libr. 1. Dionysius Carthu. scripsit de modo iudicandi & corripiendi lib. 1 & de Reformatione Ecclesiæ lib. 1. contra Simoniam libr. 2. de Reformatione claustralium lib. 1. contra pluralitatem benefi. li. 1. de reformatione Monialium lib. 1. de regimine Præsulum li. 1. de Vita Cano. libr. 1. de officio archidiaconorum lib. 1. de regimine Prælatorum libr. 1. de regimine curatorum lib. 1. de vita inclusarum lib. 1. *hæc habentur in tom. 2. Operum Dionysij.*

Ealredus Rhicuallensis Monachus Cisterciensis de Prælatorum moribus li. 1. de abusionibus claustri lib. 1. de institutione inclusarum lib. 1. obijt anno 1566.

Edgarus Anglorum rex edidisse fertur ad Clerum Angliæ libr. 1. sanctionum & legum li. 1. floruit, anno 975.

Echelstanus Anglorum rex constitutionum cleri lib 1. edidit vixit ann. 939. Eutropius Episco. Valentinæ Ecclesiæ scripsit lib. 1. de coercitione Monachorum anno 600.

Fabij Incarnati scrutinium sacerdotale siue modus examinandi tam in visitatione Episcopali quã in susceptione ordinum ex pluribus sacræ scripturæ voluminibus accumulatum. Venetijs in 12. ann. 1580.

Fran-

Franciscus Iacobi Traiectanus de Modo Visitandi & corrigendi subditos, de modo inquirendi contra eorum defectus.

Francisci de Platea Ordinis fratrum Minorum S. Francisci liber de Censura Ecclesiastica impressus Patauij, Anno 1573.

Franciscus Nausea Orationem de reformanda Ecclesia in Synhodo Moguntina habuit.

Gallus Presbyter Abbas scripsit libro vno gubernandæ Ecclesiæ formam.

Georgij Schezel de Reformatione Monasteriorum liber M.S. in Biblitheca Impp.

Georgius VVicelius scripsit formulas Reformatorias.

Gerardus Magnus Dauentrienſis de Regimine Monialium, lib. 1.

Gerardus Zutphanienſis de Reformatione interiori seu virium animæ lib. 1.

Gildæ in ordinem Ecclesiasticum acris correctio. Baronius tom. 6. fol. 36.

Censoria virgula Gilberti Cognati, quo quorũdam mores notantur.

Gildas Badonicus cognomento Sapiens Bannochorensis Monachus, apud Britannos scripsit aduersus sui temporis Clerum obijt anno dom. 580. meminit eius Bibliotheca, Sanctorum Patrum.

Gualterus Mapus super enormitatibus cleri ad malos pastores libr. 1. planctu super Episcopis libro primo, In Papam & Curiam lib. 1. ad impios Prælatos libr. 1. de malis Rom. Curiæ lib. 1. de malis Monachorum claruit, ann. 1210. Guidonis Iuuenalis pro Reformatione Monastica defensio Parisijs impressa. Guilielmi Gnaphæi Hagiensis, Tragicomedia Hypocrisis inscripta, de falsa religione ficta Disciplina, & supplicio, deque syches calamitate

mitate restituta illi per veram pœnitẽtiam salute Basileæ, anno 1554. videtur liber sapere hæresin.

Guilielmus Gregorius Natione Scotus de Disciplina Iuniorum, lib. 1. ann. d. 1527.

Guilielmus Postellus de forma Eupolitiæ siue Reformationis Opus vt ad seculi aurei vitam duce Euangelio redeatur.

Hermannus Petra de Stutdorp Ord. Carthus. Germanus de Regimine Monialium lib. 1.

Hermæ Letmatij de instauranda religione li. 9. impressi Basileæ ab Oporino in folio. an. 1545.

Hermias scripsit de Homerica Disciplina armorũ.

Hugo presbyter & Monachus S. Victoris Paris. Ord. S. Aug. Can. Reg. & Abbas natione Saxo. lib. 1. de Disciplina.

Iacobi de Gruytrode Carthus. colloquium Iesu & Prælati, Idem de auctoritate Ecclesiæ eiusque Reformatione, de abusionibus Clericorum.

Iacobus Iuuterbuick Germanus Ord. Carthus. scripsit formulã reformãdi Religiones collapsas.

Idem scripsit vtrum Prælato omnia imputantur quæ subditus committit.

Iacobus Philippi Friburgensis & Basiliẽsis Theologus scripsit librum de Reformatione sacerdotum, anno domini 1495.

Iacobi Rhegij Epistola ad Maximilianũ Impp. in qua non pauca de Reformatione Ecclesiæ tractantur excusa est Coloniæ in fasculo Ortuini Gratij.

Iacobus Sadoletus Epis. & Card. de emẽdatione Ecclesiæ epistolam ad S. P. Q. Geneuensem in qua in obedientiam Ro. Pontif. eos reducere conatur impressa Argentorat, an. 1539. cum Ioannis Caluini Responsione. Iluas v ifisaxonum rex scripsit religiosas leges l. 1.

Inno-

Innocentius Papa 4. scripsit Regulam Clarissarum.

Ioannes Baranus Linnæ in Nordoualgia ex honesta familia natus Carmelita scripsit reformationes, claruit ann. 1556.

Opuscula insigniora Dionysij Carthusiani de omnium statuum institutione, prolapsione ac reformatione ex multis eius lucubrationibus in vnum corpus digesta, Coloniæ edita Anno 1559.

Ioannis Bernardi Dias de Luco Hispani Practica Criminalis Canonica, in qua omnia flagitia clericorum cum eorum pœnis describuntur Lugduni ann. 1554.

Eadem Practica criminalis Canonica cum annotationibus Ioanuis Heluetij aucta ann. 1588.

Ioannes de Deo Hispanus scripsit librum pœnitentialem constantem tractatibus vno de pœnæ impositione de pœna personarum, quæ sunt in dignitatibus in statu spirituali, de his qui sunt in statu seculari, de pœna religiosorum & vtilitate pœnæ liber M. S. ann. d. 1240.

Ioannis Episcopi Chemensis Suffraganei Saltzburgensis Onus Ecclesiæ de 7. statibus Ecclesiæ in folio, Coloniæ 1583.

Ioannis Francisci Pici Mirandulani de Reformandis moribus oratio excusa est Coloniæ in Fasciculo rerum expectendarum & fugiendarum Ioannis Francisci ann. 1573.

Gerson de visitatione Prælatorum tom. 2.

Ioannes Hagen alias de Indagine libr. 1. de correctione fraterna.

Ioannis Hildemensis Carmelita de mönstris in Ecclesia libr. 1.

Ioan-

Ioannis Monlucij Episcopi Valentini Regis Gallorum Legati Reformatio Restitutioque Cleri Valentini & Dyensis Lutetiæ, anno 1558.

Ioannes Puruey Anglus concordiam scripturarum & Canonum de obliquo statu Cleri & de Ministrorum correctione anno 1421. edidit.

Ioannes Rode Abbas Monasterij S. Matthiæ Trevueris Ord. D. Benedicti scripsit pro reformatione Monachorum constitutiones vtiles lib. 1.

Ioannes Stanberij Carmelita Magister Oxonienſis Bangorensis epis. de Disciplina Christiana.

Ioannes Abbas Spanheimensis Trithemius lib. 1. de visitatione Monachorum. libr. 1 de modo seruandi Capitulum libr. 1. de ruina ordinis, scripsit pro ædificatione Monachorum quod prænotauit de triplici regione claustralium lib. 3. ad Maximilianum Cæsarem.

Eiusdē Oratio de 12. excidijs obseruantiæ regularis habita in Capitulo annuali Monasterij Reinhartzhornensis.

Ioannes VViclenus de Ordinatione Ecclesiæ dē conuersatione Ecclesiasticorum, de censura Ecclesiastica.

Iudocus Clithouæus de vita & moribus sacerdotum.

Isidorus iunior epis. Hispalensis orationē scrisit pro correctione vitæ ad desienda peccata.

Israelis Acharij liber germanicus, de sancta Ecclesiarum & Reipubl. reformatione Basileæ 1568.

Xenophontis lib 8. de Disciplina Cyri Laurentius Iustinianus Venetus de Disciplina Monastica libr. 1. eius libellus de Disciplina conuersationis Monasticæ Louanij editus est, anno 76.

Nicolai Aurificis Senensis Opusculum de dignitate, vita, & moribus clericorum.

Nicolai Cardi. epistolæ Visitatoribus per Prouinciam Saltzburgensem scriptæ in 4. Nicolaus Clemangis de corrupto Ecclesiæ statu.

Gersonis tractatus de vitijs ministrorum Ecclesiæ.

Nicolaus Plonius Posnonienses scripsit de Episcopo Irregula. Interdicto Ecclesiasticorum, Argentinæ, ann. 1495.

Odo Cantiarus Metropolitanæ Cantiorum Ecclesiæ ad Seruatoris phanum Monachus scripsit li. 1. de moribus Ecclesiasticis ann. 1160.

Paulus presbyter natione Pannonius scripsit de virginitate seruanda, & contemptu mundi ac vitæ institutione, vel morũ correptione mediocri sermone, sed diuino sale conditos libros duos ad personam cuiusdam nobilis, & Christo dedicatæ virginis Constantiæ nomine, Genadinus Paulus Borgasus Feltrensis tractatus de Censuris Ecclesiasticis.

Petrus Alexander Patria Atrebatensis, Magister Sorbonicus & Carmelita de Disciplina Ecclesiæ scripsit librum vnum. Claruit ann. dom. 1554.

Petrus de Oliaco Episcopi Cameracensis, libellus de emendatione Ecclesiæ excusus est in quarto & Colo. in folio cum concilio Basilienſi.

Petrus Blesensis de periculo Prælatorũ fuit Archidiaconus Bathonienſis claruit, ann. 1560.

Petrus Canonicus Londinensis Archidiaconus Remediarum conuersorum lib. 2. ann. 1230.

Petrus Damiani Episcopus Hostiensis contra Episcopos Simoniacos li. 1. de incontinentia sacerdotum

dotum lib.1.de auaritia prælatorum, l.1.de profectu Monachorum. lib.1. de vxoribus Clericorum, eiusdem de Ecclesiastica institutione & Simoniacæ hæreseos confutatione. liber Col.apud Gymnicum impressus cum 3. libris Prosperi, Plutarchus de ijs qui à Deo puniuntur.

Proclus Lycius de bona Disciplina lib 3.

Reginaldi Poli Angli libri duo, primus de Concilio, alter de Reformatione, Angliæ impressi sunt Venetijs à Paulo Manut. posteaDilingæ a.1562.in 8.

Rhegino Abbas Prunienſis de Disciplina Ecclesiastica lib.2.qui exstant in Bibliotheca Imperatoris M.S.ann.910.floruit.

Robertus Finyngham Anglus Monachus, de Excommunicationibus liber 1.

Rodolphus Abbas S.Trudonis scripsit contra Simoniacos lib.7.

Sibertus de Betla Summam censurarũ noui iuris lib.1.fuit Geldrensis & Carmelita,ann.1320.

Simon Cassianus ordinis fratrum Eremitarum S. Augustini scripsit libr. 1. de Disciplina spiritualium.

Simon Islepus Anglus,Archiepiscopus Cantuariensis scripsit decreta sacerdotalis ordinis libr. 1. Obijt anno 1365.

Simonis Maioli Episcopi Vultuariensis de Irregularitatib.& alijs Canonicis impedimentis,quibus Ecclesiasticos ordines suscipere & susceptos administrare quisq; prohibetur.

Simon Magister & logotheta,selegit ex omnib. Basilij lib. Conciones 24.de vita & moribus Christianorum, Parisijs apud Morelium græcè & latinè in 8.

Stanislai Carncouij Cõstitutiones in Dioceſana Synhodo Vladiſlauienſi editæ Colon. Ann. 1572.

Stephanus VVithebienſis Cœnobij Monachus Anglus, poſtea Abbas Eboraci ſcripſit de reparato Monochatu lib. 1. 1080.

Symmachus Papa natione Sardus ſcripſit de exceſſibus clericorum lib. 1. ann. 515.

Talhelmij (proprium nomen ignoratur) Theologiæ Doct. epiſtolã in qua conqueritur de vitijs Romanæ Curiæ, eaque dicit eſſe reformanda ſcripta ad Conradum epiſcopi Moguntinum ex Erfordia, anno 1452.

Occaſionem ſcribendi dederat Legatus Apoſtolicus Indulg. anni Iubilæi annuncians.

Concludit cum his verbis. Si Dominus Apoſtolicus & ſua Curia ſe reformaret, vel ij Concil. generale fieret reformatio generalis facillimè mẽbra Eccleſiæ in ſuo quæque ſtatu reformarentur.

Conſtitutiones Ioannis Matthæi Epiſcopi Veronenſis.

Tarquitius de Diſciplina Hetruſca citatur à Plinio libr. 2. & 11. Naturalis hiſtoriæ Abba Thalaſſij Libijs & Africani Monachi de amore continentiæ, gubernatione animi ad Paulum presbyterum hectontada quatuor græcè exſtant, eadem impreſſa ſunt Oecolampadio interprete Auguſtæ Vindelicorum, ann. 1520. diuinæ & vtiles pijs ſententiæ & Baſileæ apud Henricum Petri cum alijs vetuſtiſſimorum quorundam Theologorum opuſculis, anno 1551.

Theodorici à Hyem liber de Reformatione Romanæ Curiæ in folio, & in charta ſcriptus in Bibliotheca Impp.

Dire-

Directorium Disciplinæ Ecclesiasticæ Colonienſi, Ecclesiæ accommodatum per Legatum Pōtificis Octauium Episcopum Tricaricenſem, anno 97. editum.

Theophraſtus Platonis & Ariſtotelis Diſcipulus, poſtea ſucceſſor de Diſciplina ſeu de virtutibus ſeu de frugalitate.

Thomas Catrisfordus Anglus in linguam patriam tranſtulit.

Ioannis à Caſco de Diſciplina Eccleſiaſtica li. 1. ann. 1555.

Thomas Cantuarienſis Archiepiſ. Anglico ſermone compoſuit Ordinationes Eccleſię reformatorias lib. 1.

Thomas Eboral Anglus Theolo. Doctor ſcripſit ſermones de viſitatione cleri Londinenſes libr. 1.

Thomas Peuerel Anglus Carmelita ſcripſit Ordinationes ſui Cleri lib. 1. obijt, anno 1418.

Thomæ VValdenſis ſermones ad Clerum Oxonienſem.

Vincentij Ordinis Prædicatorum tres terribiles Prophetiæ Danielis Prophetæ; nempè de vitæ ſpiritualis defectione, de diminutione Eccleſiaſticæ dignitatis, de Catholicæ fidei decremento germa. in 4. ann. 1582.

Vmbritius de diſciplina Hetruſca aliquos libr. ſcripſit è quibus mutuatur Plinius libr. 11. Naturalis hiſtoriæ.

Zeno Veronenſis Epiſc. Galieni Impp. tempore claruit, ſcripſit inter cætera de ædificatione domus dei.

Caroli Sigonij de Repub. & Politia Iudaica libri 7. præstantissimi, Directorium Visitatorũ, ann. 93. editum.

Ioannis Rhedi Treuerensis Constitutiones, De Iustauratione Regularis Disciplinæ.

Ioannes Cochlæus contra nouam in Ecclesia reformationem senatus Beernensis expostulationé scripsit.

Iosephus Acosta libr. septim. cap. 10. de Christo reuelato. Christus ait, perpetuò corripuit vitia, vt patet ex toto decursu Euangelicæ historiæ, ideo oportet Prælatos supremum Prælatum Christum imitari, in vitijs redarguendis. & Antiquitatum Iudaicarum libri noni, auctore Benedicto Aria Montano Hispalensi, adiectis formis æneis Lugduni apud Franciscum Raphelingium in quarto. Hæretici scriptores de Disciplina & politia Ecclesiæ seperatim hic & seorsim collocati.

Theodorus Cornthart de Reformatione scripsit Ecclesiæ satis ineptè, quia Libertinorum è secta fuit, & Ioannes Caluinus de Reformatione Ecclesiæ. hæretici dum reformare volunt Ecclesiam, eandem maximè deformant, quoniam iuxta corruptelas, sanæ doctrinæ corruptam instituunt emendationem & Disciplinam. Lutherus in scripto de visitatione Saxonica. Antonius Sadeel scripsit tractatum de Disciplina Ecclesiastica gallicè, excudebat Henricus Stephanus, Anno domini 1566.

Erasmus Sarcerius Dialogum edidit, in quo reddidit rationem veterum Synhodorum cum generalium, tum particularium, 2. item Visitationum,

num, & habitæ Synhodi & Visitationis pro Pastoribus Comitatus Nassouiensis, simulque explicans eiusdem Visitationis Acta, quæ cognita & alijs regionibus multum vtilitatis possunt adferre impressa Francofurti, anno 1539. Eiusdem Sermones de modo reuocandæ Disciplinæ & Visitatione Parochiarum. Anno millesimo quingentesimo septuagesimo octauo Francofurti.

Gaspar Huberinus scripsit Speculum Oeconomicæ Disciplinæ in folio Noribergæ, anno domini 1556.

Hulderici Hutteni Apophtegmata Vadiſci & Pasquilli de Deprauato Ecclesiæ statu, quò forsitan & Moria Erasmi refertur.

Ioachimi Camerarij Oratio de vero Dei cultu & ritibus Ceremoniarum, de Disciplina & de Ieiunio.

Ioannis Riuij Attendorienſis, De Stultitia Mortalium in procrastinanda correctione vitæ.

Ioannes Sturnius, De Emendatione Ecclesiæ ad Cardinales epistolam scripsit, Defensio Disciplinę Ecclesiasticæ in Anglia. Examen Disciplinæ prætensæ Londini, Anno 93. Praxis Prælatorum.

Bucerus de Disciplina Ecclesiastica, Matthæus Dresserus Erphordienſis scripsit de noua & veteri Disciplina tam domestica, quam Scholastica in 8. Basileæ, apud Oporinum.

Ioannis à Lasco de Disciplina Ecclesiastica lib. primus, Anno domini millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto.

Examen Theologicum in Visitatione per Hes-
husium.

Franciſci Iunij de Adminiſtratione Eccleſiæ li-
bri tres.

Ioannes Boquinus de Politia & Diſciplina tam
Ciuili, quam Eccleſiaſtica, tam Iſraeliticę, quam
Chriſtianæ Reipubl. & de Conſiſtorio, ſiue Syne-
drio, & de modo iudicandi in Eccleſia duos libros
ſcripſit Cornelius Bertranius & Theodorus Beza
De Politia Iudaica tam Ciuili, quam Eccleſiaſti-
ca veteris teſtamenti Geneuæ.

Franciſcus Iunius De Politia Iudaica.

De Politia Eccleſiſtiaca, ſiue forma ac ratio ad-
miniſtrandi & gubernandi Regni Chriſti, quod
eſt Eccleſia in his terris demonſtrata ex forma &
facie primitiuæ Eccleſiæ per Apoſtolos fundata
& illuſtrata ex Decretis Conciliorum, hiſtorijs,
Eccleſiaſticis, monimentis Patrum Eccleſiaſtico-
rum & Imperatorum conſtitutionibus, Opera &
ſtudio VVilhelmi Zepperi verbi diuini in Eccle-
ſia. Herbornæa Miniſtri. Herbornæ ex officina
Chriſtophori Coruini. Anno 1595.

Politices Chriſtianæ libri ſeptem Lamberto
Danæo auctore apud hæredes Euſtathij Vignon
in 3. Anno Domini 1546.

Generalis Synhodus Middelburgenſis M.S. Cal
uiniana conſtans articulis centum, & vno habita
in Zelandia Anno 1581. & adhuc articulis 69.

Prouincialis Synhodus Dordoracena M.S. cele-
brata à Caluiniſtis in Hollandia, Anno dom. 1574.
conſtat ferè omnibus coniunctis 90. articulis.

Acta Nationalis Synhodi Belgicæ, Germanicæ, &
Galli-

Gallicæ Eccleſiæ, tam patrij, quam externi regiminis M.S. habet pene ſeſquicentum articulos.

Concilia reformatarum Eccleſiarum Franciæ de Anno dom. 1559. 61. 62. 63. M.S.

Diſciplina Eccleſiaſtica tracta, ex Concilijs reformatarum Eccleſiarum Franciæ, habitis Pariſijs 29. Maij. ann. 59. Pictauiæ 15. Martij, ann. 61. poſtea in feſto Paſchatis Aureliæ, ann. 62. & Lugduni 10. Auguſti, anno 63. ordine in ſeptem corpora redacta: M. S.

CAPVT V.

De voce Diſciplinæ.

MAtthias Bredenbacchius in Pſalmos: Diſciplina iuxta Hebraicam vocem deſignat caſtigationem, vel etiam dicitur à diſcipulis ἀχολαστοις, id eſt, incaſtigatis, qui caſtigatione diſciplinæ correcti meliores efficiuntur. Ambroſius in libr. de Viduis. Diſciplina eſt magiſtra fidei, caſtitatis, & omnium virtutum.

Bonauent. in Speculo Diſciplin c. 80. De Diſciplina in generali.

CAPVT VI.

Ex omiſſione Diſciplinæ omnia mala, & hæreſin in Eccleſiam inundaſſe.

CYprianus in principio Sermonis v. de Lapſis, deplorans corruptum ſtatum ſui ſeculi, ante tempora etiam Diocletiani ſæuientibus adhuc perſequutionibus, omnium pœnarum & perſequutionum cauſam, in ſacerdotum malam diſciplinam, & plebeiorum vitia confert, cùm multa grandia crimina, vtriuſque ſexus recẽſuiſſet, ad extremum

De cauſis collapſæ Diſciplinæ. Hieronymus, Platus lib 2. ca. 24. de Laudibus vitæ religioſorum.

Baronius tomo 2. Annaliū, fol. 416. citat. et 417.

etiam adiunxit; Episcopos plurimos, quos & ornamento oportet esse cæteris & exemplo, diuina procuratione contempta, procuratores rerum secularium fieri, derelicta cathedra plebe deserta, peralienas prouincias oberrantes negotiationis quæstuosæ nundinas sectari & aucupari, in Ecclesia fratribus esurientibus, habere argentum largiter, velle fundos insidiosis fraudibus rapere, vsuris multiplicantibus fœnus augere. Quid non perpeti pro eiusmodi peccatis mereremur? & paulo ante. Studebant augendo patrimonio singuli, & obliti quid credentes, aut sub Apostolis ante fecissent aui, semper facere deberent, insatiabili cupiditatis ardore, ampliandis facultatibus insudabant & incubabant, non in sacerdotibus religio deuota, non in ministris fides integra, non in operibus misericordia, non in moribus disciplina.

Chrysostomus deprauatos sui temporis Ecclesiasticorum mores suis depingens coloribus ita loquitur. In Procuratores & dispensatores, caupone[que] redacti sunt Episcopi, & qui Ecclesiasticæ dignitati præsunt, imò verò istos etiam curæ & sollicitudines secularium rerum superauerunt, ac ceu spinæ suffocauerunt. Cumque oporteat ipsos animarum habere curam nostrarum, hoc prætermisso illa sollicitè curant quæ publicanis, quæstoribus ac villicis curanda sunt, de quibus etiam quotidie cogitant ac peruigilant. Idem in illud Matthæi, cap. 19. Vade & vende vniuersa. &c. Oportune, inquit, nunc hæc ad Ecclesiæ præsides, propter latas Ecclesiarum possessiones meritò dici pos-

ci possunt, non enim aliter sequi Christum possumus, nisi fuerimus secularis curæ expertes: nunc verò, proh dolor, vindemiæ ac messi sacerdotes Dei venditioni emptioniq́ue assistunt. Et quidem qui figuræ & vmbræ cultum habebant, quamuis corporalior eis esset commissa administratio, omnium tamen harum rerum erant immunes. Nos verò, qui ad penetralia cælorum vocamur, qui ad vera sancta sanctorum ingredimur, mercatorum rursus & cauponum curas susc ipimus. Vnde & magna scripturarum contemptio oritur ac negligentia, ingens in orando segnities, ac cæterorum omnium contemptus. Basilius Magnus verè cap. 30. postremo. epist. 63. 69. 70. Libri de Spiritu sancto statum Ecclesiæ sui temporis bello nauali comparat, quod quidam bello nauali assueti, ac bello dediti ex veteribus offensis multo odio, inter ipsos nutritum excitarunt, quam similitudinem & latè prosequitur, & sui seculi moribus ad extremum accommodat. Subuersa sunt inquit pietatis dogmata, turbati pietatis ritus, ambitio eorum, qui dominum sequuntur, Ecclesiarum gubernacula inuadit, & iam manifestè veluti impietatis præmium primæ sedis dignitas prostituitur, ita, vt qui maledicendo est seuerior, ad Episcopatum populi acquirendum sit prior ac potior.

Ecclesia carens cultura disciplinæ, est quasi ager incultus vepribus ac spinis vndique plena, in quibus quærũt feræ sua latibula. Baronius tomo 6. fol. 42

Euanuit honestas sacerdotalis, desierunt, qui gregem Domini pascunt scientia, dispensationes pauperum, ad propria oblectamenta, munerumque largitiones absumentibus, ijs qui ambitionis dominandi studio tenentur. Elanguit canonum diligentia, multa est peccati licentia qui enim humanis

nis adiuti officijs ad principatum perueniunt, hac ipsa permissa delinquendi licentia viciſſim gratificantur, &c. Interea rident nos infideles, nutant qui modicæ sunt fidei, fides ipsa in ambiguum vocatur, ignorantia offunditur mentibus, propterea quod formam ac speciem pietatis prætexunt, qui sermonem verſutè adulterant. Silent enim piè docentium ora, resoluta verò est quæuis blasphema lingua, prophanata sunt sacra, qui sani sunt in plebe, domos orationis fugiunt, vtpotè in quibus impia docentur. Mellifluus verò Bernardus, quantum priores pietate vicit, tantum etiam in detestatione acerba, corruptorum suæ ætatis morum cæteros superauit. Hic in sermone quodam, quem de conuersione S. Pauli texuit. Hac tempestate, ait, heu Domine Deus, ipsi sunt in persequutione tua primi, qui videntur in Ecclesia tua primatum deligere, vniuersam incendio tradunt ciuitatem. Misera eorum conuersatio, plebis tuæ miserabilis subuersio est. Dati sunt sacri gradus in occasionem turpis lucri, & quæstum æstimant pietatem, copiosissimæ siquidem inueniuntur pietatis in suscipienda animarum cura, sed hæc penes illos cura minor, & de animarum salute nouissima cogitatio est, an verò saluatori animarum grauior potest esse persequutio. rursus in Cantica sermone 33 hæc ipsa deplangens. Si insurgeret apertus inimicus hæreticus, mitteretur foras & arescerет, si violentus inimicus absconderent se forsan ab eo. Nunc verò, quem eijcient aut à quo abscondent. Omnes amici & omnes inimici. Omnes necessarij & omnes aduersarij. Omnes domestici & nulli pacifici. Omnes proximi, & omnes quæ sua sunt, quærunt, ministri sunt, & seruiſ-

Sine Disciplina, Ecclesia perpetua scabie laborat, nec est scādalorū modus. Soluta Disciplina multorum tempore Diocletiani, vnde exorta persecutio.

seruiunt Antichristo. Honorati incedunt de bonis domini, cui nec honorem deferunt. Inde is, quem quotidie cernis meretricius nitor, histrionum habitus, regius apparatus, inde aurum in frenis, in sellis & calcaribus, ac demum plus calcaria, quam altaria fulgent. Inde splendidæ mensæ & cibis & cyphis. inde comessationes, ebrietates, inde cythara, & lyra, & tybia, inde redundantia torcularia, prōptuaria plena, eructantia ex hoc in illud, inde dolia pigmentaria, inde referta marsupia, pro huiusmodi volunt esse & sunt Ecclesiæ Præpositi, Decani, Archidecani, Episcopi, Archiepiscopi. Nec enim meritò cedunt, sed negotio quod perambulat in tenebris. Olim prædictum est, & nunc tempus adimpletionis aduenit, ecce in pace amaritudo mea amarissima, amara prius in nece martyrum, amarior post in conflictu hæreticorum, amarissima nunc in moribus domesticorum. Non fugare, non fugere eos potest, ita inualuerunt & multiplicati sunt supra numerum, intestina & insanabilis est plaga Ecclesiæ, & ideo in pace eius amaritudo amarissima. alibi dulciloquus ille Doctor grauiter & seuerè ita pronunciat. Res pauperum non pauperibus dare par sacrilegij crimen esse dinoscitur. Et sanè patrimonia pauperum facultates Ecclesiarum, & sacrilegia eis crudelitate surripitur, quicquid sibi ministri & dispensatores, non vtique Domini vel possessores vltra victum accipiunt & vestitum, timeant clerici, timeant ministri Ecclesiæ, qui in terris sanctorum, quas possident, tam iniqua gerunt, vt stipendijs, quæ sufficere debeant, minimè contenti, superflua, quibus egeni sustentandi forent, impiè, sacrilegeque sibi retineant,

Euseb. lib. 8. c. 12. Baron. tom. 2 folio 720. vide tom. 6. Annalium folio 317. 489.

ant,& in vsus suæ superbiæ atque luxuriæ victum pauperum consumere,non vereantur duplici profectò iniquitate peccantes, quod & aliena diripiant, & sacris in suis vanitatibus & cupiditatibus & turpitudinibus abutuntur, & quod datum prælatis in adiutorium,factum est illis in scandalum, sua quærunt,diligunt munera,incedunt mundi, & ornati circundati varietatibus, tanquam sponsa procedens de thalamo, exuberat, illis congeries & vasorum argenteorum, & aureorum, mensarum luxuries, rerum affluentia, vestium splendor de bonis sponsæ,propter hoc non est hoc tempore custodire,sed perdere;non est defendere, sed exponere; non instituere, sed prostituere; non ornare sponsam, sed spoliare; non pascere gregem, sed mactare & deuorare. Quem dabis mihi de numero Præpositorum, qui non plus inuigilet, subditorum euacuandis marsupijs, quam vitijs exstirpandis.Etsi quidam fortè hæc legerint, mihi indignabuntur, quamuis iustius suis vitijs offenderentur. hactenus D. Bernhardus. Nostris autem corruptis moribus & neglecta Disciplina nos occasionem sectis præbere,si mihi non creditis: saltem B. Hieronymo in hunc modum. Rustico Episcopo scribenti fidem adhibeatis. Propter auaritiam sacerdotum, ait, sæpè odia & sectæ consurgunt, hinc Episcopi accusantur à clericis, hinc principium omnium litium, hinc omnis detractionis causa, hinc origo sit cuiusuis criminis. Porrò pro huius capitis confirmatione, adijciantur his sex testimonijs,quæ à me obseruata sunt,ea quæ copiosius tradunt Ioannes Langhecrucius circa principium

Sacerdotũ et clericorum vitia acerrimè corrigenda. Baronius tom.7. Ann fol.638.

Soluta Disciplina in Gallijs fecit,vt traderetur vastãda barbaris teste Saluiano Massilienſi. Baronius tomo 5. Ann. fol.251.342. 343.

vtriu-

vtriusque Speculi, tam de Causis Calamitatum nostri temporis, & de Diuinis Officijs, quam de Vita & honestate clericorum, & Gabriel Prateolus D. Parisiensis, in 5. libr. de Calamitat bus nostri temporis, & Petrus Audomarus in libro de causis Calamitatum nostri temporis, & præcipuè Belgicarum Prouinciarum. D. Hieronymus tomo 5. libr. 3. Comment. in caput. 6. Amos fol. 116. fa. 1. Canticorum 8. cap. legitur. Soror mea paruula est, & vbera non habet, quæ domus & magna & parua, in vnam Dei familiam congregata, si non habuerit Disciplinam, & Dei mandata non fecerit, percutietur ruinis & scissionibus: quotiescunque ergo vel in persequutionibus, vel in hæresibus & schismatibus domus Dei, quæ est Ecclesia, corruit ac laceratur, Dei percutientis ostendit manum. vide eundem tom. 5. lib. 2. Comment. in cap. 8. Oseæ fol. 56. fa. 2. & tom. 5. Comment. in cap. 1. Abdiæ sic loquitur. Quando aut negatio aut voluptas nos oppresserit, & vigorem pristinum infœlix conscientia non seruauerit, tunc facilè ad contraria dogmata labimur blandientia errori nostro, & non curantia vulnus, sed palpantia. vide Hieronymianæ Confessionis Tom. 1. cap. 12. artic. 3. de hæreseωρ causis.

Adde lib. 7. cap. 13.

CAPVT

CAPVT VII.

De Methodo seruanda in Tractatione argumenti, de Disciplina Ecclesiastica.

1. DIsciplina Ecclesiastica primò sic potest explicari, vt ordine percurrantur omnes status & ordines hominum, & qualis in vnoquoque ordine & statu correctio sit adhibenda demonstretur quem ordinem sibi proposuit in suis Reformationibus Ecclesiasticis, Reuerend. episcopus Vercellen. Ioannes Franciscus Bonhomius Legatus duorum Pontificum Gregorij 13. & Sixti V. in Germaniam. Qui casus Conscientiæ scribunt eandem etiam methodum seruant. & Dionysius, Carthusianus in quibusdam Opusculis, vbi de Officijs Episcoporum, Archidiaconorum Archipræsbyterorum & aliorum Canonicorum & clericorum pul-
2. chrè tractat. Secundò iuxta Methodum simplicem per locos Dialecticos deduci & describi poterit
3. Disciplina. Tertiò ordine temporis obseruato secundum seriem seculorum & Centuriarum, ex Pa-
4. tribus antiquissimis & grauissimis. Quartò iuxta seriem temporis per Centurias ex singulis Ordi-
5. ne Concilijs. Quintò persequi possumus species & partes Disciplinæ videlicet singulorum vitiorũ specialem correctionem, quam methodum sequutus mihi quinque prioribus libris, in Speculo de Vita & honestate clericorum, videtur Præpositus
6. Langecrucius. Sextò Methodus Politicorum & Ethicorum Aristotelis imitanda est, sic quidem vt ille virtutes in Remp. inducere, lateque propagare & vitia profligare studuit; sic nos Disciplinam

rectam

rectam in Ecclesiam Christi introducamus, & vt ille de correctione, cuiusque hominis per virtutes & affectuum repressione egit in Ethicis, & de publica correctione totius Reipubl. in Politicis; sic nos, ad eius imitationem, de totius Ecclesiæ & singulorum membrorum emendatione ad illius imitationē pertractemus. Septimò possumus quoque Methodum deligere atque effingere ex auctoribus ijs, qui Decreta, vel quod idem est Corpus Canonum seu Disciplinæ tradiderunt, qui ferè libros suos iuxta ordinem Criminum Ecclesiasticorum, aut peccatorum contra vtramq; partem Decalogi distribuerunt, inter quos auctores hic comparatio seu collatio institui potest. Octauo. Quoniam ex omnibus Rebusp. & Monarchijs exempla Disciplinæ desumi possunt quatuor ex ordine Monarchiæ percurrendæ erunt, vt ostēdatur eas per Dis. viguisse, per collapsam Disciplinam interijsse Nono. De Comparatione Disciplinę in Ecclesia Catholica, & apud aduersarios, qui verā & perfectam Disciplinam nullā habent, vt ex Synhodis Belgicis Caluinistarum, & eorundem de Politia & Disc. Eccles. libris erit monstrandum. Decimò. De Disc. Monast. ex varijs regulis peragendum. Vndecimò. De Disc. Canon. & de Capitulis Disciplinæ. Duodecimo. De Disciplina Iudaicæ Synagogæ. Decimotertio. De Disc. Christi, & Apost. 14. De Disc. Platonica, Arist. Cicer. Stoica, & in vniuersum Philosoph. 15. De Disc. Canonica, ex iure Canonico hausta. 16. De Disc. Theol. 17. De Disc. Ciuili ex Iurisprudentia desumpta. 18. De necessitate & vtilitate Disc. 19. De tempori

bus disciplinæ quando maximè vigeat, an tempore aduersitatum, an pacis vel persequutionis. 20. De adiunctis & cognatis correptione, reprehensione fraterna. 21. De vitijs in Disciplina vitandis 22. Quam latè se extendat hoc argumentum. 23. De genere Disciplinæ & potestate Ecclesiastica 24. De forma exercendæ Disciplinæ. 25. Quando cœperit corrumpi Disciplina. 26. An possit exerceri per seculares. 27. De Disciplina apud barbaros & hæreticos sepulta. 28. Nec inepta foret ordinis ratio, si, vt I. C. Timotheus fecit ad canones Concil. Trid. de Disciplina morũ nostra exegesin accommodaremus. 29. Nec absurda forsan videretur methodus, si Ecclesiam in caput & membra diuidẽtes: primò de Disciplina capitis, id est, summorum Prælatorum, Rom. Curiæ Archiepiscoporum, Præpositorum, Decanorum &c. deinde de membrorum, laicorum & clericorum inferiorũ ordinis Disciplina tractaremus. 30. De Disciplina medica purgatrice. 31. De antiquitate & Origine Disciplinę. 32. De Disc. militari comparata cũ Ecclesiastica. 33. De Visitationis laude, origine & forma. 34. De Disciplina Romana. 35. De Disciplina græca. 36. Miscellanea & varia, quæ in superioribus capitibus vel omissa fuere, vel ad priora capita cõmodè reduci non potuerunt. 37. Possemus & cum Cornelio Mussio Episcopo Bituntino (de quo supra c. 4.) ad quatuor capita, loca, res, Munera, personas & earũ subdiuisiones omnia referre. 38. Nec absurdè quis subdiuiserit Disciplinam in localem & personalem, ad imitationem Feliciani Ninguardæ, in Manuali Visitatorum, vbi in primo lib. de Locali, in secundo de personali Visitatione

tione agit. Nos autem nihil eorum in hoc volumine recenſere intendimus, quæ ab alijs ante nos tradita ſunt, ne fruſtra ab alijs dicta repetere videamur, ſed arbitratu noſtro ex tot tamque varijs iam propoſitis Methodis, eas ſelegimus, quæ ab alijs tractatæ non ſunt, quas more noſtro & pro commoditate noſtra, & legentium expediemus ac pertractabimus ex omni genere literarum, & ex varia multiplicique lectione variorum omnis generis auctorum ſacrorum & prophanorũ. Expedit planè in tam vtili adeoque neceſſario argumento, à quo ſalus totius Eccleſiæ & incolumitas dependet, diuerſos libros prodire, vt per varias occaſiones in manus præſertim Prælatorum perueniãt, vt area Dominica ventilabro Diſciplinæ expurgata, magis magiſq; eniteſcat ac efflореſcat, adeoque omnes gregis dominici arietes ad ſeriò exercendam & reſtituendam collapſam Eccleſiaſticam Diſciplinam exſtimulentur atque inſtigentur, qui mihi in hoc ſcriptionis genere præcipuus ſcopus propoſitus atque præfixus fuit.

CAPVT VIII.

De Diſciplina ordine ex prolatis grauiſſimis teſtimonijs PP. & DD. Eccleſiæ.

ANtiquiſſima forma Diſciplinę peti poteſt ex Clemen. Rom. Conſt. ſeu Ordin. Apoſt. lib. 8. conſtantibus, qui ipſo titulo & inſcript. præ ſe ferunt, & non modò formã Doctr. Apoſt. & diuinorum Offic. ſed etiam optimam rationem ſiue διαταξιν, i. Ordinationẽ Diſc. Apoſt. complectantur. quod ex eo etiam poteſt demonſtrari, quod Canones Apoſtolorũ (qui reuera formam Apoſt. Diſci-

plinæ continent) ijs libris inspergantur; Porrò si quis nouator eorum librorum auctoritatem labefactare velit, eum remitto tam ad Bouium, qui ad Turrianum, qui ambo authenticam istorum librorum auctoritatem firmissimis rationibus & testimonijs asseruerunt ac vindicarunt. Post Clementem descendo ad Cyprianum, cuius grauissima & insigniora omnia testimonia ex eius libri ordine subnecto.

Cyprianus Pammelij in epist 1.

Tu tantum quem iam spiritalibus castris cœlestis militia signauit, tene incorruptam tenesobriam, religiosis virtutibus disciplinam, sit tibi vel oratio assidua vel lectio, nunc cum Deo loquere, nunc Deus tecum.

Epist 5. lib. 1.

Fungamini partibus vestris & meis, vt nihil vel ad disciplinam vel ad diligentiam desit.

Epistola 6.

Secundum scripturarum magisterium Ecclesiastica disciplina deposcit humiles, modestos & quietos nos esse debere, vt honorem nominis sui seruent, vt qui glorioſi voce fuerint, sint & moribus glorioſi.

Epistola 6.

Per Diaconos & præsbyteros exercebatur disciplina plebis: ait enim quosdã dissolutos à Diaconis & præsbyteris regi non posse.

Ibidem.

Episcopi exercebant disciplinam, etiam de communi consensu plebis.

In

In istum locum vide doctè Pammeliũ de præsbyterio & Consistorio, siue tribunali Episcoporum,& Senatu ac consiliarijs Ecclesiæ.

Epistola 7.

Salomon & Saul,& cæteri multi, quamdiu in vijs Domini ambulauerunt, datam sibi gratiam tenere potuerunt,recedente ab ijs disciplina Dominica recessit & gratia.

In fine eiusdem Epistolæ.

Corroboremus nos exhortationibus mutuis & magis ac magis proficiamus in Domino,vt cũ pro sua misericordia pacem fecerit,noui & penè mutati ad Ecclesiam reuertamur,& excipiant nos fratres nostri,siue gentiles circa omnia correctos atque in melius reformatos,& qui admirati fuerant prius in virtutibus gloriam, nunc admirentur in moribus disciplinam.

Ibidem.

Deo chari sunt, per quorum disciplinam nomen Domini laudabili testimonio prædicatur.

Epistola 8.

Quas plagas,quæ verbera non meremur, quando nec confessores, qui exemplo esse cæteris ad bonos mores debuerant, teneant disciplinam.

Ibidem.

Rogemus pacem maturius reddi, impleri quæ famulis suis Dominus dignatur ostendere redintegrat.onem Ecclesiæ suæ securitatem salutis nostræ, post pluuias serenitatem, post tenebras lucem, post procellas & turbines placidam lenitatem,&c.

Epistola 10.

Nam cum in minoribus peccatis agant peccatores pœnitentiam iusto tempore, & secundum disciplinæ ordinem ad exomologesin veniant, & per manus impositionē episcopi & cleri ius communionis accipiant, nunc crudo tempore persequutione adhuc perseuerante, nondum restituta ipsius Ecclesiæ pace, ad communionem admittuntur, & offertur nomen eorum, & nondum pœnitentia acta, nondum exomologesi facta, nondum manu eis ab Episcopo & clero imposita Eucharistia illis datur.

Epistola 11.

Sollicitudo loci nostri & timor Domini compellit admonere vos literis nostris, vt à quibus tā deuotè & fortiter seruatur fides Domino, ab ijsdem quoque lex & disciplina Domini seruetur.

Reprehēdit in eadem epist. quod ante actā pœnitentiam, ante exomologesin grauissimi atq; extremi delicti factam, ante manum ab Episcop. & clero in pœnitentiam impositam, offerre lapsis pacem & Eucharistiam dare, idem sanctum Domini corpus prophanare audeant.

Ibidem.

Et quoniā audio carissimi & fortissimi fratres impudentia vos quorundam premi, & verecundiam vestrā vim pati, oro vos quibus possum precibus, vt Euangelij memores & considerantes, quę & qualia in præteritū antecessores vestri martyres cōcesserint, quā solliciti in omnibus fuerint. Vos quoque sollicitè & cautè petētium desideria ponde-

ponderetis, vtpotè amici Domini & cũ illo postmodum iudicaturi inspiciatis actum, & opera, & merita singulorũ ipsorum quoq; delictorum genera & qualitates cogitetis, ne si quid abruptè & indignè vel à nobis permissum, vel à nobis factum fuerit, apud gẽtiles quoq; ipsos Ecclesia nostra erubescere incipiat. Visitamur enim & castigamur frequenter, vt in nobis mãdata Domini incorrupta maneant admonemur, ꝙ quidẽ nec illic apud vos cessare cognosco, quo minus plurimos quoque ex vobis instruat ad Ecclesiæ disciplinam diuina censura.

In fine eiusdem Epistolæ.

Ad nos fidei ac disciplinæ congruentes literas dirigatis.

Epistola 12.

Per ordinem disciplinæ ad oblationem & Eucharistiam peruenitur.

Cautè omnia & moderatè secundum disciplinam Domini obseruare oportet.

Conuocati Episcopi plures secundum disciplinam Domini, martyrum & Confessorum desideria examinẽt, nemo importuno tẽpore acerba poma decerpat, nemo nauẽ suam quassatã & perforatam fluctibus prius quam diligẽter refecerit in altum denuò committat, nemo tunicã scissam accipere & induere properet nisi eam & ab artifice perito sartã viderit, & à fullone curatã receperit. In eadẽ epist. disciplinã vocat diuinũ magisteriũ.

Epistola 13.

Diaconi habuerunt potestatẽ absoluẽdi ab excõ-

municatione, vt in textu ipsius epistolæ & prolixius in annotationibus Pammelij.

Epistola 14.

Cum in vnum per misericordiam Dei venerimus, de omnibus speciebus secundum Ecclesiasticam disciplinam tractabimus.

Mox.

Hoc est verecundiæ & disciplinæ & vitæ, ipsi omnium nostrum conuenit, vt Episcopi plures in vnum conuenientes, præsente est stantium plebe, quibus & ipsis pro fide & testimonio suo honor habendus est, disponere omnia consilij communis religione possimus.

Epistola 15.

Necessarium duxi has ad vos literas facere, quibus vos actus vestri & diligentiæ ratio redderetur. Vigor Ecclesiasticæ disciplinæ seruanda, & ad Dominica præcepta reuocanda.

Epistola 16.

Quid enim pectitis de Indulgentia Domini, quod non impetrare mereamini, qui Euangelicã disciplinam syncero fidei vigore tenuistis. Laudant qui disciplinam cum virtute iunxerint.

Epistola 17.

Repræhendit negligentes disciplinam Ecclesiasticam, & qui non permittunt causas suas examinari.

Epistola 21.

Pro cuius factos ego in lætitia Paschæ flens die ac nocte, in cilicio & cinere lachrymabundus dies, ɔxegi & exigo adhuc.

Epi-

Epistola 22.

Laudat amatores fidei & Zelotypos Disciplinæ Christi in qua, ait, tenoris viuacitate versari vos gaudeo.

Exposita causa apud Episcopum & facta exomologesi habeant pacem.

Epistola 23.

Disciplinæ ac diligentiæ quantulacumque ratio reddita Martyr cautus ac verecundus leges ac disciplinæ memor.

Neglecta Disciplina omne vinculum fidei & timor Dei & mandatũ Domini & Euangelij sanctitas & firmitas soluitur.

Euangelij plenus vigor & Disciplina robusta legis dominicæ seruanda.

Epistola 24.

Communi consilio Disciplina exercenda.

Epistola 25.

Accessit ad Confessionis exordia glorioſa & militiæ victricis auspicia Disciplinæ tenor quẽ de epistolæ vestræ vigore perspeximus, sollicita admonitione misistis vt Euangelij sancta præcepta & tradita nobis semel mandata vitalia forti & stabili obseruatione teneantur.

Morum magisteria post initia virtutum præbetis. Gratulor vobis etiam ob dominicæ Disciplinæ coronam.

Epistola 26.

Animaduertimus te congruente censura & eos dignè obiurgasse, qui immemores delictorũ suorum pacem à presbyteris per absentiam tuam festinata

stinata & præcipiti cupiditate extorsissent, & illos qui sine respectu Euangelij Sanctum domini canibus & margaritas porcis prophana facilitate donassent, cum grande delictum, & per totum penè orbem incredibili vastatione grassatũ non oporteat nisi cautè moderateq; tractari consultis omnibus epistolis presbyteris diaconibus, cõfessoribus & ipsis stantibus laicis.

Ibidem.

Nihil ad extenuationem delicti nostris impudens valere consueuit, sed pudor, sed modestia, sed patientia, sed disciplina, sed humilitas atque subiectio, sed alienum de se exspectasse iudiciũ, sed alienam de suo statu sustinuisse sententiam, hoc est quod pœnitentiam probat, hoc est quod impresso vulneri inducit cicatricẽ, hoc est, quod deiectæ mentis ruinas erigit, & attollit, quod ardentium delictorum ęstuantium morbum restinguit & finit.

Epistola 27.

Summissos quietos & verecundos esse oportet eos, qui delicti sui memores satisfacere Deo debent. Quo per satisf. pœnit. & disciplinam in Ecclesiam recipiebantur. ibidem.

Epistola 28.

Integra disciplina Ecclesiastica consilio collegarum administrata.

Merito salubria nostra & vera consilia nihil promouent, dum blanditijs & palpationib. perniciosis salutaris veritas impeditur, & patitur lapsorum saucia & ægra mens, quod corporaliter

quoque

quoque ægri & infirmi sæpè patiuntur, vt dum salubres cibos & vtiles potus, quasi amaros & abhorrentes respuunt, & illa quæ oblectare, & ad præsens suauia esse videntur, appetunt, pernicie sibi & mortem per intemperantiā prouocēt: nec proficiant ad salutem artificis medela vera, dum blandimentis decipit dulcis illecebra.

Disciplinam exercet Cyprianus cum collegis suis, non modo sed & cum plebe ipsa vniuersa, expensa enim moderatione libranda & pronuncianda res est.

Epistola 29.

Sit nobis (Clericis Romanis) circa vtilitatem Ecclesiasticæ administrationis commune consilium.

Epistola 30.

Mœroris nostri grauem sarcinam vigor tuus & secundum Euangelicam disciplinam adhibita seueritas temperat, dum & quorundā improbitatem iustè coercet & hortando ad pœnitentiam viam legitimam salutis ostendit, &c. Cur non eorum iudicium sustinent à quibus petendam pacē, quam vtique non habent putauerunt.

Euangelij fracta iam & iacens videbatur maiestas. i. si disciplina non vigeat. Euangelicæ legis illibata synceritas custodienda.

Temperamentum adhibendum & pudoris & veritatis in disciplina.

Nunquam desistas lapsorum animas temperare & errantib. veritatis prestare medicinam, licet animus ægrorum, medentium respuere solet industriam.

Recens

Recens est lapsorũ nuper hoc vulnus, & adhu
in tumorem plaga consurgens & idcirco certi su
mus, q̃ spatio productioris temporis impetu ist
consenescente, amabunt hoc ipsum ad fidelem
se delatos esse medicinam, si tamen desint, qui il
los arment ad periculum proprium & in peruer
sum instruentes, pro salutaribus dilationum re
medijs exitiosa deposcant illis propinatæ com
municationis venena. Nouimus Carthaginensi
Ecclesiæ fidem, nouimus institutionem, nouimu
humilitatem.

Tempus est vt agant delicti pœnitentiam, v
præbeãt lapsus sui dolorẽ, vt ostendant verecun
diam, vt monstrent humilitatem, vt exhibeant
modestiam, vt de submissione prouocent in se
Dei clemẽtiam, & de honore debito in Dei sacer
dotem eliciant in se diuinam misericordiam.

Epistola 31.

Quid magis aut in pace tam aptum, aut in bel
lis persequutionis tam necessarium, quam debi
tam seueritatem diuini vigoris tenere? quam qui
remiserit, instabili rerum cursu erret semper ne
cesse est, & huc atque illuc varijs & incertis negoti
orum tempestatibus dissipetur, & quasi extorto
de manibus consiliorum gubernaculo nauim Ec
clesiasticæ salutis illidat, in scopulos, vt appareat
non aliter saluti Ecclesiasticę consuli posse, nisi si
qui & contra ipsam faciunt quasi quando aduersi
fluctus repellant & Disciplinæ ipsius semper cu
stodita ratio, quasi salutare aliquod gubernaculũ
in tempestate seruetur, antiqua est apud nos se
ueritas,

ueritas, antiqua fides, Disciplina legitur antiqua quoniam nec tantas laudes de nobis Apostolus protulisset dicendo, quia fides vestra prædicatur, in vniuerso mundo, nisi iam exinde vigor iste radices fidei de temporibus illis mutuatus fuisset. Absit à Romana Ecclesia vigorem summa tã profana facilitate dimittere, & neruos seueritatis euersa fidei maiestate dissoluere, vt cum adhuc non tantum laceant, sed & cadant euersorum fratrum ruinæ properata nimis remedia communicationum vtique non profutura præstentur, & noua per misericordiam falsam vulnera veteribus trangressionum vulneribus inprimantur, vt miseris ad euersionem maiorem & pœnitentia eripiatur. Vbi enim poterit indulgentiæ medicina procedere, si etiã ipse medicus intercepta pœnitentia indulget periculis? si tantummodo operit vulnus, nec finit necessaria temporis remedia obducere cicatricem, hoc non est curare, sed si verum licet dicere occidere.

Seueritas Euangelicæ Disciplinæ exercenda, Nisi literas cum nostris conspirantes de seueritate Disciplinæ protulissent, Disciplinæ Euangelicæ ruina non facilè sarciretur, præsertim cum nulli magis tam congruens esset tenorem Euangelici vigoris illibatum dignitatemque seruare, quam qui se excruciandos & excarnificandos pro Euangelio furentibus tradidissent.

Delicti sui magnitudinem agnoscentes intelligant non momentaneam neque præproperam desiderare medicinam.

Pulsent sanè fores non confringant, adeant ad limen

limen Eccleſiæ,ſed non vtique tranſiliant,caſtrorum cœleſtium excubent portis, ſed armati modeſtia,qua intelligant ſe fuiſſe deſertores.

Lapſorum cura mediocriter temperanda.

Epiſtola 34.

Confeſſorum ſecta & conuerſatio ſic proficiat ad præconium gloriæ,vt magiſteriũ cæteris præbeat diſciplinæ.

Epiſtola 40.

Factioſi fomenta olim quibuſdam Confeſſoribus & hortamenta tribuebant, ne concordaret cum epiſcopo ſuo,ne Eccleſiaſticam diſciplinam cum fide & quiete iuxta præcepta Dominica continerent,nunc ſe ad lapſorum perniciem venenata ſua deceptione verterunt, vt ægros & ſaucios & ad capienda fortiora conſilia minus idoneos & minus ſolidos à medela vulneris ſui auocent & intermiſſis precibus & orationibus quibus Dominus longa & continua ſatisfactione placandus eſt ad exitioſam temeritatem mendacio captioſæ pacis inuitent reprehendit eos, qui contra Euangelicam diſciplinam nouam traditionem ſacrilegæ inſtitutionis introducebant. Collatis conſilijs in vnum conuenientes cum diſciplina pariter & miſericordia temperatam ſententiam ſigemus,magiſterium Euangelij Dei.

Epiſtola 45.

Deus gubernantes ſacerdotes inſpiret ac ſubminiſtret,& ad improborum contumaciam frenandam,vigorem,& ad lapſorum fouendam pœnitentiam lenitatem.

Epiſto-

Epistola 46.

In disciplina exercenda contrahebatur presbyterium vide scholia Pammelij.

Epistola 49.

Nec remanere in Ecclesia Dei possunt qui Deificam & Ecclesiasticam disciplinam, nec actus sui conuersatione, nec morum pace tenuerunt. Præsbyterium malos communicatione prohibebat.

Epistola 51.

In nostris libellis nec lapsis censura deest, nec medicina, quæ sanet.

Epistola 52.

Purganda apud te est mea persona & causa ne cum Euangelicum vigorem primo & inter initia defenderim, postmodum videar animum meum à censura & disciplina priore flexisse.

Lapsorum mentes classica quodam nostræ vocis animandę fuerunt, vt pœnitentiæ viam nó solum precibus & lamentationibus sequerentur, sed (quoniam repetendi certaminis & reparandę salutis dabatur occasio) ad confessionis potius ardorem, & martyrij gloriam nostri increpiti vocibus prouocarentur. De consilio collegarũ perpendenda ratio disciplinæ.

Epistola 54.

Christi pietatem & clementiam cogitantes nõ acerbi adeo nec duri, nec in fouendis fratribus inhumani esse debemus, sed dolere cum dolentibus, & flere cum flentib. & eos quãtum possumus auxilio & solatio nostræ dilectionis erigere, nec adeò immites & pertinaces ad eorũ pœnitentiã

retun-

retundendam nec iterum soluti & faciles adcō-
municationem temere relaxandam.

Epistola 53.

Qui triennium pœnitentiam egerunt, reci-
piuntur.

Epistola 54.

Duri nimis reddent in die iudicij rationem vel
importunæ censuræ vel inhumanæ duritiæ suæ.

Epistola 55.

Literæ tuæ Ecclesiasticæ disciplinæ & sacerdo-
talis censuræ plenæ.

Ecclesiastica disciplina & sacerdotalis censu-
ra, non est soluenda ob malorum odia & perse-
quutiones, de hoc in tota epistola.

Datur opera ne satisfactionibus & lamentatio-
nibus iustis delicta redimātur ne vulnera lachry-
mis abluantur. à sacrilegis dicitur ne pulsetur ad
Christi Ecclesiam, sed sublata pœnitentia nec vo-
la exomologesi criminis facta, despectis episco-
pis atque calcatis pax à præsbyteris verbis falla-
cibus prædicetur, & ne lapsi surgant, aut foris po-
siti ad Ecclesiam redeant, communicatio non cō-
municantibus offeratur.

Epistola 59.

Reprehendit quod ante plenam pactam pœni
tentiam, ante legitimum & plenum tempus sa-
tisfactionis sine petitu plebis conscientia nulla
infirmitate vrgente, ac necessitate cogēte, pax da-
ta esset Victori presbytero.

Epistola 61.

Puto nec maiestati diuinæ nec Euangelicæ di-
scipli-

sciplinæ congruere, vt pudor & honor Ecclesiastica turpi & inferui contagione fœdetur.

Epistola 62

Per omnes vtilitatis & salutis vias disciplina Ecclesiastica seruetur.

Cum omni obseruatione disciplinæ præcepta diuina teneamus.

Cum omnes omnino disciplinam tenere oporteat, multo magis præpositos & diaconos hoc curare fas est.

Diaconus abstentus qui cum virgine mansit virgines corruptę grauiore censura eijciãtur, nec in Ecclesiam postmodum facilè recipiantur.

Gladio spiritali superbi & contumaces necantur dum de Ecclesia eijciuntur, Indisciplinatos perire dum non audiunt, nec obtemperant diuinis præceptis, testatur scriptura diuina quæ ait Prouerb. 13.

Non diligit indisciplinatus castigantem se, qui autem oderunt correptiones consumentur turpiter.

Epistola 64.

Lapsi per disciplinam & satisfactiones redeunt ad Ecclestam in fine epistolæ.

Epistola 65.

Potestas honoris sacerdotalis est, vt contumacem vel deponat vel abstineat. Abstenti videntur mihi esse suspensi vel excommunicati.

Epistola 67.

Nouatianus abstentus & hostis Ecclesiæ iudicãtus contra Nouatianos agit. Gubernandæ Ec-

cleſiæ libram tenentes, ſic cenſuram vigoris peccatoribus exhibemus, vt tamen lapſis erigendis & curandis vulneratis bonitatis & miſericordiæ diuinæ medicinam non denegemus. Tota epiſtola agit per diſciplinam recipiendos lapſos non autem reijciendos.

Epiſtola 68.

Baſilides pro conſcientiæ ſuæ vulnere Epiſcopatum ſponte depoſuit, ad agendam pœnitentiã conuerſus Deum deprecans, & ſatis gratulans, ſi ſibi vel laico communicare contingeret.

Eiuſmodi homines vt Baſilides ad pœnitentiã quidem agendam poſſunt admitti, ab ordinatione autem cleri & ſacerdotali honore prohiberi. Deifica diſciplina negligenda non eſt.

Epiſtola 69.

Manet apud nos diuinæ cenſuræ reſpectus & metus.

Epiſtola 27.

Epiſcopi aut præsbyteri ab hæreticis venientes, non recipiendi niſi communicent laici.

Epiſtola 77.

Dominus vos prouexit ad gloriarum ſublime faſtigiũ clarificationis ſuæ honore, qui ſemper in Eccleſia eius cuſtodito fidei tenore viguiſtis conſeruantes firmiter dominica mandata in ſimplicitate innocentiam in charitate concordiam, modeſtiam in humilitate, diligentiam in adminiſtratione vigilantiam in adiuuandis laborantibus miſericordiam in fouendis pauperibus in defendenda veritate conſtantiam, in diſciplinæ ſeueritate cenſuram. Epi-

Epistola 38.

Vos fratres carissimi pro disciplina quam de mãdatis dominicis à me semper accepistis quietem & tranquillitatem tenete.

Ex 2. Tomo Operum Cypriani Pammelij: Ex libro de disciplina & habitu virginum.

Disciplina custos spei, retinaculum fidei dux itineris salutaris, fames ac nutrimẽtum bonæ indolis, magistra virtutis facit in Christo manere semper ac iugiter Deo viuere, & ad promissa cælestia & diuina præmia peruenire, nota hic in principio toto folio agit de disciplina, quod si in scripturis sanctis, tam veteribus quam etiam nouis frequenter & vbique disciplina præcipitur & fundamentum omne religionis ac fidei de obseruatione ac timore proficiscitur, quid cupidius appetere, quid magis velle ac tenere nos cõuenit, quam vt radicibus fortius fixis & domicilijs nostris super petram robusta mole solidatis, incõcussi ad procellas & turbines seculi stemus, vt ad Christi munera per diuina præcepta veniamus, &c.

Virgines ad Ecclesiasticam disciplinam religiosa obseruatione moderandæ.

Prouectæ anus iunioribus facite magisterium disciplinæ.

Ex lib. de lapsis.

Si cladis causa cognoscitur, & medela vulneris inuenitur, dominus probare suam familiam voluit, & quia traditã nobis diuinitus disciplinã

pax longa corruperat iacentem fidem & penè dixerim dormientem censura cœlestis erexit, cumque nos peccatis nostris amplius patimereremur clementissimus Dominus sic cuncta moderatus est, vt hoc omne quod gestum est exploratio potius quam persequutio videretur. Deinde amplificat peccata istorum temporum, auaritiam nimiam, cupiditatem sacerd. indeuotionem, addit etiam, non erat in moribus disciplina igitur ait ad correctionem delicti & probationem fidei, remedijs seuerioribus veniendum.

Imperitus est medicus, qui tumentes vulnerum sinus manu parcente contrectat, & in altis recessibus viscerum virus inclusum dum seruat aggrauat. Aperiendum vulnus est & secandum, & putraminibus amputatis medela fortiore curandum. Vociferetur & ciamet licet, & conqueratur æger impatiens per dolorem, gratias aget postea cum senserit sanitatem.

Sub misericordiæ titulo malũ fallens & blanda pernicies emersit contra Euangelij vigorem, contra Dei legem temeritate quorundam laxatur incautis communicatio irrita & falsa pax periculosa dantibus & nihil accipientibus profutura. Ante expiata delicta, ante exomologesin factam criminis, ante purgatam conscientiam sacrificio & manu sacerdotis, ante offensam placatam indignantis domini & mirantis pacem putant esse, quam quidam verbis fallacibus vendicant, non est pax illa sed bellum.

De Disciplina Confessionis satisfactionis & pœnitentiæ pag. 224. 245. 246. prolixè & doctè.

Ex

Ex libro de vnitate Ecclesiæ.

Cõfessor sit humilis ac quietus, sit in actu suo cum Disciplina modestus Stat Confessorum pars maior ac melior in fidei suæ robore & in legis ac dominicæ disciplinæ veritate. In nobis emarcuit vigor fidei, credentium robur clanguit. De oratione Dominica.

Intercedente grauiore delicto dum abstenti, & non communicantes à cœlesti pane prohibemur.

Christus fortius in præceptis suis maiore censuræ suæ vigore proponit.

De bono patientiæ.

Patientia disciplinam regit.

De Zelo & liuore.

Ad Deum Patrem Deifica Disciplina respondeat, vt honore & laude viuendi Deus in homine clarescat.

Ex libro 3. Testimoniorum contra Iudæos ad Quirinum.

Cap. 66. Disciplinam Dei Ecclesiasticis obseruandam.

Cap. 67. Prædictum quod disciplinam sanam aspernaturi essent.

Cap. 68. Recedendum ab eo qui inordinatè & contra disciplinam viuat.

Ex Tomo 3. Operum Cypriani Pammelij. Ex de disciplina & bono pudicitiæ.

Illa vobis Disciplinam bonorum suggerit morum, vos illi ministerium præstatis operum factorum.

De seueritate Disciplinæ Ecclesiacæ Baronius Annaliũ 2. tom. 2. fol. 434.

Ex de laude Martyrij.

Hæc nobis tradita disciplina, Vt sine vllo terrore militiæ vim tanti nominis tueamur.

Ad Nouatianum hæreticum quod lapsis non est venia deneganda liber.

Ex libro de 12 abusionibus seculi, Cap. 11.

Vndecimus abusionis gradus est plebs sine disciplina. Disciplina verò morum est ordinata correctio & maiorum præcedentium regularũ obseruatio, vide ad Hebræos 12. c.

Infœlix est qui abijcit disciplinam. Audet enim extra milites aliquid, qui Dominum crucifigentes non eius sciderunt tunicam, qui Ecclesiæ Christi scindit disciplinam. Sicut enim tunica totum corpus præter caput tegitur: ita disciplina omnis Ecclesia, præter Christum, qui caput est Ecclesiæ & sub disciplina non est, protegitur & ornatur.

Ipsa enim tunica contexta erat desuper per totum, quia eadem disciplina Ecclesiæ à Domino de cœlo tribuitur & integratur.

Tunica ergo corporis Christi disciplina Ecclesiæ est, qui autem extra disciplinam est, alienus est, à corpore Christi.

Ex cap 3 de 3 abusionum gradu.

Abusus adolescens sine obedientia. Heb. 12. c. Omnis Disciplina in præsenti non videtur esse gaudij sed mœroris; postea vero fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ.

Sicut

Sicut ergo fructus non inuenitur in arbore in qua pampinus aut flos prius nõ apparuerit, sic & in senectute honorẽ legitimum adsequi non poterit qui in adolescentia disciplinæ alicuius exercitatione non laborauerit.

Disciplina igitur absque obedientia qualiter fieri potest? Adolescens ergo sine disciplina, adolescens sine obedientia est: quoniam & ipsa obedientia, quæ omnium disciplinarum mater est magna exercitatione indiget.

Ex libro de singularitate Clericorum.

Disciplinæ retinaculo omnis obscœnitas frenatur & compedibus eius calces furentis libidinis statuuntur.

Tres Epistolas Cypriani de vigore Disciplinæ extredecim decimam, vndecimam & duodecimam allegat & recitat. Baronius tomo secundo Annalium folio 428. 424. & seqq. De exacta Disciplina Ecclesiastica Romanæ Ecclesiæ Baro. tomo 2. Annalium folio 433. De classibus, gradibus, & locis diuersis pœnitentium tomo secundo Annalium Baronium folio 597. 598. De seueritate Disciplinæ Ecclesiasticæ olim in recipiendis lapsis, & de Canonibus duris pœnitentialibus Petri Alexandrini, Baronius tomo secundo, Annalium à folio 806. ad folium octingentesimum vndecimum, octingentesimum duodecimum, octingentesimum decimum tertium.

Num Episcopi in hæresin lapsi, vel quomodolibet hæreticorum communicatione fœdati, sic ad Ecclesiam recipiendi sint, vt in Episcopatu, quem gesserant, agere sinerentur, tomo quarto,

Annalium fol. 67. Lucifer auſterioris diſciplinæ id nullo mõdo voluit admittere, vnde inter Luciferum & Euſebium tanta contentiõ nata fuit, tomo 4. Annalium folio 76. 78. Ob collapſim in Britannia in Eccleſiaſticis viris Canonicam viuendi formam meruit illa habitatoribus reddi vacua, atque dari alienigenis gentibus incolẽda, tomo 6. Annalium fol. 499. Ius virgarum habuiſſe Epiſcopos, docet Baronius tomo 6. Annalium fol. 577. Saluianus Epiſcop. Maſſilienſis octo lib. ſcripſit de Prouidentia, & Dei iudicio, in quibus demonſtrat tam acerba Deum exercere iudicia, & pœnas in homines iſtius temporis, quod nulla morum correctio appareret, ſed penitus cœleſtis collapſa iaceret diſciplina. grauiter eloquentiſſimus Orator declamat in corruptiſſimos mores iſtorum temporum, quæ & noſtris temporibus conueniunt. Adiungo Cypriano diſcipulo Magiſtrum Tertullianum, qui ob antiquitatem & veram rationem temporis antecedere meritò debuiſſet. Plinius 2. in Apologetico aduerſus gentes apud Tertullianum allegat ſe de Chriſtianis nihil aliud comperiſſe, quam coetus antelucanos ad canendum Deo & Chriſto, & ad confederandam Diſciplinam, homicidium, adulterium fraudem, perfidiam & ſcelera cætera prohibentes. Obſerua pulchrè dictum confederandam Diſciplinã, quaſi Chriſtiani ſacro quodã fœdere inter ſe fuerint conglutinati ad ſeruandam Diſciplinam. lege Pammelium & interpretes in hunc locum in nouiſſima editione Tertulliani. Idem Tertull. li. 1. ca. 1. aduerſus Valentinianos ſta-

Cap. 9.

Cap. 39. Vide Pammelij Annotationes, in locum iſtum Tertulliani.

ti

timà principio docet, illos nominatos hæreticos ob defectum Christianæ Disciplinæ, cuius nulla munia obseruabant, inter se fuisse diuisos. idem est quod supra cap. 6. in fine habuimus ex B. Hieronymo lib. 3. Com. in cap. 6. Amos ob neglectam Disciplinam percuti Ecclesiam ruinis & scissionibus. Pammelius in allegatum locum Tertulliani notat. quemadmodum istis annis proximis sublata Disciplina, quid non vidimus ab audaculis quibusdam tentatum, quæ non schismata inter eos nata, dum vnusquisque somnium suum pro oraculo amplectitur. Vix enim ita Valentiniani inter se diuisi fuerunt, sicuti hodie Anabaptistæ excors hominum genus & inquietum. Dicit etiam Tertullianus initio statim cap. 1. eodem loco Valentinianos Disciplina non terreri. disciplinam accipit pro veritate castigatrice, quæ eo seculo maximè vigebat. Idem Tertullianus in libro de Præscriptionibus aduersus hęreticos, cap. 41. Non omittam ipsius etiam hæreticæ conuersationis descriptionem, quam futilis, quam terrena, quam humana sit sine grauitate, sine auctoritate, sine Disciplina nec fidei cõgruens; Inprimis, quis Catechumenus, quis fidelis, incertum est; pariter adeunt, pariter audiunt, pariter orant: etiam ethnici si superuenerint, sanctum canibus & porcis, margaritas licet non veras iactabunt. Simplicitatem, volunt esse prostrationem Disciplinæ, cuius penes nos curam lenocinium vocãt, laicis etiam sacerdotalia munera iniungũt, mox idem in eodem libro, cap. 43. Adeò de genere conuersationis qualitas fidei æstimari potest, doctri-

Vide initio Annotationes Pammelij in librum Tertulliani, de Pœnitentia, vbi ostenditur, quod Confessio secreta optima sit Disciplina Ecclesiæ.

Hieron. in c. 4. Oseæ simile locũ habet, de morũ dissolutione sublato metu damnatis.

næ index Disciplina est, negant Deum timendũ Itaque libera sunt illis omnia & soluta. Vbi aut Deus non timetur, nisi vbi non est? Vbi Deus no est nec veritas vlla est. Vbi veritas nulla est, mer tò & talis Disciplina est. At vbi Deus, ibi metu in Deum, qui est initium sapientiæ, ibi metus i Deum, ibi grauitas honesta, & diligentia attom ta, & cura sollicita, & adlectio explorata, & co municatio deliberata, & promotio emerita, & subiectio religiosa, & apparitio deuota, & pro cessio modesta, & Ecclesia vnita, & Dei oĩa, mo ca 44. ibid. Proinde hæc apud nos testimonia Di ciplinæ ad probationem veritatis accedunt, à qu diuertere nemini expedit, qui meminerit futu iudicij, quo omnes nos necesse est apud Chri tribunal astare, reddentes rationẽ inprimis ipsi fidei. Sequuntur nunc summariè excerpta ex Ba lio Magno quæ ad Disciplinam Ecclesiasticã spe ctant. omnia & singula verba Basilij nõ annota studio breuitatis, sed per indicẽ digito q. demo straui omnia loca Basilij fusius ex ipso fõte req renda. Primò in Summa Moral. c. 51. ostendit qu lis esse debeat ille, qui proximum corrigere te tat: & cap. 70. Quomodo Euangelij prædicator prius seipsos emẽdare oporteat. Deinde in quæ siue interrogat, ac responsionibus diffusè tra tis. q. 13. De exercitatione per silentium. q. 14. D ijs, qui se Deo desponderunt, & professionẽ su irritam facere aggrediuntur. q. 15. De puerorũ sumptiõe, institutione, & de virginũ professio q. 24. De modo mutuæ conuersationis. q. 25. Qu imminet horrendum iudicium Præfecto pecc

Cap. 10. De Basilij Disciplina et Regulis, Baronius tomo 4. fol. 385.

tes non corrigenti. q. 26. Quod oporteat omnia occulta etiã cordis referre ad Præfectũ. q. 27. Quod oporteat Præfectum etiam commonefieri, à præeminentibus in fraternitate, si quando erret. q. 30. Quo affectu deceat Præfectum fratrum cnram gerere. q. 31. Quod oporteat suscipere exhibitum à Præfecto Ministerium. q. 37. An oporteat prętextu orationum & psalmodiæ negligere opera manuaria. q. 38. Quæ artes Professioni Basilij Monasticæ aptæ. q. 43 Quales oporteat esse Prefectos & quomodo gubernare conuentũ. q. 45. Quod oporteat post Præfectum etiam alium quendã esse, qui possit in absentia aut occupationibus illius fratrum curam gerere. q. 47. De his qui non suscipiunt ea quæ à Præfecto mandata sunt. q. 48. Quod non oportet curiosum esse de gubernatione præfecti, verum proprio. q. 50. Quomodo oporteat increpare præfectum. q. 51. Quomodo oporteat corrigere delictum eius, qui peccauit. q. 52. Quomodo affectum oporteat sufferre pęnas. q. 53. Quomodo artiũ Doctores corrigent pueros peccãtes. In quæstionibus compendio explicatis. q. 2 Qualem Professionem à se inuicem exigere debent, qui simul secundum Deũ viuere volunt. q. 5. Quomodo quis debeat pœnitentiam agere secundũ singula peccata. &. Qui verbis se pœnitere confitetur, peccatum verò non corrigit, qualis sit. q. 10. Anima multis peccatis grauata, cũ qualib. lachrymis, qualiq; timore à peccatis recedere debeat. q. 13. Ex quibus fructibus probetur vera pęnitentia. q 14. Quomodo corrigantur malæ cogitationes & à Deo alienationes. qu. 27. Si quis Præfecto detrahat, quomodo ipsi attendemus. qu. 32. Quomodo curetur

& cor-

& corrigatur arrogans. Q. 35 Si non sustinet
purgari quid faciendum sit. Q. 57. Si quis defe
incorrigibilem habeat, & frequentius comme
datus lædatur, an conferat magis ipsi permitte
Q. 61 Si quis neque operari potest, neq; Psalmo
discere voluerit. Q. 73. De eo qui non desideri
corrigendi fratrem redarguit peccatum, sed affe
ctu iustificandi seipsum. Q. 84. De eo, qui more
tumultuosos ac turbatorios habet. Q. 109. Qua
animo ac prudentia præditus esse debeat præfe
ctus in his quæ præcipit aut cõstituit. Q. 102. Qu
affectu increpantem increpare oporteat. Si con
tingat etiam ipsum seniorem in alicubus labi, a
ipsum reprehendi oporteat. Qualibus pœnis i
fraternitate vti oporteat. An oporteat confiten
sorore seniore adesse etiam ipsam seniorem. A
oporteat aliquid abire citra Præfecti commone
factionem. An oporteat ipsum tolerare. An opor
teat eum qui in hæreticos aut græcos incidit, ci
bum cum ipsis capere, aut ipsos salutare. Si vrge
te necessitate præfectus requirat ab ipso suppel
lectilem & contradicat. Si non festinet adesse Re
gulæ Psalmodiæ & orationis, an nullum damni
animæ incurrat. Quo affectu quis pœnam susci
pere debeat. Qui tristitia afficitur erga eum, qui
ipsum increpauit, qualis sit. An oporteat psalmo
diæ tempore in domo Colloquium fieri. Quomo
do acquiramus humilitatem. In qua re oporteat
nos fieri quasi pueros. Quomodo suscipiamus re
gnum Dei velut pueri. Quomodo debet benedi
cere is qui obiurgatur, aut quid consolari is, qui
blasphemijs ac conuitijs impetitur. An oportet

inter-

interdictas actiones impudentius omnibus publicare, aut alicubus & his qualibus. An possibile sit indesinenter psallere aut legere, aut seria tractare de verbis Dei. Nolens psallere an sit cogendus, An oporteat in fraternitate puerorum secularem Doctorem esse. An ex Diario auspicari oportet psalmodiam vel orationem. An oporteat requirentibus alicubus ad Visitationem abire. An oporteat eos, qui visitant laicos, ad orationem exhortari. An oporteat operari Visitantibus quibusdam in Capitibus, Constitutionum exercitatoriarum. Quod neutiquam conueniat exercitatorem cupere potestatem fratrum aut præfecturam. Quod non oportet à spirituali fraternitate resecari. Quod non oporteat exercitatorem honores ac præfecturas & prærogatiuas quærere. Quod oporteat Præfectum paterna beneuolentia subditorum res ac negotia gubernare. Quod non oportet Præfectos exercitatoribus propriã congregationem deserentibus libertatem tradere, aut ipsos ad vitæ societatem suscipere D. Basilij Magni Pœnæ in delinquentes exercitationes pietatis statutæ, Si quis sanus corpore neglexerit Orationes, aut edisce re psalmos prætexens prætextus in peccatis, hic excommunicetur, aut vnã hebdomadam ieiunet. Pœnæ in regulares virgines statutæ. Quæ reluctatur præfectarum præcepto, excommunicetur hebdomadam vnam. Quæ maligno oculi intuitu proximæ est molesta, excõmunicetur hebdomadam vnam. De pœna non agnoscentis suam ipsius vtilitatem in correctione. Pœnæ incerti auctoris & inscriptione carentes

tes inter Basilij scripa repertæ. Si quis egrediat de Monasterio non accepta benedictione, aut no dimissus ab Archimandrita. i. patre & præfec sit excommunicatus. Si quis careat benedictio gratia, si quis absque capitis velamine opus ciat in quocunque loco, careat benedictio si quis cum externis aut proprijs accede bus conuersetur. Si quis noctu inueniatur pri tim cum aliquo agens, aut locum, vbi dormit, tans, propter voluptatem ad hoc designatorũ communicetur. Si quis vesperi post Pater nos inueniatur colloquens, excommunicetur, eam contemnens non recõcilietnr ante ministeriu aut dicat causam archimandritæ, aut cubicul præfecto, aliàs excõmunicetur. Si quis in die lationis impedierit seipsum à cõmunione. Si q è scripturis contentiosè disputet. Si quis lauat suam aut alterius vestem præter voluntatẽ Arc mandritæ, careat benedictione. Si quis vesperi acceſſerit ad Pater noster absq; aliqua causa sil tur in orationem donec omnes dormierint, sil tur in oratiõ vsq; ad tempus Lucernarium, a

Basil. hom. de Ira. iram cauendam in disciplina. vide & in lib. de Spirit. S.

sistatur his, qui Disciplinæ boni ordinis curam rũt & careat benedictione. Si quis expergefac ab aliquo in tẽpore Ministerij aut lectionis æg ferat, excommunicetur. Si quis superfluè post V sitationem Matut. ingreditur in ægrotoruh re ctorium, exceptis his, qui silentium imperant, rerum curam sibi demandatam habent careat b nedictione. Si quis fuerit inuentus scribens a suscipiens literas excepto archimandrita, sit e communicatus. Hæc loca Basilij induxi summ

tim & breuiter quasi per indicem. nam nimis prolixum fuisset singula, quæ legentibus obuia sunt, describere. ex his perfectam Monasticæ Disciplinæ, de qua postea suo loco dicturi sumus formam concipere possumus, & ex D. Basilio aliarum Regularum auctoritatem comprobare, quæ postea ordine similes sequutæ fuerunt. Iam vt ad D. Augustinum accedamus ordo postulat. Hic Disciplinam & mores Catholicæ Ecclesiæ contra Manichæos per gradus omnium virtutum graphicè describit libr. vno de Moribus Catholicæ Ecclesiæ, qui totus in argumento Disciplinæ Ecclesiasticæ exornando versatur, & præcipuè huc pertinent verba aurea eius libri, capitis 28. Quod autem attinet ad Disciplinam, per quam ipsi animo sanitas instauratur, quæ si absit, nihil ad depellendas miserias salus ipsa corporis valet, difficillima omninò res est. Atque vt in corpore dicebamus, aliud esse morbos & vulnera curare, quod pauci homines bene facere possunt, aliud autem famem sitimque sopire; sic in animo sunt quædam, in quibus excellentia illa & rara magisteria non admodum desiderantur, vt cum hortamur & monemus, vt hæc ipsa indigentibus exhibeantur, quæ corpori esse exhibenda diximus. Cùm enim hæc facimus, ope corpori; cùm autem docemus vt fiant, disciplina animo subuenimus. Sunt verò alia, quibus multi modi varijque morbi animorum magna quadam & prorsus ineffabili ratione sanantur, quæ medicina, nisi diuinitus populis mitteretur, nulla spes salutis esset, tam Cap. 13.

tam immoderata progressione peccantibus. Hæc tamen Disciplina, de qua nunc agimus quæ animi est medicina, quantum ex ipsis scripturis diuinis colligere licet, in duo distribuitur, Coercitionem & Instructionem. Coercitio timore, Instructio verò amore perficitur, eius dico cui per Disciplinam subuenitur: nam qui subuenit, nihil horum duorũ habet nisi amare. In his duobus Dei testamentis vetere & nouo disciplinæ nobis regulam dedit. Quanquam enim vtrunque sit in vtroque, prævalet tamen in vetere timor, amor in nouo, quia ibi seruitus, hic libertas ab Apostolo prædicatur. Qui ergo diligit proximum, agit quantum potest, vt sanus corpore sanusque animo sit, sed cura corporis ad sanitatem animi est referenda. Ait ergo his gradibus, quod ad animum attinet, vt primò timeat, deinde diligat Deum: hi mores sunt optimi per quos nobis etiam ipsa prouenit, ad quam modo odio rapimur, agnitio veritatis. Pertinet huc quoque Liber vel sermo aut Tractatus D. Augustini de Disciplina Christiana, seu de Domo & schola Disciplinæ qui extat tomo 9. folio 312. in editione Louanienſi Plantiniana, & alius liber seu tractatus in eodem tom. 9. de Vita Christiana seu Bono Disciplinæ, qui tamen putatur non esse D. Augustini. D. Dadræus in locis Cõ. Simil. & Dissim. notat Augustinum in epistol. 48. ad Vincentium. & epist. 1. ad Bonifacium serm. 59. de verbis Domini in Ioannem 6. idem in epist. ad Galat. 5. D. Augustinus libr. 1. de Ciuitate Dei cap. 9. hanc causam præcipuam statuit toto isto capite, cur boni temporaliter cum malis simul

in hoc

in hoc seculo affligantur, quod ob metum & potentiam malorum boni Disciplinam & correptionem in malos non exerceant, sed dissimulent, vel quia laboris piget, vel quia verentur eos offendere, vel quia inimicitias eorum deuitant, ne impediant & noceant in istis temporalibus, siue quas adipisci appetit cupiditas, siue quas amittere formidat infirmitas. Si autem Disciplina intermittatur, quia oportunius tempus inquiritur, vel eisdem ipsis metuit ne deteriores ex hoc efficiantur, vel ad bonam & piam viam erudiendos, impediant alios & premant & auertant à fide, non videtur esse cupiditatis occasio, sed consiliũ charitatis latè explicat, quomodo homines magis abstineant à correptione & disciplina ob vincula cupiditatis, quam ob officia charitatis. addit tandem. ad hoc speculatores, i. populorum præpositi constituti sunt in Ecclesijs, vt non parcãt obiurgando peccata &c. Idem li. 1. c. 30. Qui oderũt Disciplinam, vel de ea conqueruntur, luxuriam cupiunt habere securam, & perditissimis moribus, remota omni molestiarum asperitate diffluere, vt infinita varietas voluptatum insanis effusionibus exquiratur, secundisque rebus ea mala oriantur in moribus, quæ sæuientibus peiora sint hostibus. At ille Scipio istam vobis metuens calamitatem, nolebat æmulam tunc imperij Romani Carthaginem dirui, & decernenti vt dirueretur contradicebat Catoni, timens infirmis animis hostẽ securitatem, & tanquam pupillis ciuibus idoneũ tutorem necessariũ videns esse terrorem. Nec eũ sententia fefellit, reipsa probatum est, quam verũ

Emendando Ecclesia diligit ex Augustino. Baronius to. 7. Anna fol. 453. 454.

diceret. Deleta quippe Carthagine, magno scili-
cet terrore Rom. Reipublicæ depulso & extin-
cto, tanta de rebus prosperis orta mala continuo
sunt subsequuta, vt corrupta diruptaque Concor-
dia, prius sœuis cruentisque seditionibus, deinde
mox malarum connexione causarum, bellis etiam
ciuilibus strages tantæ ederentur, vt Romani illi,
qui vita integriore mala metuebant ab hostibus,
perdita integritate vitæ crudeliora paterentur a
ciuibus. mox c. 31. Scipio Nasica res secũdas cau-
das esse censebat cũ Carthaginẽ nolebat auferri,
vt timore libido premeretur, libido pressa nõ lu-
xuriaretur, luxuriaq; cohibita nec auaritia grassa-
retur. Quibus vitijs obseratis, ciuitati vtilis vir-
tus floreret & cresceret, eiq; virtuti libertas co-
grua permaneret. hinc idem Scipio persuasit e
ratione grauissima, ne græcam luxuriam viri-
bus patriæ moribus paterentur obrepere, & a
virtutem euertendam eneruandamque Roma-
nam peregrinæ consentire nequitiæ. mox c. 32.
1. Scipio Pontifex vester propter animorũ cauen-
dam pestilentiam, ipsa scenam construi prohibe-
bat, & cap. 33. libr. 1. Theatra animorum labem a
pestem probitatis & honestatis euersionem vo-
bis Scipio metuebat, quando construi theatra
prohibebat, quando rebus prosperis vos facile
corrumpi atque euerti posse cernebat, quando
vos ab hostili terrore securos esse nolebat. Ne-
que enim censebat ille fœlicem esse Rempubli-
stantibus mœnibus, ruentibus moribus. Vos lu-
xuriam quæritis impunitam, qui deprauatis
bus prosperis, nec corrigi potuistis, aduersis Deus
vobis parcendo admonet, vt corrigamini pœna-
tendo.

tendo. libr. 2. cap. 4. 5. 6. Deos paganorum eorumque cultores reprehendit, quod nullam honestè viuendi sanxerint disciplinam, nec vlla terribili prohibitione auaritiam cohibuerint, ambitionem fregerint, luxuriam refrenarint, sed contra potius in sacris eorum & turpia & obscœna celebrauerint. libr. 2. cap. 14. commendat mirificè Platonem, qui Poetis locum in bene morata ciuitate non dedit, eò quod bonam ciuium suis obscœnitatibus corrumperent disciplinam, neque bonos mores instituerent aut corrigerent malos, nec tanta animi & morum mala bonis præceptis & legibus vel imminentia prohiberent, vel insita extirpanda curarent, & cap. 16. reprehendit deos Romanorum, quod eis non fuerit vlla cura Disciplinæ. Mala enim animi, inquit, mala vitæ, mala morum: quæ ita magna sunt, vt his doctissimi viri eorum etiam stantibus vrbibus Respubl. perire confirment: dij eorum, ne suis cultoribus acciderent, minimè curarunt, imò verò vt augerentur, sicuti supra disputatum est, omninò curauerunt. cap. 18. Salustius cum optimis moribus & maxima concordia populũ Romanum inter 2. & postremum bellum Carthaginense commemorasset egisse, causamque huius bonæ disciplinæ non amorem iustitiæ, sed stante Carthagine metum pacis infidę fuisse dixisset, vnde & Nasica ille ad reprimendam nequitiam, seruandosque istos mores optimos, vt metu vitia cohiberentur Carthaginẽ nolebat euerti, cõtinuò idem Salust. subiecit & ait. At discordia & auaritia atq; ambitio & cætera rebus secũdis oriri sueta mala post Carthagi-

thaginis excidium maximè aucta sunt. Quare v
Salustij verbis vtar, metu & Disciplina sublata e
pulcherrima atque optima Romana Republic
pessima ac flagitiosissima facta est post Carthag
nis excidium. Quæ tempora ipse Salustius, quem
admodum breuiter recolat & describat, in eius
historia legi potest, quantis malis morum, qu
secundis rebus exorta sunt, vsque ad bella ciuili
demonstret esse peruentum. Ex quo tempore, v
ait, maiorum mores, non paulatim vt antea, se
torrentis modo præcipitati, adeò inuentus lux
& auaritia corrupta est, vt meritò diceretur geni
tos esse, qui neque ipsi habere possent tres fami
liares, neque alios pati. Docet igitur ob negle
ctam Disciplinam in pessimorum morum col
luuiem illam ciuitatem prolapsam fuisse cap. 1
Corruptam Romanam Rempublicam fuisse do
cet, priusquam cultum deorum Christus aufer
ret, eò quod plures vitijs malè blandientibus,
quam vtili virtutum asperitati fuerint amicio
res. hinc cap. 20. talem facit prosopopæiam Epi
cureæ & Sardanapali Reipubl. vbi nulla disci
plinæ seueritas cuiquam aduersatur. Non iube
antur dura, non prohibeantur impura reges non
curent quam bonis, sed quam subditis regnent,
prouinciæ regibus non tanquam rectoribus mo
rum, sed tanquam rerum dominatoribus & delli
ciarum suarum prouisoribus seruiant, eosque
non synceriter honorent, sed nequiter ac seruil
ter timeant, &c. in sequentibus latius prosequi
tur descriptionem talis deprauatæ Reipublicæ
in qua omnia vitia libera & nulla viget disciplina

na: postea vocat talem Rempublic. Sardanapali. cap. 21. copiosè docet, vbi non viget Disciplina & iustitia, ibi omninò nullam esse Rempublicam. Nostra, ait, ætas cum Rempublicam sicuti picturam accepisset egregiam, sed euanescentem vetustate, non modo eam coloribus ijsdem, quibus fuerat, renouare neglexit, sed ne id quidem curauit vt formam saltem eius, & extrema tanquam lineamenta seruaret. quid enim manet ex antiquis moribus, quibus Ennius dixit Rempubl. stare, quos ita obliuione obsoletos esse videmus, vt non modò non colantur, sed etiam ignorentur? Nam de viris, quid dicam? Mores enim ipsi interierunt virorum penuria, cuius tanti mali non modo reddenda nobis est ratio, sed etiam tanquam reis capitis quodammodo dicenda causa est. Nostris enim vitijs non casu aliquo Rempub. verbo retinemus, reipsa iam pridem amisimus. hinc colligimus Ecclesiam Christi sine iustitia & Disciplina non esse viuam moribus, sed pictam tantum & adumbratam coloribus Rempublic. Christi igitur Respubl. & ciuitas vera nulla est, nisi vbi viget Iustitia & Disciplina, cap. 22. libri 2. ostendit deos Romanorum nullam Disciplinæ curam habuisse, atque ita perijsse perditissimis moribus Rempublic. & maiores eorum iam pridem moribus suis ab vrbis altaribus tam multos ac minutos Deos tanquam muscas abegisse. Moribus primùm paulatim decoratis, deinde torrentis more præcipitatis, tanta, quamuis integris tectis mœnibusq; facta est ruina Reipubl. vt magni autores eorum, eam tunc amissam nó dubitēt dicere.

cere.cap.26. lib.2. Dœmones in secretis suis adytis & penetralibus perhibentur dare quædam bona præcepta de moribus,cum tamen palam in sacris eorum omnis turpitudo & obscœnitas discereturꝝ exerceretur, illud faciebant vt honestiores, qui pauci erant, caperentur; hoc autem, ne plures, qui sunt turpissimi corrigantur, ca.27. Magna euersione publicæ disciplinæ Romani dijs suis placandis sacrauerant obscœna ludorum vt floræ deæ, qui ludi quantò deuotius, tantò turpius celebrari solent, fueratne satius, ait, tales deos irritare temperantia quam placare luxuria & eos honestate etiam ad inimicitias prouocare, quam tali deformitate lenire. nam tali cultu virtus debellabatur in mentibus,& dij fiebant expugnatores morum bonorum,cap.28.Opponit cultibus deorum paganorum Christianæ religionis & disciplinæ salubritatem, per quam omnis eorum petulantia, aut repentina immutatione deponitur, aut timore vel pudore comprimitur. cap.29. Id quod laudabile naturaliter eminet, id non nisi vera pietatis Disciplina purgatur atque perficitur,impietate autem dispergitur atque punitur, dœmones à Romanorum societate remoueantur purgatione Christiana,quomodo eorum cultores à tua dignitate remoti sunt notatione censoria.lib.3.cap. 10. Sub regibus initio vita hominum in bona disciplina sine cupiditate agitabatur.postquam autem res eorum, vt scribit ipse Salustius,legibus,moribus,agris aucta satis prospera satisque pollens videbatur: sicuti pleraque mortalium habentur, inuidia ex opulentia ori-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

est, hinc bella & disciplinæ euersio. libr. 3. cap. 21. Asiatica luxuria Romam omni hoste peior irrepsit. tunc enim primum lecti ærati, & preciosa stragula visa perhibentur, tunc inductæ in conuiuia psaltriæ & alia licentiosa nequitia. Sed quia Salustius inter secundum & postremum bellum Carthaginense dixit mores fuisse optimos, propter hoc de Asiana luxuria commemorandum putaui, vt intelligatur illud etiam à Salustio in comparatione aliorum temporum dictum, quibus temporibus deiores vtique in grauissimis discordijs mores fuerunt.

Sed vltimo bello Punico, vnico impetu alterius Scipionis cum æmula populi Romani ab stirpe deleta esset, deinde tantis malorum aggeribus oppressa est Romana Respublica, vt prosperitate ac securitate rerum, vnde nimium corruptis moribus mala illa congesta sunt, plures nocuisse monstretur tam cito euersa, quam prius nocuerat tam diu aduersa Carthago. Iulius Cæsar eneruem ac languidam libertatem extorsit Romanis, & ad regale arbitrium cuncta reuocauit, & quasi morbida vetustate collapsam, veluti instaurauit ac renouauit Rempublicam. libro quarto, capite quarto: per additam impunitatem, sine iustitia & Disciplina Respublica nil aliud esse quam latrocinia. libro quinto, capite duodecimo. Fastus regius non disciplina putata est regentis vel beneuolentia consulentis, sed superbia dominantis. Artes bellicas Romani tantò peritius exercebant, quanto minus

se voluptat bus dabant, & eneruationi animi & corporis in concupiscend s & augendis diuitiis & per illas moribus corrumpendis, rapiendo m feris ciuibus, largiendo scenicis turpibus. Vnde qui tales iam morum labes superabant atque ab undabant, quando scribebat illa Salustius cane batque Virgilius non virtutibus, non arte militari ad honorem & gloriam, sed dolis atque falla cijs ambiebant. postea accommodatissimam nostro instituto sententiam Catonis recitat. Nolite, inquit, existimare, maiores nostros armis Remp. ex parua magnam feciſſe. Si ita esset multò pulcherrima eam nos haberemus. Quippe sociorum & ciuium præterea armorum & equorum maior copia nobis quam illis est. Sed alia fuerunt, quæ illos magnos fecerunt domi industria, foris iusti imperium animus in consulendo liber neque libidini neque delicto obnoxius. Pro his nos habemus luxuriam & auaritiam, publicè egestatem, priuatim opulentiam, laudamus diuitias, sequimur inertiam, inter bonos & malos discrimen nullum, omnia virtutis præmia ambitio possidet. Neque mirum, vbi vos seperatim sibi quisque consilia capitis, vbi domi voluptatibus, hic pecuniæ aut gratiæ seruitutis, eò fit vt impetus fiat in vacuam Rempublicam. Saluſtij inde verba subiungit. Postquam luxu atque desidia ciuitas corrupta est, rursus Respublica magnitudine sui Imperatorum atque magistratuum vitia sustentabat. Paucorum igitur virtus ad gloriam, honorem, imperium, vera via, id est, virtute ipsa nitentium etiam à Catone laudata est,

hinc

hinc erat domi industria, quam commemorauit Cato, vt ærarium esset opulentum, tenues res priuatæ. vnde corruptis moribus vitium econtrario posuit, publicè egestatem priuatim opulentiam, amore laudis cupiditatem & multa alia vitia comprimebant, libr. 5. cap. 24. Propter Disciplinæ obseruantiam vitiorum exstirpationem Cæsares fœlices iudicat, si, inquit, veniam non ad impunitatem iniquitatis, sed ad spem correctionis indulgent, si, quod aspere coguntur plerumque decernere misericordiæ lenitate & beneficiorum largitate compensant, si luxuria tanto eis est castigatior, quantò posset esse liberior; si malunt cupiditatibus prauis, quam quibuslibet gentibus imperare, libro quinto, capit. vigesimo sexto, Theodosius initio sui imperij iustissimis & misericordissimis legibus aduersus impios laboranti Ecclesiæ subuenit, quam Valens Arrianis fauens, valde afflixerat. Quid autem fuit Theodosij religiosa humilitate sublimius, cũ in Thessalonicensium grauissimum scelus, cui iam Episcopis intercedentibus promiserat indulgentiã, tumultu quorundam, qui ei cohærebant, vindicare compulsus est, & Ecclesiastica coercitus Disciplina, sic egit pœnitentiam, vt imperatoriam celsitudinem, pro illo populo orationis magis fleret videndo prostratam, quod peccando timerent iratam libr. 5. cap. 27. Tullius de quodam ait qui peccandi licentia fœlix appellabatur. O miserum, cui peccare licebat. libr. 8. cap. 3. Socrates primus vniuersam philosophiam ad corrigendos componendosque mores & honestam Disci-

plinam flexisse memoratur, & purgandæ boni
moribus vitæ censebat instandum, vt deprimen
tibus libidinibus exoneratus animus naturali v
gore se in alta attolleret, naturamque incorpor
& incommutabilis luminis vbi causæ omniu
factarum creaturarum & naturarum stabilit
viuunt, intelligentiæ puritate conspiceret, lib.
c.5. In nostra Disciplina, qui irascitur peccanti
corrigatur, non est reprehendendus. libr. 13 cap
Auget prohibitio desiderium operis illiciti qu
do iustitia, non sic diligitur scilicet gratia no
subueniente, vt peccandi cupiditas eius delect
tione vincatur. Vt autem delectet & diligatur
ra iustitia & Disciplina, non nisi diuina gra
subuenit, supra modum peccans peccatum e
citur, cum peccandi aucta libidine etiam lex
psa contemnitur. Lex autem cum sit prohibi
peccati, bona est. li. 15. ca. 25. Ira Dei est iudicium
quo pœna peccato irrogatur. lib. 19. cap. 14. M
gisterio diuino opus est, id est, Disciplina vt i
peret non dominandi cupiditate, sed officio co
sulendi, non principandi superbia, sed prouid
di misericordia; hæc sufficiat insigniora loca a
Cap. 12. duxisse, ex Augustino. accedamus iam ad aureu
illud flumen D. Chrysostomum. tomo 5. Hom
lia de Eruditione Disciplinæ. Eruditio Disci
næ custos est spei & vinculum fidei & Dux v
ad salutem ferentis, quæ fouet & nutrit anim
ad profectum sensuum & spiritualium magi
virtutum est. Ipsa in Christo manet, semper
indeficienter secundum Deum viuit, & ad cœ
stes repromissiones perducit, & ad diuina p

mia facit peruenire. Minus peccatum est ei, qui peccat priusquam agnoscat Disciplinam domini. legatur tota illa homilia, quæ huc propriè spectat, referuntur huc etiam ex Tomo 5. Homiliæ sequentes. Contra carnis Concupiscentias ne eas sectemur. Contra luxum & crapulam. Contra gulam & alias Voluptates. De Pœnitentia & Confessione sæpius. Inter epistolas septem vna de Reparatione lapsi. Quod regulares siue Canonissæ fœminæ viris cohabitare non debeant. Contra Concubinarios & eos qui fouent sorores adoptiuas. Contra ingluuiem & ebrietatem. Aduersus eos, qui in delicijs agunt, & in homilijs ad populum Antiochenum homilia vigesima tertia. Quod Christianũ oportet viram rectam habere. & vigesima quarta. De optima conuersatione, vigesimo quinto. De vita recta, 26. Quod ex minimis incipienda virtus & 54. Contra eos, qui ebrietati & delicijs vacant. 55. Contra luxuriantes & deditos delicijs. Homilia insignis tomo quinto, de Militia Christiana agit sub alio nomine nempe Militiæ de Disciplina Christiana. id declarant hæc verba, ne quis te contra Disciplinam, & decus nominis Christiani in deuijs ambulantem videns dicat. Iste est ille qui cœlestis vitæ sectator, qui denique summæ ipsius pudicitiæ magistri discipulus habebatur, &cæt. & infra in eadem, naturam tuam opere diuino bonam competenter in sua mensura custodias sicut equum eam temperans, & refrenans agitatorijs Disciplinis. legatur tota homilia, quia totam eam asscribere nimis foret prolixũ,

& ho-

& homilia 6. ad Populum Antiochenum. Quo vtilis est Principum timor & Disciplina, & co rectio, quæ non sine timore exercetur. & homil 6. Quod tristitia quæ oritur ex Disciplina Po nitentię, ad peccati destructionem sit vtilis & to mo 3. homilia diuina accommodatissima de f rendis reprehensionibus & alijs peccātibus com gendis & reprehendendis & quam id sit vtile b tè & pulcherrimè, & tom. 4 in ca. 12. epistolæ Hebræos. Omnia verba Chrysost. si annotaren totum librum replerent. ideoque ex ijs pauca s lectiora eligam, & reliqua inspicienda & requ renda beneuolo Lectori relinquam. to. 3. homil de ferendis reprehēsionibus. Vulnus amici repr hendentis medicamenti vim habet. Prouerb. 2 fideliora sunt vulnera amici, quam blanda oscu la inimici. Osculatus est dominus Iudam sedo sculo prodidit, venenum habebat os eius, mali ciaque impleta erat lingua eius. Paulus vulnera uit eum qui apud Corinthios scortatus fuit sed saluauit. & quo vulnerauit. Dicit quod dederit eum Sathanę. Vidisti vulnera salutem adferentia vidisti osculum proditione plenum, probat, i dem exemplo Dei & Diaboli. Deus arguendo, comminando reprehendendo prodest. Diabolus vero blandiendo nocet. Amicus monet vt corri gat & emendet, inimicus non vt corrigat, sed vt exibilet. Mirum quanta commoda ex reprehen sione accedant vitæ nostræ In peccatis enim hoc operantur reprehensiones, quod in vulneribus remedia. Idcirco sicuti insipiens est, qui pharma ca reijcit, ita & stultus, qui non grato animo ac cipit

1. Cor. 5.

cipit reprehensionem. Deus Iudæis præcepit Exodi 23. Deuteron. 22. ne errantia inimicorum iumenta despiciant, & lapsa ne prætereant, nos ne igitur fratrum animos qui quotidie supplantur, despiciemus? Hoc est quod omnem vitam nostram confundit, hoc est quod omnem ordinem subuertit, quod neque boni consulimus cum reprehendimur, neque alios reprehendere volumus, Moyses quamlibet magnis virtutibus fuerit præditus, eum non puduit correctionem, & consilium suscipere à Ietro socero suo longè se viliori & inferiori Numer. ca. 12. Res est hæc summè necessaria, vt Libenter feramus, cum arguimur, & alacriter arguamus & castigemus eos qui peccant. tomo 4. in cap. 12. epistolæ ad Hebræos, Si non castigari nothorum filiorum est, oportet nos gaudere, cum castigamur: siquidem hoc filijs proprijs adhibetur, proinde nobiscum propterea, sicuti cum filijs agit Deus mox infra Carnales patres nostros eruditores & castigatores habuimus, & reuerebamur eos, nonne multo amplius subijci debemus patri spirituum? mox infra. Disciplina participatio sanctitatis? admodũ. Quando enim negligentiam pellit, cupiditates expellit, secularium rerum amores amolitur, animam conuertit, facit eam omnia huius vitæ culpare (hoc quippe facit tribulatio) cum hæc fiunt, nonne perficit, nonne spiritus ad se gratiam pertrahit, numeremus iustos, vnde claruerunt, nonne per Disciplinam & tribulationes? enumeremus ab initio si placet Abel ipsum Noe, &c. longa hic est exemplorum inductio. Cum multis

opus

opus habet anima ad sui curationem, amarâm
ma sustinet seruitutem. Disciplina igitur exer
tatio est. Nam athletam perficit fortiorem &
superabilem reddit in certaminibus & inexp
gnabilem declarat in prælijs. Et noli mirari,
cum ipsa amara sit, fructus tantum proferat d
ciores. Nam & in arboribus cortex pene semp
amarus & asper est: fructus tamen ipsi suauit
iucundi sunt, sic tomo 2. folio 917. castigat De
malos in terra, vt boni excitentur, & tomo 5. f
166. castigandum est corpus, ne anima fiat fi
Diaboli, tomo 5. homilia prima, ad populum A
tiochenum admonet de fraterna correctione,
castigatione blasphemantiũ Deum. tandem s
iungit. Sufficit vnus homo fidei zelo succens
totum corrigere populum, multo 9. magis p
res & tomo quinto, homilia secunda. Quisq
proximum corrigat. ædificate in alter alter
trum ait Apostolus 1. Thessalo. cap. 5. Nisi en
hoc faciamus à quocumq; commissa prævaric
tio, commune quoddam & intolerabile damn
adfert. Quoniam is, qui talentum defodit, & n
multiplicauit, quoniam non castigauit cæter
quoniam argentum ad numularios non detul
non increpuit, non correxit proximos pecca
res inordinatos, idcirco absque misericordia
illas intolerabiles pœnas mittebatur. Sed si n
antea vel nunc saltem quidem hanc facietis c
rectionem, & Deum contumelia affici non n
gligetis, satis credo. Possuntne quæ acciderun
licet nemo sit qui admoneat, vel insensatos de
cas

ceps propriam asserere salutem persuadere. tomo tertio, homilia decima, in Acta Apostolorum. Sint animaduersores, eorum, quæ dicuntur multi, stent inquisitores & correctores. Non est confusio ab alio corrigi, imò confusio est repellere corrigentes, & in damnum propriæ salutis hoc facere. Et tu quidem si veste induaris inuersam permittis te à puero admoneri, & non confunderis ab illo discens, licet, in hoc certè magna confusio. Hic autem incommodans, confusione est dic mihi ab alio erudiri, & ornantem quidem te vestibus fers seruulum, & calceantem ornantem autem animam tuam non fers? & quantæ insipientiæ hæc sunt, quemadmodum bestia, quæ vndiquaque agitatur, non facilè euadit; ita fieri nequit, quin is, qui tot habet custodes, tot obseruatores, tot increpantes, & vndique affligitur facilè effugiat, & non scrutetur, & in vno quidem die difficulter hoc feres, & in secundo & in tertio. Deinde autem facilè erit; etiam post quartum molestum vltra non erit, periculum facite, si non credideritis.

Curam habete oro; non enim vulgare est hoc quod peccatur & corrigitur, sed vtrinque magnum bonum & malum est. tomo quinto folio nongentesimo quinquagesimo tertio, ca. octauo corripere Iudaizantem magna est eleemosyna, & tomo quinto, folio decimo quarto, corripere fratrem suum martyrium est, tomo quinto, folio 420. & quadringentesimo vigesimo secundo, Corrigere vi peccantium lapsus Christianis non licet.

licet.tom.3.in 5.feria passionis domini. Animum præcognita præparant, confirmant prænunciata, mouent exspectata & nos reddunt per omnia fortiores. Sicuti miles de hostis superuentu habet periculum,scilicet hostem præscitat, fert triumphum Rerum fortis licet fortium munitur accinctu non valet cauere ignota, nota agminaet iam singularis nescit timere bellator.tomo 3.ho 82.in ca. 18.Discamus,& vitia nostra recensentes ea tempore corrigamus,& hoc mense vnum alio aliud & ita subsequenter meliores efficiamur & sic tanquam per gradus quoldam ascendentes per scalam Iacob ad cœlum perueniemus tomo quinto,folio 648. homilia quod nemo lœdatur nisi à se ipso. Qui seipsum corrigere & emendare noluerit, nullus ei extrinsecus proderit. ignauum,desidem,& qui semetipsum proijcit ac dejicit, etiamsi mille adhibeas medicinas, mille munimenta conquiras, meliorem facere & emendare non poteris, nisi ipse prius quod in se est proponat ac proferat. Quanta erga Iudæorũ populum diuinæ prouidentiæ Disciplinæ cura extitit? nonne omnis,vt ita dicam,creatura erga emendationis eorum ministerium præparata est. tom.5.folio 518.Correptio ex dilectione fit & derelictio ex odio.tomo 3. fol. 816. Alia correptio filij alia famuli, sic Deus aliter corrigit iustos aliter iniustos.tom.5. homilia 17.Tempore Disciplinæ ipsa tribulationem natura vel inuitos nos corripiebat & modestos faciebat & ad maiorem agebat reuerentiam; nunc autem ablato freno & nube præterita timendum,ne ad torporem declinemus,

nemus, ne segniores reddamur, rursum ex remissione, ne de nobis quoque quisquam dicat. Cùm occideret eos, tunc quærebant eum, reuertebantur & diluculo quærebant eum. Puerulus si donec ab aliquo agatur pœdagogo terribili, cum modestia viuit, & mansuetudine, nihil est mirandum, sed pœdagogi timori modestiam pueri attribuunt omnes, cum verò deposita necessitate illa idem in eadem manserit honestate, tunc & quam habuit in priori ætate modestiam ipsi omnes asscribunt, tomo primo, in cap. 3 Genes. supplicium misericordia temperandum, nec ferina vtendum læuitia in confratres, tom. 1. in psal. 24. Virga & baculus consolata sunt me. Lex ostendere nouit peccata, gratia aufert. nam agnitio peccatorum cum ostensa fuerit, subsequitur correctio tom. 1. in psal. 38. Non temere nec frustra vsus es castigationibus, sed lapsos redarguens, & medici ritu secans, & saniem occultã educens. In medendo quidem crucias, sed ijs, qui secantur, sanitatem procuras tomo 1. homilia 4. de Patientia Iob. Si quis correctus generosè tulerit correctionem, audit à Deo exurge Hierusalem, quæ bibisti de calice iræ. Visitaui te, non vt noceam, sed vt coronem vt illustrarem, non deturparem, mundo per agonem & aduersitatem mihi antea notus innotesces. tomo 1. homilia 5. de verbis vidi dominum. Deus non statim Oziam resecat sed castigat modò correctionem habente potius quam vltionem. tomo 1. homilia 7. in caput 1. Geneseos. Age leuiore hodiè vtamur remedio & illorum spiritualia vulnera, quasi membra nostra

essent,obligemus;quia & heri asperiora medic
menta imposuimus,non vt quem contristare
affligere velimus,sed vt vehementia vlcus ipsu
attingere possemus, etenim & medici & patr
sic facere consueuerunt.Medici enim primum
ponunt cataplasmata magis efficacia & dein
pto vlcere,ea quæ leniunt.patres quoque cum
derint filios suos incõpositis moribus, prius ve
beribus grauiter corripiunt, dein admonent
solantur.hoc modo & nos,&c.tom.1. hom.16
ca.5. Matthæi.Qui fecerit & sic docuerit magn
vocabitur in regno cœlorum: Non enim sibi
tantum vnusquisque vtilis esse debet sed etia
cæteris. Neque enim æqua merces eius, qui
lummodo seipsum regit, & illius, qui etiã al
acquirit. Sicuti enim docere absque operib
condemnat docentem. Qui inquit ad Roman.
doces alium teipsum non doces? ita facere qu
dem nec tantum alijs facienda suggerere non p
rum de illa plena mercede decerpit, oportet ig
tur in vtroque esse perfectum. Cumque primu
se ipse quis correxerit, tunc eundem etiam erg
cæteros congruit fieri diligentem: Idcirco enim
etiam ipse prius posuit facere quam docere,
stendens quod sic aliquis bene accedere vale
ad docendum,aliter autem nequaquam. Audi
enim,Medice cura teipsum,Lucæ 4. c. Qui enim
cum seipsum docere nequiuerit, alios emenda
conatur,irrisioni est expositus plurimorum:im
ne docere quidem talis videbitur,cũ scilicet ve
bis eius clariores hominum voces reclament.
vero fuerit in vtroque perfectus, magnus
cabi

cabitur in regno cœlorum, to. primo, ho. 17 in c. 5. Matthæ. i Magisterium spirituale est disciplinæ & Paulus ideo succenset, quia auditores eius plurimum immorabantur prioribus disciplinis. Nã cum deberetis magistri esse propter tempus, rursus indigetis vt vos voceam, quæ sunt elementa exordij sermonis Dei. Quid admirabilem perdidit sacerdotem Dei Heli. 1. Reg. 2. & 4. cuius cum vita esset irreprehensibilis, tamen quia filios calcantes Dei legem, non cum seueritate corripuit, cum illis etiam iure est punitus & graue subiuit supplicium. Si verò cui certè necessitudinis vinculum tyranniſque repugnabat tanta naturæ, cùm non esset debita in liberos seueritate vsus, seueriſſimam nactus est vltionem quam nos veniam habere poterimus, qui cùm simus tyrannide illa liberi omnia tamen adulatione corrumpimus tomo secundo, homilia 61. in cap. 18. Matthæi de ordinaria per gradus fraterna correctione. Vide, ait, non supplicij sed emendationis gratia institui correptionem, tomo secundo ex varijs in Matthæum locis, homilia decima nona in capite decimo octauo Matthæi. Exercitia legis animam corrigunt, mentem ædificant, peccata compungunt, ad confessionem trahunt. Quia lex est immaculata cõuertens animas psal. 18. Verbi ergo consolatio confert grandem salutem compungendo, corrigendo, ad sanitatẽ perfectam perducendo, to. 2. ho. 45. in ca. 23. Matthæi Volentibus male viuere semper videtur contraria esse correptio dicente Salomone Prou. 9. Argue sapientem & amabit te, insipientem verò &

odiet te, quisque alterius culpam citò intelligit; suam autem difficile, quia homo in causa alterius tranquillum cor habet, in sua perturbatu. In omnibus hominibus pene hoc malum inuenitur, vt alios quidem culpent errantes, & ipsi in eosdem incurrant errores. Sicuti familia non regitur sine flagello, sic & populus sine increpationibus, non gubernatur, ille bonus est, qui reprehensus in malo bono animo suscipit reprehensionem Omnis correctio similis est alijs tentationibus. Sicuti ergo omnis tentatio fideles quidem ædificat magis, infideles autem destruit amplius; sic & omnis increpatio Disciplinæ religiosum hominem & Deum timentem, meliorem facit; irreligiosum & malum conturbat, & ad deteriora ire compellit. tomo 2, homil. 14. ex varijs in Matthæum locis. Nunquid nam poteris dicere, quo genere curantur vulnera tua? Vt enim ignis cùm in vepres aut spinas immissus fuerit, concremat & comburit fragilem materiam; sic Disciplina Dei delet peccata & radicitus auulsa consumit, recognosce quia peccasti, & si agnoueris initium correctionis factum est tibi. tomo secundo in cap. 18. Matthæi latè hortatur ad nosipsos & alios corrigendos, tomo secundo, in cap. 21. Matthæi homilia vndecima. Iterum vos vulnero, vt aliquando sentiatis dolorem, nam aspera medicina citius sanat vbi tamen sanabilis morbus est. Secularis homo post peccatum facile ad pœnitentiam venit, nam occupatus negligentia secularj, dū scripturis sacris non attendit, semper ei, quę in scripturis posita sunt, noua videntur; ideoque cum

que cum audit aliquid de gloria sanctorum aut de pœna peccatorũ, quasi nouũ aliquid audiens, expauescit, dumque aut bona concupiscit, aut mala timet compunctus, ad pœnitentiam citò decurrit, nihil autem impossibilius, quàm illum corrigere, qui omnia scit & tamen contemnens bonum diligit malum. Omnia inquit in scripturis sunt, propter quotidianam meditationem ante oculos eius inueterata & vilia æstimantur. Nam quicquid illi terribile est, vsu vilescit; propterea clericus, qui semper meditatur scripturas aut omnino obseruaturus est, & erit perfectus, aut si semel cœperit eas contemnere, nunquam excitatur in ijs vt timeat.

Quis aliquando vidit clericum citò pœnitentiam agentem? sed etsi deprehensus humiliauerit se, non ideò dolet quia peccauit, sed confunditur, quia perdidit gloriam suam, non est qui doceat illum errantem, qui alios errantes corrigere debet, tomo 2. homilia decima tertia, in cap. 4. Matthæi Blandiri vt noceat diaboli est, corripere vero vt prosit, Dei. Quem diligit Deus corripit capit. tertio Prouerb. tomo secundo, homilia vigesima quarta, in cap. Matthæi 7. Non pietatis est tam rigida contra delicta sententia, sed inhumanitatis. Et personam quidem dilectionis, sibi hypocrita imponit, opus autem maliciæ implet extremæ, dum falsa proximo affingit opprobria & crimina, & inuadit locum magistri, cùm non sit dignus tenere discipuli. Qui tam acer in alienis fuisti, vt etiam exigua denotares,

quemadmodum in tuis tam negligens extitisti, vt etiam magna transcurreres? Eijce primum trabem de oculo tuo. Vides certè, quia non vetuit iudicare, sed iusserit primum eijcere de oculo proprio trabem, & tunc aliorum errata corrigere. nam & sua vnusquisque facilius cognoscit, quam vtique cæterorum, & maiora citius prospicit, quam minora & seipsum magis amat profectò quam proximum. Itaque si alterius curam gerens id facis teipsum ante curato, in quo & manifestius inuenitur peccatum, & grandius. Sin autem temetipsum contemnis, Liquet omnino quod fratrem tuum ipse odio iudices non studio & amore Disciplinæ, nec emendare illum cupias sed notare. Veluti si aliquis sæuissimo hydrope vel alio immedicabili languore constrictus, hûc quidem etiam negligat, eum vero culpet, qui exiguum in aliqua sui corporis parte non curet tumorem. Inter similia in locis Communibus D. Dadræi notatur, de Disciplinæ spirituali medicina. idem Chrysostomus Homilia de Dauid & Saul, homilia prima aduersus Iudæos: homilia 60. in Matthæum & in Babylam Martyrem, & in sermone de habenda cura proximorum, & Concione prima de Lazaro, & in homilia 59. in Genesin hom. 11. in 1. ad Corinthios hom. 44. in 1. ad Co. in cap 1. ad Galatas. hom. 30. ad Heb. homil. 6. ad populum Antiochenum, & 16. & 40. & in psal. 140. Clemens Alexandrinus in 1. Pœdago. capite quinto. Est reprehensio quasi chirurgia quædam animæ. Medicamentorum autem potioni aut applicationi est similis probri insimulatio, quæ re-

soluit affectiones, quæ iam occalluerunt impudicæque & libidinosæ vitæ sordes expurgat, fastulque ac superbiæ carnes, quæ excreuerunt, exæquat. iam vero admonitio est veluti quædam diæta ægrotantis animæ quæ sunt sumenda consulit, & quæ non prohibet, rursus ibidem, capite nono. Sicut speculum non est malum deformi, eò quod ostendat ipsi qualis sit, & vt medicus non est ægrotanti malus, quod ei febrem annunciet, non enim medicus febris causa est, sed ipse febrem arguit, ita nec is, qui reprehendit ei malè vult, qui laborat animo Gregorius Nazianzenus de Modestia in Disputationibus. Cæterùm corrigendus est ille, facias igitur hoc modeste & humaniter, & nequaquam vt inimicus nec medicus vt incidens, ac non solum cognoscite, quomodo ille inuri aut incidi debeat, sed & teipsum ac propriam cognoscе infirmitatem.

Cur enim si oculorum teneris morbo, sol tibi videatur obscurus? Quid autem si cuncta tibi circumuerti videantur cum tu nauseam patiaris, aut etiam sis ebrius? ignorantiamque propriam aliorum esse censes, proinde multum iactari & tolerare oportet, priusquam alterius cognoscеatur impietas, non est simile plantam excindere, aut florem etiam odoriferum ac hominem: imago Dei es & imaginem Dei contemnes? Iudicaberis & tu qui iudicas alienum seruum, & quem alius gubernat, ita fratrem tuum probato, tanquam & tu eadem mensura

sura sis iudicandus, ac ideo in abscindendo membrum festinè aut confestim alienes. Incertum enim est ne ideo quod sanum est corrumpatur. Verùm admone, hortare, increpa medicamenta habes, regulas habes. Christi es discipulus humilis & mansueti, qui iniquitates nostras ipse portauit. quod si primum tibi resistit longanimis esto, si vero secundo, noli desperare, adhuc sanandi tempus est.

At si tertiò fias agricola humanus dominum roga ne exscindatur, aut odio habeatur sterilis illa & inutilis ficulnea, sed ad illam te conuerte, eiusque curam gere, eamque stercorato per confessionem, quæ occulta prodit, & manifestis pudorem inijcit, ac turpiora rectius instituit, quis scit an immutetur & fructum proferat? Iesumque à Bethania redeuntem pascas, adfer remedii aliud contra fratris pudorem siue sit vel esse putetur. Tu qui spirituali vnguento inunctus es, quod pigmentarij arte sit confectum, & hoc bono tuo tribuas odori. Non est Echiduæ venenum malicia illius, vt percussus cõfestim dolore corripiaris & corrumparis, & ideo venia tibi danda, si bestiam illam fugeris ac occideris. Igitur si potes, fratrem curato, sin minus, in hoc saltem eris securus, quod nequaquam illius particeps fueris prauitatis, odor est insanis animi eius moribus, quem tua fortasse abiget fragrantia, cùm superauerit. Idem Oratione in sanctum Pascha. Sed quo pacto reformaretur, & rursus aliquid fieret, id quod vehementer medelam reijcere tanquam inobediens, & quod minimè propter longi tempo-

temporis superbiam corrigi posset: nempè vt mansueto & humano correctionis modo, ad correctionem induceretur, cùm neque ramus incuruus subitam inflexionem & producentis manus violentiam ferret, citiusque frangeretur quam dirigeretur. Neque ferox equus & adultus, absq; assentatione & demulsione, freni susciperet tyrā cap. 13. nidem. Descendamus ad B. Hieronymum rigidum ac seuerum patrem in Disciplina suijpsius ac aliorum, is in epistola ad Iulianum. Quod si tibi tanta cogitatio scrupulum mouerit, cur monitor ipse non talis sim, qualem te esse desidero, & nonnullos videris in medio itinere corruisse, illud breuiter respondebo, non mea esse quæ dico, sed Domini Saluatoris. Et athletæ suis incitatoribus fortiores sunt & tamen monet debilior, vt pugnet ille qui fortior est. Verba sapientum stimuli. Simul & hoc notandum, quod dicantur verba sapientum pungere, non palpare, nec molli manu attrahere lasciuiam, sed errantibus & tardis pœnitentiæ dolores & vulnus infligere. Si cuius igitur sermo non pungit, sed oblectationem facit audientibus, iste non est sermo sapientiæ. Quæ verba sapientum, quoniam ad conuersationem prouocant delinquentem & firma sunt, & à Concilio sanctorum data, atque ab vno pastore concessa, & solida radice fundata sunt. hoc stimulo necdum Paulum, sed Saulum puto in via confossum erroris audisse. Durum est tibi calcitrare contra stimulum Dei, hæc habet in cap. 12. Ecclesiast. rursus in cap. 1. Hierem. Virgam vigilantem ego video. Quomodo nux sine amygdalum ama-

rissimum habet corticem, & testa durissima ci-
gitur, vt detractis austerioribus & duris, fructu
dulcissimus reperiatur. Sic omnis correptio & l-
bor continentiæ, amara quidem videtur ad pre-
sens, sed fructus parit dulcissimos: vnde & vetu-
illa sententia est, literarum radices amaræ, fru-
ctus dulces, & tom. 5. lib. 1. Comm. in cap. 4. Ose-
Quanto plures fuerint hæretici, tanto magis de-
linquunt Deo, & glorientur in populis suis, & id-
circò decipiant infœlices, vt peccata populi co-
medant & per dulces sermones deuorent domo-
viduarum. Cùm enim viderint aliquos delinquê-
tes, aiunt, nihil aliud quærit Deus nisi fidei veri-
tatem, quam si custodieritis non curat quid age-
tis. hæc enim dicentes, in iniquitatibus eorum fi-
leuant animas eorum, vt non solùm non agan-
pœnitentiam, nec humilientur, sed gaudeant i-
sceleribus suis, & erecta ceruice gradiantur. Vn-
de & populus & sacerdos, & hi qui docti sunt, &
hi qui docuerunt, pari iudicio constringentur, &
in c 3. Ionæ. Quicquid soluit vel euertit timorem
& per consequens Disciplinam, id omninò de-
mêtibus nostris abijciamus. vide latissimè de dis-
ciplina, tom. 2. Confessionis Hieronymianæ, ca.
artic. 9. & tom. 2. cap. 3. arti. 9. tametsi ijs locis no-
minatis, de disciplina Dei agatur ex professo, po-
sunt tamen illa loca etiam referri ad disciplin-
Prælatorum, qui administri sunt Dei in disciplî-
na exercenda, Deiq; disciplinæ sunt exequutore-
& imitatores. to. 3. epist. 127. ad Fabiolam, Mansio-
ne 23. timorem disciplinæ vocat virtutum beatri-
dinis custodem, to. 1. epist. 46. ad Rusticum, cap.

De disciplinæ seueritate, quam ipse B. Hieron. obseruauit. lege D. Canisium

in fine. Timor diuinæ iustitiæ & disciplinæ ad pœnitentiam compulit Achab. tom. 3. epist. 127. ad Fabiolam, Mansione 24. Sollicitudo & timor disciplinæ impedit peccata, ibidem Mansione 28. Timore pœnarum disciplinæ destruuntur vincula diaboli. tom. 5. lib. 6. Com. in cap. 16 Esaiæ. commi natione pœnarum & disciplinæ deterrentur homines à peccatis. tom. 4. lib. 8. Com. in cap. 26. Esa. Per tormenta ad Deum compellimur, tom. 4 lib. 2. Com. in cap. 10. Hieremiæ. De timore disciplinæ proficimus ad charitatem. tom. 4. libr. 3. Com. in cap. 14. Hieremiæ timore pœnarum emendantur peccata. tom. 4. lib. 1. Com. in cap. 3. Ezechiel. 5. Tormentum conscientiæ prodest iusto. in cap. 3. Ecclesiastis. Partus iustitiæ à timore incipit & proficit ad charitatem. in cap. 3. Abacuc. Timore supplicij homines ad pœnitentiam adducuntur. in cap. 3. Abacuc in fine. Tanta est magnitudo timoris Domini, vt penetret vniuersitatem animæ, ac totum hominem commouet, ne quid faciat, quod displiceat Deo, in cap. 1. Aggæi: Merces timoris Domini est, vt Dominus sit cum eis, ibidem. Initium omnium operum bonorum timor Domini. in cap. 9. Zachariæ. Anima timore, dolore, confusione perterrita incipit sperare meliora, in caput vigesimum quintum Matth. Incussus timor Domini excitat ad bene operandum, in capite 6. ad Ephesios. Timor principium iustitiæ est. in Psalmum 33. De timore nascitur salutaris compunctio. in Psalmum 57. Per terrorem suppliciorum verus sol ostenditur. hactenus ex Tomo secundo Confessionis Hieronym. cap. 5. articul. nono. iam

antu epist. selectas B. Hieronymi à se editas.

ex

ex tom.2.cap.3.artic.9.tom.3.epist.139. ad Cypri-
num. Diuina punitio seu Disciplina non cor-
pit,vt interficiat atque disperdat, sed vt corrig-
& emendet.tom.4.lib.17.in cap.63.Esaiæ:Per po-
nas à peccatis Deus retrahit ad pœnitentiam,
cap.6.Hieremiæ,idcircò plagis & tormentis en-
ditur Hierusalem,vt corrigatur & non recedat
nima Dei ab ea.in cap.15.Heremiæ. causa ardor
& punitionis non est in Domino, sed in his,q-
fomenta incendio ministrarunt,in cap.25.Hier-
miæ.Disciplina Domini est instar Catharticæ p-
tionis,quæ quicquid choleræ,pituitæ & noxij h-
moris est in pectore,foras exire compellit, & re-
stituit pristinam sanitatem.in cap. 30. Hieremi-
Per metaphoram Hierusalem ob peccata vulne-
rata Dei iudicio, non potest nisi eodem curan-
sanari,qui verus & solus est medicus.aliter pat-
percutit aliter hostis. Ille cædit vt corrigat, ill-
percutit vt occidat. Dura & multa peccata sanan-
non possunt,nisi in mordacissimo puluere, & ar-
denti cauterio, & ferro acutissimo, quo putrid-
carnes & insanabiles amputantur. in caput 3. La-
mentationum Hieremiæ. Venenum mors est ho-
mini,sed vita serpenti; sic flagellum Dei natura
sua malum, delinquentibus tamen bonum est.
Vnde homo superbus culpam non timuit admi-
tere,inde pœnam corrigendus inuenit. in cap.1
Ezech. In medio ignis & tormentorum Dei ele-
ctri similitudo est,quod est auro argentoque pre-
ciosius,vt post iudicium & tormenta,quæ patien-
tibus tristia videntur & dura, preciosus electri
fulgor appareat,dum prouidentia Dei omnia gu-
ber-

bernantur, & quæ putatur pœna, medicina est. ibidem. Deus quasi clementissimus medicus incidere cupiens putridas carnes, & carioſa vulnera adurere cauterio, non parcit vt parcat, non miseretur vt magis misereatur, ne quid putridum viuasque carnes sui vicinia corruptūrum remaneat in corpore. in cap. 14. Ezechielis. Vnusquisq; sibi ipse flammarum succendit ardores, paratque supplicia, dum non vult pœnitudine peccata corrigere, sed permanet in erroribus, qui flammarū merentur incendium. in cap. 22. Ezechielis. Vt argentum in fornacem mittitur, vt ablatis fordibus & adulterinis materijs purum remaneat, ita congregabo vos in medium Hierusalem & Babiloniæ obsidione circundabo, vt succendam in vobis ignem ad conflandum. quodque ibi facit flammarum ardor immensus, hic fames & pestilentia faciet, vt postquam vos congregauero atque succendero in igne furoris, tunc requiescam & contemptus dolorem pœnarum vestrarum vltione compescam, & hoc totum faciam, vt postquam effudero indignationem meam super vos, finis vestri cruciatus mei sit notitia. in cap. 23. Ezechielis. Sicuti quædam dantur cathartica, vt noxius humor, qui inest corporibus, egeratur; sic & Dominus dat calicem tormentorum meraciſſimum, vt quicquid est fellis & amaritudinis, auferat à peccatoribus & pristinæ restituat sanitati. in cap. 24. Ezechielis. Deus in pœnis ostendit clementiam suā instar medici, qui putridis non parcit carnibus, vt sana membra saluentur, non parcit vt parcat, crudelis est vt misereatur, nec considerat patien-

tis

tis dolorem, sed vulneris sanitate iuxta illud
angelicum, magis volens vnum perire membr
quam totum corpus interfici. in cap. 1. Sophon
Deus non facit male, sed mala ei videtur esse p
na qui patitur. alioquin & scalpellus medici m
lus erit ei, qui resecat vulnera & putridas amp
tat carnes, & pater malus cædens filium, vt à vi
corrigat, & magister malus corripiens disci
lum, vt erudiat. Omnis enim disciplina ad pr
sens non videtur gaudij esse, sed tristitiæ, pos
autem fructum pacificum his qui per eam eru
ti sunt, reddet ibidem pulchro simili ostendit
uinam disciplinam peccantibus esse perutile
velut si quis latronis fortitudinem, & pirata
furis diripiat, infirmosque eos reddat, prodest
sua infirmitas. debilitata enim membra, quib
prius non bene vtebantur, à malo opere cessabi
in cap. 3. Sophoniæ. Deus iustos tanquam vuam
oliuam premit, affligit, conterit vt vinum & o
um, id est, bonos fructus per tribulationem disc
plinæ exprimat. in cap. 2. Zachariæ. Deus sicu
pædagogus nos tanquam filios emendat, ibide
Deus suos quasi in conflatorio punit vt purum
gentum & aurum appareat. in 2. Psalmum. De
ra non tam ira est, quam necessaria correptio,
patris in filium, medici in ægrotum, magistri
discipulum. in Psalmum 54. Deus per malos co
rigit bonos. in Psalmum centesimum quadra
gentesimum. Corripiet me iustus in misericor
dia & increpabit me. Pone hic magistrum a
quem, aut patrem, aut medicum. si viderit me
cus in corpore carnes putridas, & dicat, quid
fa

me pertinent, scias quia crudelis est, si autem præcidat & cauterium imponat misericors, quia sanat hominem. Similiter & magister, si dimittit discipulum, & non in eo exigit disciplinam, odit eum: si autem exigit & medicus curet, quæ putatur esse asperitas clementia est. ponit exemplum de Achab, 3. Reg. 22. qui post increpationem induit cilicium sub purpuram. & cæt. Vide in tomo 3. Hieronimianæ Confessionis, capit. 9. de Sacramento Pœnitentiæ articulo 11. & 12. de disciplina solennis & publicæ pœnitentiæ, & de disciplina satisfactionum. In Hieronymiano Ioannis Andreæ copiosè ostenditur scriptis & libris Beati Hieronymi omnem statum informari in morum disciplina: primò informat omnem hominem Christianum, deinde vtrunque sexum prosequendo, tertiò miscendo statum virginitatis statui coniugij, quartò separatim de continentibus & coniugatis, quintò duos ætatum status & iuuenes & senes, sextò statum originis nobiles & ignobiles, septimò informat statum & fortunam diuitum & pauperum, prosperitatis & afflictionis, sanorum & ægrorum, octauò statum diuersæ professionis laicorum & clericorum, nonò statũ præsidẽtiæ actiuè & passiuè sub quo continentur Prælati Ecclesiastici & seculares iudices, & subiecti patres & filij, decimò informat disciplinam eruditorum, & qui mercaturam bonarum literarum sequuntur, vt sunt scholastici, Doctores, Concionatores, Interpretes, Cõmentatores, Aduocati, Oratores, 11. statum peregrinantium in hac vitæ

nauigantium, iter facientium. postremò & duo
decimo omnem statum allicit ad virtutes & à vi
tijs retrahit. De his duodecim formis luculen
testimonia ex B. Hieronymo subijcit D. Ioanne
Andreæ in suo Hieronymiano. Nunc breuiter o
dine ex operibus & libris eiusdem Disciplina
Hieronymianam persequamur, signatis potius
notatis, quam descriptis locis. tom. 1. epistol. 1.
Heliodorum Disciplinam monasticam desc
bendo laudat, cap. 1. 5. 6. Disciplina clericorum
7. & ibidem vis Disciplinæ per excommunica
onem, ibidem Disciplina castitatis clericorum
& cap. 18. epist. 2. Disciplina sacerdotum & Epi
coporum epist. 1. c. 8. Disciplina castitatis Pon
ficis epistola 2. ad Nepotianum cap. 8. & in eade
epistola Disciplina Ieiunij cap. 16. epist 3. c. 7. Di
ciplina continentiæ Ecclesiasticorum Disciplí
næ, id est, exercitia & satisfactiones Monasticæ
pist. 3. cap. 7. Disciplina fugiendarum mulierum
in epist. 4. ad Rusticum, cap. 2. & 3. De militia Mo
nachorum, & Disciplina in eadem epistol. 4. ca
4. De gubernatione Ecclesiæ per disciplinã & d
gradibus superiorib. ac inferioribus c. 6. epist.
De Disciplina triũ votorum Monasticorũ, in e
dem epist. 4. cap. 7. 8. Disciplina virginis Deo d
catæ epistola 7. c. 3. Disciplina Ieiunij sanctarum
virginum, cap. 4. epist. 7. Disciplina virginum
Cœnobijs epist. 8. ad Demetriadem, in castitat
asperitate vestium, paupertate, victus contine
tia. Quam dura Disciplina pœnitentiæ in virg
nibus in cilicio, in nuda humo, rigando facie
lachrymis. cap. 2. epist. 8. rursus cap. 5. epist. 8. co
menda

mendat cellam Monasterij vilem cibum, vestem contemptam. c. 6. epist. 8. de pœnitentijs, ieiunijs, lectionibus, psalmis, vigilijs virginum, cap. 10. epistolæ 8. Disciplina excommunicationis virginum lasciuarum, epistola 10. ad Furiam, cap. 2. Disciplina pœnitentiæ & ieiunij ac vigiliarum, & cap. 4. de modo & qualitate ieiunij. De Disciplina Monastica, epistola 16. cap. 3. Laus Disciplinæ Monasticæ & virginum, cap. 6. epist. 17. Disciplina claustralium inclusarum. epistola 20. Rigida Disciplina, satisfactio & pœnitentia B. Hieronymi describitur. epistolæ 22. cap. 3. corrupta Disciplina cleri describitur. epistola 22. cap. 6. in eadem epistola, cap. 12. præsbyterorum & Diaconorum ambitionem & abusum reprehendit. cap. 15. de pessimo & indisciplinato genere Monachorum Remoboth quod super ventri deditum, ibidem Cœnobitarum egregia Disciplina. cap. 17. Virgines hæreticorum scorta vocantur, epist. 23. Disciplina rigida vestium virginum & pœnitentiæ duræ in sacco. epistola 24. ad Leam. Rigidus vestitus Pammachij, epistola 26. cap. 2. ibidem Rudimenta Disciplinę nascentis Ecclesiæ, epist. 27. cap. 7. habitus, satisfactio, vestis & dura Disciplina pœnitentiæ Paulæ, & cap. 10. Disciplina seuera Monastica describitur, epist. 43. malam Disciplinam clericorum patriæ suę deplorat, epist. 46. c. 1. & 2. De Disciplina pœnitentiæ, satisfactionis, & de eadem, cap. 3. & 4. seqq. epist. 47. Disciplina satisfactionis ipsius B. Hieronymi, & de correptione fraterna non omittẽda, c. 1. & 2. de indisciplinata filia cohabitante cum clerico reprehensa, c.

5. descriptio indisciplinatarum virginum, ep. 4.
Inuectiua in Diaconum Concubinarium cap. 1.
2.3.4.5. ibi. & ca. 4. Disciplina Pœnitentiæ publi-
cæ, vt & supra epist. 30. de Fabiola. Disciplina se-
uera Pauli eremitæ. in vita Pauli. Disciplinæ Mo-
nasticæ seueræ descriptio. in vita Hilarionis præ-
ter alia in vestitu tunica cilicina, cuculla & sag
rustico. Magisterium monachorum labor & ie
nium. in vita Malchi Monasteria ob diligentiam
disciplinæ formicis comparata. Disciplin
& vita seuera Iacobi Apostol. in vestitu vili & a
stinẽtia. de viris Illustribus in Iacobo. Disciplin
vitæ Monast. sub Marco. in Marco. Primorũ Chri
stianorum vita & disciplina & regula fuit insti
monasticæ. in Philone. Simplex Apostolorũ vit
& disciplina. in Egesippo. In vita Clement. Al
xand. meminit lib. de Canonibus Eccles. qui pro
priè ad Disciplinam spectabat. In vita Serapion
mẽtio de ἀσκήσει Monastica. In vita Polycra
tis meminit Ecclesiastici Canonis. Canonũ Eccle
siasticorum mentio in Ammonio. In Dionysio A
lex. scripta eius de ordine delictorum. In Pierio
is fuit appetitor voluntariæ paupertatis & ἀσκή-
σεως. In Antonio Monacho eius epist. Aegy-
ptiacæ ad diuersa Monasteria, quibus disciplina
vrsit. in Basilio ἀσκητικα eius. lib. 1. contr. Io-
uinianũ, c. 8. quęnam viduæ Ecclesiæ & pauperum
sint sustentandæ eleemosynis, & c. 18. rigida Mo-
nachorum olim disciplina. 1. 2. contra Iouian. c.
De seuera olim disciplina etiam philosophorum
De disciplina satisfactionis lib. 2. cont. Iouin. ca.
17. & c. 19. simplex vestitus Christianorũ. In Apol.

ad Dommionẽ,ep.51.to.2.Disciplina erat,vt clerici non conuersarentur cum velatis virginibus, ibidem.Monachi vagabundi & loquaces reprehẽduntur.Contra Vigilant.hæreticos gulosos & luxuriosos malam disciplinam habere docet,c.1.& 4.de impietate Vigilantij,& ca.6.Disciplinæ Monasticæ ac solitariæ laus, contra Vigilan. in epist. 54.hæresis Montani sexta,quod in excommunicationibus nimis rigidus erat.In Dialogo cõtra Lucifer.in 2. q.cap. 2.de Episcopis pœnitentibus redeuntibus ab Arrianis recipiendis vel non,de disciplina malorum Episcoporum & eorum officijs & c.7.& 8.vocat Ecclesiã Dei virginem non scortum diaboli appellandam.epi.61.ad Pammachiũ adu.errores Ioannis Hieros.c.2.de Disc. Monach. multorũ in Palæstina,c.15.meminit bis Canonum & regularũ Eccles.c.16.Disc.Hieron. in solitudine deflendo peccata adolescentiæ, ibidem mentio Visitationis Episcoporum.epist.62. adu.Ioan. Hierosolym.c.2.de Hieronymi disciplina in Monasterij cellula,epist.65.ad Pammachium, ad Patrum statuta in disc..appellandum. In Apologia contra Ruff.c.3.de publica pœnitentia ab hæreticis agenda.In Apol.3.contra Ruffinum .ca. 5. Qui sacerdotium amiserunt per iudicium Episcopale, per imperiale rescriptum non possunt recipere.Pontificum decreta nefas conuelli. Post sententias sacerdotum in disciplina impium Imperiale rescriptum.c.6.cauterium disciplinæ hæreseos incutit præcipuè Romanus Pontifex, cap.7. de excommunicatione hæreticorum & euitatione à minori ad maius probat, sic Ruffinus

fuit in tenebrosos carceres compactus. Aduers
Pelagium ad Ctesiphonem c.2. Pœna & correct
in Priscillianum. Impudicitia hæreticorum
deceptio per fœminas hæreticas. In epistol.83.
Oceanum, cap.4 speculum sacerdotum & Dis
plina virtutum in Ecclesiasticis, & contra subi
& temerarias ordinationes & simoniam. in epi
97. quæ est Aug. ad Hieronymum. Petrus mai
Paulo tamen humilis sustinuit correctionem
exempla aliorum Doctorum, vt se patiantur co
rigis. in epistol. 99. ad Asellam descriptio grap
ca Disciplinæ pœnitentis matronæ piæ & virg
ni. in epist. 100. Chirurgos spirituales odio hab
ri docet qui vitia reprehendunt, & ibidem co
tra Nummarios, id est, Simoniacos sacerdotes.
epistol. 102. & 99. reprehensus Hieronymus, quo
cum virginibus conuiueret. in epist 127. Mansio
5. Post studium virtutum & victoriam amaritu
occurrit, sed per memoriam passionis Christi o
mnia amara vertuntur in dulcedinem. Mansion
ille 42. sunt totidem gradus progrediendi in vi
tibus & Disciplina, & ordo quasi DiscEccles. ep
128. ad Fabiol. de Vestitu sacerdotũ, agit etiã Dis
sacerdotum & bonis moribus ac contrarijs vitij
inscribi potest de ornamentis Pontif. & sacerdo
tum, agitur etiam de satisfactione pœnitentiæ
Disciplinæ seueritate, epist. 149. Non negatur Pœ
nitentia ijs, qui per tormenta compulsi negarun
Christum. ad Hedibiã epist. 150. De perfecta Dis
ciplina viduæ, q.1. in epist. 151. ad Algasiam, q.6.
tra eos, qui nolebant recipere Disciplinam pœ
tentię. in epist. 154. ad Desideriũ. De laude virgin
tatis

tatis & Disciplinæ Monasticæ. In tom. 4. Com. in Esaiam cap. 1. In pœnis quas affligit Deus finis est emẽdatio nostra. Anima nostra vinea Dei per disciplinam excolenda. Contra Ecclesiæ Principes, qui suam operibus destruunt dignitatem, in ca. 3. Esaiæ. de ordinis confusione, Ecclesiastici comparantur mulieribus & exactoribus, fol. 14. contra abusum bonorum Ecclesiasticorum, contra mulieres & concubinas Ecclesiasticorũ, ornamenta Ecclesiæ. in c. 5. Esaiæ. Inuectiua in principes Ebriosos in Ecclesia. Pręsides Ecclesiæ iram, ebrietatem & alia vitia cauere debent. in c. 7. Esaiæ. Deus impium Principem Ecclesiæ suæ punitorẽ vocat columbam suam, in c. 10. Esaiæ. Per disciplinam peccatoribus pœnæ & tormenta adhibentur, vt diuino igne purgentur. in ca. 14. Ad iram & disciplinã Dei omnis potentia est puluis, fauilla & cinis. ca. 15. disciplina publici luctus cuius indicium barbę capitisq; rasio. in c. 20. habitus Prophetales delicta populi plangentis erat tunica saccea cilicina, & nudi ac discalceati incedebãt. in c. 21. Esaiæ. Tribulationis disciplinæ finis, vt ex palea triticũ fiat. Post disciplinam pęnitentiæ sequitur lætitia peccatorum. Disputat contra eos qui otio & propria salute contenti non porrigunt manũ pœnitentibus. in c. 23. Tempus annorũ perfectæ pœnitentiæ plenum fructum adfert. in c. 24. Esa. Ecclesiasticus gradus pręsbyteriũ non debet operibus dignitatẽ destruere, in c. 30. De austeritate magistrorũ contra populum negligentẽ. In disciplina post fletũ sequitur gaudium. Vitiorum expulsio est virtutũ introductio. Agricultura spiritualis negotiũ ex-

ercendæ disciplinæ, in cap. 31. De malorum sacerdotum condemnatione. In Ecclesia ignis & caminus est, qui deuorat peccatores & lignum fœnum stipulamq; consumit, in c. 37. Esa. Disciplinæ pœnitentiæ ritus sacco obuolui, in disciplina constituti pœnitentes similes parientibus, pœnitentibus ex humilitate nascitur fiducia conscientiæ, in ca. 38. Pœnitentia emendãtur delicta & operibus virtutum. in c. 40. soluuntur peccata cùm purgantur per pœnas. Pastores Christianorũ & magistri Ecclesiarum excitandi. in ca. 42. Esa. Conscientiæ & pectora malorum carceres sunt. in c. 47. Correctionis diuinæ finis nostra emendatio. in c. 49. Fœlix qui tanti est meriti tantæq; virtutis, vt ornamentum dicatur Ecclesiæ, in ca. 50. Indisciplinati mutãtur in bestias & mutant imaginem hominis, ideo per singulas species mortalium peccatorũ ostendit, adhuc de laude Timoris Domini. Peccata leuia grauiter instar ignis comburuntur. Qualitas peccatorum efficit qualitatem supplicij. in ca. 51. Esaiæ. Anima ebria perturbationibus à Deo iudicabitur, nisi conuersa fuerit. in ca. 52. Qui bibunt calicem furoris Domini sunt in pœnitentia, & gestant lugubria vestimenta, in ca. 54. Esa. Fructus disciplinæ. multitudo pacis. in c. 55. Quomodo Deus quærendus per Pœnitentiã quomodo inueniatur & quibus appropinquet. in c. 56. De castitate sacerdotum, habere debẽt filios nõ carnis sed spiritus. Inuectiua in malos Pastores, Episcopos, Prælatos eorumq; malam vitam & corruptos mores. in c. 58. De disciplina ieiunij. in c. 58. De bona & mala χειροτονία. Seps Ecclesiæ est Disciplina, Chri-

stus

Christus est ædificator sæpium Ecclesiæ & maceriæ vineæ, quibus circundata prohibetur accessus malis. in ca. 63. reddimur negligentes, cùm Deus nos non prius terret quam tribulationibus curet persimile pulchrum. In ca. 1 Hier. Duplex pœna, correptio & satisfactio, sed diuersus fructus correctiõis. in c. 2. Inuectiua in malos disciplinæ magistros, Pœnitentia & sermo Ecclesiasticus sordes purgant, grauiora peccata grauioribus tormentis indigent. Impudẽtia frontis eorũ qui sua peccata nolũt confessione emẽdare, ij non ambulãt in via angusta, testimonium cõtra duces Ecclesiæ, qui in turpibus peccatis deprehẽduntur. Magistri Ecclesiæ fiunt impietatis auctores. Ecclesiastici viri est putridas carnes resecare. in c. 4 Magistrorum magis culpa quam populi neglectus disciplinæ. in c. 5. Auaritia in conuenticulis sacerdotum tempore Hieron. in c. 6. Pœnitentia firma armatura. in c. 7. Templum Dei est, vbi habitat omnium virtutum chorus, Ecclesia vertitur in speluncam latronum ob vitia. in ca 8. Contra auaros sacerdotes Ecclesiam offendentes & ibi de pœnitentiæ medicina, in ca. 9. Deflenda peccata Ecclesiæ cum principes eius vsq; ad infimum laicum perpeccant. Deficientibus Ecclesiasticis Doctoribus & Prælatis bonis hæreses crescunt. Doctores Ecclesiæ dij & domini per doctrinã & discipl. Eccles. fabricant domum Dei. Culpa pastorum est, quod horrẽda accidant tempore persequutionis Ecclesiæ. in ca. 11. Contra malos prælatos Ecclesiæ, in cap. 12. Hieremiæ. contra prælatos Ecclesiæ & contra Ecclesiasticos, qui mala cõuersatione doctrinã disperdũt.

in c.13. Ecclesiæ vitia abscondenda ne hæreticorũ morsibus pateant, Ecclesia negligens aduersarij capiendam se exponit. in c.14. Verbi Dei defectu & Prælatorum negligentia miserè Ecclesiam Dei affligunt. Ecclesiæ pœnæ & scandala ob malos sacerdotes. Religio & disciplina abijcitur ob peccata tam in noua quã in veteri lege. Pactum Dei fit irritum ob neglectam disciplinam. in c.15. Prælatorum scelere populus deletur, in c.16. Quando peccat Ecclesia, tunc aufertur gaudium & vniuersa lætitia. Sacerdotes exẽplis & verbis debent docere. Peccatores perseuerantes de Ecclesia separantur & traduntur dæmonibus, qui nullam illis relinquunt requiem. in c.21. Contra Ecclesiasticum ordinem & Principes Ecclesiarum, in ca. 22. Contra Episcopos, Sacerdotes, Diaconos, qui non percutiunt conscientias eorum, & de eorum neglecto officio. De pœna superborum Ecclesiasticorum & non facientium suum officium, in c.23. Notat quatuor peccata Pastorum Ecclesiæ, ibid. agit & de Visitatione & de excommunicatione. In Ecclesia Dei sterilitas est ob peccata Ecclesiasticorũ. Ecclesiastici viri sunt malleus & securis in domo Domini. in ca.25. Contra Ecclesiam negligentem ob peccata adducũtur mala. Calix furoris Domini pœna non medicina. Disciplina est quasi catartica potio, quæ noxia pellit. in c.29. Castitas ab vxoribus. Excommunicati ab Ecclesia, quid facere debeant vt redire possint. Contra sacerdotes concubinarios & incontinentes, li.1. Com. in Lamẽt. Hier. Reprehẽsio peccatorũ Ecclesiæ desidum in c.2. Lament. adhortatio ad disciplinam satisfactionis

onis,in c.4.Hierem. De abusu status Ecclesiastici. De Nazaræorum continentium bona Disciplina Contra superbos Prælatos, magistros & Doctores,in lib.2. Com. in cap.Ezechielis Contra Magistros & sacerdotes in Ecclesia dei negligenter agentes & eorum pœna,in cap.7.Dominus similis est medico incidenti carnes putridas,& ibi de virga castigationis, diuinæ. Ecclesiæ defectio in fine quoad Disciplinam virtutum. Templa violantur & loca sancta ob peccata,in capit.8. Ezechielis.De abusu in Ecclesia Concubinariorum, & lucri causa omnia facientium famulis & clientibus dantium bona Ecclesiæ exemplo Ophni & Phinees.Vitia Prælatorum totam Ecclesiam deuastant ac infestant. Principes Ecclesiarum impudice viuebant ac inebriabantur,in ca.9.Ezech. Iudcium incipit a domo Dei, id est, à sacerdotibus,in cap.11.de publica Pœnitentia in cap 14.Ezech. De pœna spiritualium magistrorum negligentium in cap.15. Vinea Ecclesiæ si negligens sit & culturam pristinæ religionis amittat, nec attulerit fruges virtutum æternis tradetur ardoribus.in cap.16. Deus punit Ecclesiam si prætereat eius ceremonias & tollatur obseruantia Disciplinæ.Ex vno peccato in aliud cadentes homines tandem in hæresin labuntur, & sic dæmonibus traduntur.in cap.16.Ezechielis.Scandalum maximum sacerdotum, cum deturpant malis operibus dignitatem.Per confusionem Confessionis delentur peccata. Inter tres peccatores impios,gentilem, hæreticum & malum Ecclesiasticum,multò maioribus pœnis dignus est,qui ma-

ioris fuerit dignitatis in ca. 17, Excommunicatio
æquo animo ferenda in cap. 18. Contra Principes
Ecclesiarum, qui per superbiam & tyrannidem
opprimunt plebem, cap. 19. Ecclesiæ calamitas in
nouissimo tempore c. 20. Dei castigatio emenda-
tio est, ca. 22. neglectus diuini cultus à Deo puni-
tur. grauis inuectiua in sacerdotum, prophetarũ,
principum Ecclesiæ maxima vitia auaritiam, sa-
cræ scripturæ neglectum, quos lenonibus & lupis
comparat. cap. 23. Ecclesiastici peccatores maio-
ribus digni sunt cruciatibus quam hæretici, eo-
rum hic vitia describuntur, Calix Domini Cari-
tica potio, ca. 25. Ad ruinam sanctorum gaudent
seculi homines si pudicitiam perdiderint multi
temporis, c. 26. Anima perturbationibus occupa-
ta gaudet in Ecclesiæ malis. Homines seculi cum
vident hominem sanctum per negligentiam pro-
lapsum exultãt quasi ruina aliorum sua sit resur-
rectio. Quanta admiratio & stupor hominum
secularium cum homo sanctus in peccatum mor-
tale labitur valdè hic exaggeratur c. 32. excõmu-
nicatio ob grauia peccata. Hæretici formidinem
dant præpositis Ecclesiæ dum simplices quosque
fallunt c. 33. Discrimen magistri si nolit corrige-
re vel timore discriminis vel desperatione pec-
cantis. Reprehensio negligentium Episcoporũ,
& præsbyterorum acerba, docta ac grauis ca. 34.
Quatuordecim vitia, Epis. præsbyte. Diaconorũ
reprehenduntur 1. luxuria 2. superbia 3. auaritia
4. adulatio diuitib. facta, quos non audent increpare 5. quod infirmas & ægras oues non curent 6.
quod patiantur oues ab hæreticis decipi 7. quod
non

non arguant mortalia populi vulnera 8. supercilium & tyrannis Episcoporũ, qui opprimunt potentia pauperes 9. deuorantes magis quam saluantes plebem 10. Operibus dedecorant nominis dignitatem 11. honorem se putant consequutos non onus 12. quod negligentia eorum & vitijs hęreticorum dispergatur populus 13. quod sint mercenarij, lucri cupidi veniente lupo fugiant 14. in delicijs occupati nõ curant gregis dominici damna horum pœna hic proponitur & opponitur Christus verus Pastor, qui contraria via incedit. Oues pelluntur de Ecclesia sæpe Præpositorum superbia & iniquitate, ca. 36. Ecclesiarum nascentium grauis persequutio describitur & eo tẽpore maximè viguit Disciplina, deinde fœlicitas pace reddita & consolatio in persequutionib. sic prius deserta Ecclesia & postea restituta. ca. 36. De statu in Ecclesia publicè pœnitentium 1. quomodo eijciendi 2. quomodo recipiantur 3. quantis bonis post Pœnitentiam in Ecclesia perfruantur. ca. 39. Ecclesiasticorum munus est Ecclesiam hæresibus & peccatis purgare. Excommunicatio hęreticorum, c. 40. Angeli, apost. & prophetæ ædificant ciuitatem Dei. c. 43. Ira Dei prouocatur, cũ in sacratis Deo locis indignus habitator est, cum nihil interest inter sacerdotem & prophanũ, inter laicum & sacerdotem. Per Magistrorum disciplinam ad interiora Ecclesiæ penetratur c. 44. Contra Episcopos qui ordinant indignos. Incircuncisi corde Ecclesiastici malæ vitæ non debent mystica sacramenta sumere. Ebrietas vitanda Ecclesiastico non tantum externa, sed & spiritualis Ecclesia Catholica per Dogmatum & Disciplinæ syn-

næ ſynceritatem caſta virgo cap. 45. Profectus v-niuerſorum ad Principem redundat, & Diſcipulorum ſalus præmium magiſtrorum eſt Contra ſuperbos Prælatos. Quota Primitiarum obuaritiam ſacerdotum cap. 46. De Legitimo vſu & abuſu bonorum Eccleſiaſticorum, ca. 48. Diaconorum ſuperbia redarguitur, qui volebant ſe ſacerdotibus præponere ob diuitias etiamſi merita non habeant; Archidiaconus primus miniſtrorum putat iniuriam ſi presbyter ordinetur, quia per ſingula concionatur in populos & à Pontificis latere non recedit, Eccleſiæ flores, ornamenta & priuilegia in doctrina & Diſciplina tempore Hieronymi. In Romano Imperio vrbs Eccleſiæ adornata, cap. 3. Danielis Oratio Eccleſiæ cum ſuſtinet penuriam magiſtrorum, cap. 8. Periculoſum eſt de magiſtrorum Eccleſiæ iudicare ſententijs, cap. 10. Danielis. Pœnitentiam publicam agentes, abſtinent à communione Inſtantia precum, afflictione corporis, ieiuniorumque duritia Rei ſecreta cognoſcimus, cap. 11. Antichriſtus erit impudicus mulierum amator ca. 12. Magiſtri & Doctoris laus cap. 13. Presbyteri peccatores videntur regere non regunt populum. in cap. 3. Eccleſiaſtis. Iuſtitiæ veræ Origo à timore Diſciplinæ. in cap. 7. Doctor verus lachrymas prouocat, falſus adulatur & diues in ſermone non in opere, vtriuſque Doctoris diſſimilis collatio. Medicinâ Diſciplinæ & pœnitentiæ duobus ſimilibus Phyſicis illuſtratur, magiſter magnus ſpiritualium medicorum Chriſtus. cap. 8. Contra vitia & abuſus malorum Epiſcoporum & quam

diffi-

difficulter corrigantur. Optat excommunicationem peccatorum grauium, ca. 10. In Ecclesia præferri minus idoneos, idoneis argumentum vanitatis est. Disciplinæ traditio seps legis est ab Apostolis & Prophetis fundata, quam qui dissoluerit & voluerit præterire, in eo ipso quo negligit à serpente percutitur. Locus insignis de publica pœnitentia & excommunicatione. Omnis Ecclesiæ altitudo corruit per negligentiam Prælatorum & magistrorum, id est, episcoporum & præsbyterorum, qui palpant vitia auditorum, ijs adulantur & non eos ad pœnitentiam hortantur, cap. 12. In fine mundi erit raritas magistrorum, omnia inuoluentur tenebris, cap. 12. Veri DD. non adulantur sed vulnus infligunt, pungunt & stimulant pœnitentes in cap. 3. Oseæ Episcopi virtutes, in cap. 4. Veritas & misericordia inter se miscenda, quia misericordia absque veritate efficit negligentes. De Dei correptione vel subtracta vel impensa in cap. 5. ex Hieremiæ 12. Cleri hæreticorum non proderunt eis, Ecclesiæ negligenti Deus vertitur in pantherem & leonem & tollit ab his prædam quam Ecclesiæ ante rapuerunt, vt capti saluentur, qui liberi perierant & nequaquã habitabit in Conciliabulis peruersorum, sed reuertetur in locum suum, in cap. 6. Ecclesiam quia Deus diligit, castigat, cap. 7. Cum Christus incipit sanare suam Ecclesiam & vulnera populi sui statim insurgunt hæretici. Hermiæ apud Pastorem videtur Ecclesia primum cano capite, deinde adolescentula & sponsa crinibus 1. Disciplina adornata, cap. 9. grauius puniendus fidelis

quam

quam infidelis.ca.11. Crudelitas Dei pœnitentiæ & pietatis occasio est ca. 14. Disciplina corporalis in hæreticos, cap. 1. Ioelis. disciplina publicæ pœnitentiæ & Ieiunij ca.3. Reprehenduntur Doctores qui turpis lucri gratia non corrigunt delinquentes. Fœlix Ecclesia noui testamenti quod mundet in Euangelio, quos in lege peccantes immundos reliquerat, in cap.3. Amos. Castigatio & punitio domini est signum beneuolentiæ eius, c. 4. Dei disciplina non pœna sed medicina est. ibidem. Confunduntur hæretici qui disciplinam creatoris & vt ita dicam medicinam crudelitatē interpretantur. Extrema medicina hæreticorum, vt cùm post multas admonitiones redire nolunt, diuino igne exurantur & rapiantur quasi torris de incendio, cap. 5. Correptio fraterna ca. 6. quomodo fieri debeat ca. 6. Dura & rigida Disciplina athletarum Dei, i. monachorum durum habent victum & in nuda dormiunt humo. Ob peccata non correcta sequuntur Ecclesiæ persequutiones, schismata, ruinæ, hæreses. cap. octauo. Contra Simoniacos, qui dona sancti spiritus vendunt pecunia, maximè tales sunt peruersi Doctores & principes qui absque timore Dei dominantur cleris sedentes in templo, nummularij proponunt columbas non in caueis, sed quasi in cathedris magistri, in cap.1. Abdiæ. Cùm persequutionis impetu & mortiferis voluptatibus de Ecclesia quispiam corruit, exultant hæretici, gaudent Iudæi & ipsi persequutores ethnici. Ex grauibus peccatis præcedentibus non correctis homines in hæresin labuntur, quia hæreses vitijs nostris

stris blandiuntur, in cap. 8. Amos. Deficit doctrina in Ecclesijs & castitas virginalis ob peccata populi non correcta, in cap. 3. Ionæ. Indicia disciplinæ publicæ pœnitentiæ saccum & cilicium cum ieiunio, in cap. 4. Ionæ. Pœnitentiæ lenitate non vult propheta decipere, in fine c. 1. Micheæ. Vt aquila amittit plumas, sic Ecclesia florem suum & gloriam, cùm non seruatur Disciplina, in cap. 2. Micheæ, Acris & acerba inuectiua in luxum, gulam, superbiam, conuiuia, voluptates Prælatorum & clericorum. in cap. 3. Micheæ. Hæretici promittunt regna cœlestia, & dicunt non est necesse vt cõtinenter viuas & sancte, & dicunt habeto fidem quam docemus, omnia promissa domini consequeris. cõtra simoniacè ordinatos, contra Episcopos ordinantes indignos. rursus contra ordinationem Simoniacum, Contra hypocritas Ecclesiasticos, qui habet tantum plena marsupia. in c. Micheæ 4. Miseria animę expulsæ ab Ecclesia ob peccatum, quę est excommunicatio, quomodo post publicam pœnitentiam & satisfactione redeat, de eo hic pulchra similitudo, in ca. 6. de neglectione officij in episcopis vel magistris Ecclesiæ per similia. c. 7. de disciplina satisfactionis per similia Virga disciplinæ indigent oues & populus. Apostolis virga excussa est de manibus, & seueritas legis Euangelij clementia tẽperata. Virga disciplinæ punientur, qui ab Ecclesia se separant. Virga Christi percutit vt emendet, in c. 1. Nahum. Punitionis & Zeli diuini alius scopus quam Diaboli nempè peccatoris emendatio & amor nostri. Dei tribulatio purgat

gat hominem & reddit purum. Vtilis modi
Dei pœna non immodica, In satisfactione pr
delicto & qualitate erit pœnarum modus,cap.
Quatuor perturbationes scuto quadrigæ qua
tuor virtutum tanquam medicina curandæ. Co
tra Prælatos & Principes amatores voluptatu
immisericordes. Multitudo peccatorum multi
tudine virtutum sananda,in cap.1. Abacuc,De
tilitate Disciplinæ iustorum à similibus & exe
plis,quomodo si æger & æstuans febribus aqua
frigidam postulet, & medicus statim non exa
diat quia misericordia illa foret crudelitas & v
luntas ægroti contra se petit. De fructu publica
pœnitentiæ. Diabolus carnifex hominum quos
corripit,cap.2.per Disciplinam pœnitentiæ mo
detur Diabolus: Magister Ecclesiæ simoniacu
non facit domum Dei speluncam latronum, se
domum negotiationis in cap.3. Magnitudo timo
ris domini animas penetrat, & totum homine
commouet,ne Deo displiceat,in ca.1. Sophoni
De Profectu sanctorum paulatim. Reprehensi
nimis secularium sacerdotum. Quomodo Deu
purget & reprehendat animam peccatricem
delem. In consummatione mundi mala Disciplı
na & abusus Pastorum & cleri. Deus Ecclesiam
suam cum lucerna visitat & vlciscitur contem
ptores Disciplinæ Vtilitas excommunicationi
in cap.2. Methodus & diuitijs occupati non ve
niunt ad Ecclesiam. Præsbyteri sub figura Susan
næ corrumpunt Ecclesiæ castitatem in cap.3. Ec
clesiasticorum vitia taxantur tyrannis, crudeli
tas, auaritiu & pæna subiungitur: Contra eos
qui

qui in Ecclesia non recipiunt disciplinam. Ruina superborum Prælatorum. Vitia Ecclesiæ tollenda vt Christus resurgat in nobis. Pœna principum peruersorum doctorum, non ex crudelitate sed misericordia medici instar. in cap. 1. Aggæi de excommunicatione. Gladius est omnis plaga, quæ pro peccatis hominibus infertur. Anima negligens verbi diuini mucrone feriatur. Reprehensio Rectorum Ecclesiæ, qui nec in seipsis templũ extruunt Dei, nec templum Domini instaurant, sed magis destruunt, & alijs dant causam recedendi ab Ecclesia. Vera disciplina ædificatio domus nostræ, in circuncisione vitiorum & amputatione carnis. in cap. 1. Zach. Virga disciplinæ Domini & Apostolorum. Deus vt pædagogus populum suũ sicuti filium emendat. Ecclesiam Deus purgat tribulationibus. Hierusalem destructa per ruinam rursus ædificanda per virtutes. Magistri Ecclesiæ sunt medici, fabri, artifices quatuor ægritudinum & perturbationum animi. Sancti DD. qui instaurant Ecclesiam Dei, vitia destruunt, virtutes ædificant, fabri appellantur & architecti. Quando Deus aufert spirituales fabros & architectos, signum iræ est. in ca. 5. Gladio spirituali peccatores puniendi non agentes pœnitentiam. Per omnia flagella & supplicia eruditur Israel. in cap. 6. Excommunicati post supplicium in meliorem partem vertuntur. Filij visitationis Domini visitantur à Domino, qui prius malè ægrotauerant. Magna transmutatio eorũ qui sunt in Babylone per excommunicationem & abstentionem, & ad Hierusalem redeunt per pœnitentiam. in cap. 7. Za-

chariæ. Ieiunium curat vulnera & sanctificat c
ratos. Miseria excommunicatorum induratorum
in cap. 8. Zachariæ. Officium præsbyterorum
senum est vti virga disciplinæ in percutiendo
ros vecordes. Mirabilis mutatio Ecclesiæ prim
in persequutionibus viguit disciplina, deinde p
ce restituta paulatim cœpit collabi. De excom
municatione & abstentione. in cap. 9. Zachari
Cùm sanctus clamor Domini insonuerit, dic
qui prius sordidis auribus fuerat. Disciplina D
mini aperuit mihi aurem ad audiendum. in ca.
Vitio magistrorum Discipuli puniuntur. Temp
re persequutionis ob vitia sacerdotum popul
traditur aduersarijs. Deus sic visitat nos vt pert
bationes, id est, currus & quadrigæ freno auri
regantur, & post Visitationem Ecclesiam conf
tat. in cap. 11. Zachariæ. Magistri qui suum seru
runt gradum ponentur inter Angelos. in cap.
Prophetæ cùm populum hortabantur ad pœn
tentiam induebantur cilicio. Persequutores
clesiæ puniuntur à Deo, vt deficiētibus malis
crescant bona. Verbum Dei frenum insigne
contra vitia, quod feros equos præparat salua
ri ad sedendum, & sanctos facit & propriè ill
cultui consecratos. Flagellum faciendum de s
pturarum testimonijs, quo puniantur & conu
tantur peccatores, in cap 1. Malachiæ. Differen
inter disciplinam serui Dei & filij Dei, ille tim
re, hic amore, ille supplicijs hic beneficijs in o
cio continetur. Corripit Episc. Sacerd. Diacon
& omnes Christianos, qui polluunt corpus Chr
sti, & indignè accedunt ad altare &c. Locus de
cle

cleſiæ ſacerdotibus, qui negligenter Deo offerũt victimas. in cap. 2. Malachiæ. de ſacerdotum vitijs & turpi ab ijs dato ſcandalo toto capite, in cap. 3. Omnes homines purgandi ſunt & colandi, vt poſt pœnitentiam Deo placeant omni ſorde purgati etiam ipſi ſacerdotes. Increpatio ad principes Eccleſiarum, qui non recedunt à vitijs. Hæreditaria impietas cum fine cauſa percutiuntur & non emendantur. in c. 3. Matthæi. verbum Dei gladius & ſecuris diſciplinæ. in cap. 5. Matthæi. In lege culpa emendatur, in euangelio peccatorum auferuntur exordia. in cap. 9. Matthæi. Anima à DD. offertur Deo curanda per miſericordiam. in c. 10. contra ſimoniam. De dignis præsbyt. Diaconis, Epiſcopis, Clerici Iudæorum ſcribæ & Phariſæi. In diſciplina bellum immittitur bonum vt rumpatur pax mala. Auſteritas mandatorum ſpe temperatur promiſſorum. cap. 11. Duplex via ſalutis, 1. per exhortationem ad virtutes, 2. pœnitentiæ poſt peccata per ieiunium. cap. 12. Vita Apoſtolorum auſtera in cibis. Epiſcopi non recipiendi in priſtinum gradum poſt blaſphemiam Spiritus S. ca. 13. Magiſtrorum Eccleſiæ ſomnus & præpoſitorum cauſa calamitatis Eccleſiæ. Reti verbi Dei per diſciplinam capiendi piſces. in ca. 16. Contra ſuperbiam Epiſc. & Præsbyt. qui indignè abutũtur poteſtate clauium. in c. 18. Vnuſquiſque ſuo vitio ſcandalis patet. in c. 19. Matth. Eccleſiaſtici ob malitiã hominũ poſſunt quædã indulgere & conſulere, quæ non ſunt ſecundũ Dei imperiũ. in c. 21. De ſimonia & negotiatione Eccleſ. ac auaritia. Latrones tales vocat, qui lucra de re-

ligione sectantur, cultusque eorum non tam Dei cultus, quam negotiationis est occasio. in cap. 23. Vitia Pharisæorum ad nostros Ecclesiasticos transierunt. in cap. 26. Matthæi. Simonia Caiphæ. In Proœmio epistolæ ad Galatas. Lectio sacræ scripturæ medicina est, qua animæ vulnera curantur & tristitia pellitur. in cap. 1. ad Galatas. Multorum in vna re consensus multum facit ad populum corrigendum. Corrigere alios & aliorum salutem quærere, quam sit Deo gratum. in cap. 2. ad Galatas. Disciplina excommunicationis pœnitentiæ publicæ, satisfactionis Corinthij incæstuosi. in cap. 3. ad Galat. Disciplina pœdagogica legis veteris quæ custodiebat lilios testamenti veteris. in cap. 4. tutores prophetæ vt lex pœdagogus. Reprehensio nominis Abbatis, cùm soli Deo competat. Prælati & Doctores histrionum more subditis se debent accommodare pro subditorum diuersitate, sicuti medicus, qui adhibet varia pharmaca, cùm vnum non sufficit. in cap. 5. ad Gal. Disciplina excommunicationis & publicæ pœnitentiæ vexationis carnis per ieiunia & egritationes vt saluetur spiritus. Abscindi ab Ecclesia quam graue malum. Quæ tristia putantur supplicia à Prophetis comminata, magis sint remedia quam pœnæ. Disciplina nouæ legis per charitatem, veteris per seruitutem. Deficiente charitatis disciplina erit inter homines publicum latrocinium. in cap. 6. Vir Ecclesiasticus debet instruere peccatores. Spiritu lenitatis vtendum, qui se medico exhibent curandos peccatores. Virga vtendum contra pertinaces peccatores, qui nolint

pœni-

pœnitentia corrigi. In Proæmio in epist. ad Ephe sios. Paulus per singulas epistolas medetur vulneribus Ecclesiarum illatis, nec instar imperiti medici vno collyrio omnium oculos vult curare. in cap. 2. epist. ad Ephesios. Triplex ordo peccantiū, 1. qui faciunt voluntates mentium & non carnium. 2. qui faciunt voluntates carnis & non mentium, quales sunt multi Ecclesiastici. 3. sunt plures qui carnis & mentium pariter faciunt voluntates. Hæretici magis faciunt carnis voluntates quam Ecclesiastici, cùm apud eos plura sint corporis vitia quam apud nostros. in cap. 4. ad Ephesios. Qui ædificat corpus Christi, id est, Ecclesiam, is verus Doctor, pastor, Apostolus & propheta. Christus verus medicus corporis Ecclesię illud sanat. Conscientiæ tormenta & dolores superant vulnera corporis. Vno die in tanta scelera potest homo debacchari, vt tota vita sua vix possit lachrymis expiare. Peccata purganda Disciplina pœnitentiæ. Conscientia delicti est pro pœna, dū vermis in corde non moritur, & in animo ignis accenditur in similitudinem febris, quæ non torquet extrinsecus ægrotantem, sed corpora ipsa corripiens intrinsecus punit, sine cruciatuum forinsecus adhibitione. Ille solus potest redarguere, qui non redarguitur in semetipso ca. 5. Vinum immoderatum & ebrietatem euitandā pulchrè docet. Audiant Episcopi, Præsbyteri, omnis ordo doctorum subiectis suis se esse subiectos. Peccator currat ad medicum curentur ipsius vulnera, & fiat de Ecclesia quæ est corpus Christi. Sicuti omne studium fœminarum est, tot quod fœdare

videtur, abstergant, & exhibeant maritis corporū venustatem, ita & animæ omni sorde peccatorum per disi sunt purgandæ, vt rugæ veteris hominis in iuuentute tendatur & renouetur in nouum hominem de die in diem. Disciplina carnis vt corpora redigantur in animas. in cap. 1. ad Titum abusum ordinationum taxat. Contra arrogantiam & ambitionem Episcoporum. Insaniam ebrietatis carpit ob castitatis periculum. Primò explicat vitia quibus carere debet Episcopus, deinde virtutes, quibus eundem ornatum esse oportet. in cap. 2. ad Titum. Quid quamque ætatem deceat per singulas species exponit. Consolatione seueritas temperanda. in 2. Psalmum. Correptio Dei similibus illustratur. Ecclesiæ DD. sunt PP. spirituales nostri. in Psalmum 34. Arma sanctorum pœnitentia & ieiunium. in Psalmum 37. Deus quasi bonus magister castigat ex sanctis scripturis, cùm minæ Dei intelliguntur mouemur ad pœnitentiam. in Psalm. 47. Contra indignos ordinantes. in Psalm. 49. Doctores & Episcopi resecant peccata populi prædicando. in Psalm. 54. Deus peccatores tribulat, primò vt emendentur, secundò vt per illos corrigat bonos. in Psalmum 77. Sicuti decem signis & plagis Moyses populum ex AEgypto liberauit; ita Paulus decem epistolis præsentis mundi vulnera curauit, & mundi tenebras oppressit. In Psalmum 81. Episcopi & Præsbyteri sunt iudices in Ecclesia Dei, & dedit eis Deus potestatem in gregem suum, & in populum vt sint æqui iudices & non lupi. Propter malos iudices Ecclesiasticos totius orbis

con-

concussio & de eorum abusibus in Psa. 88. Nullus sine spe recuperationis ab Ecclesia arcendus, quia sicuti terret diuina seueritas arguente iustitia; ita pietas reparatur moderāte clemētia in Psal. 100. contra Episcopos iudignos ordinātes. in Psal. 103. Quantos monachos & clericos Draco antiquus præcipitauit. in Ps. 105. Sacerdos mediator debet cōfringere irā omnipotentis, renunciando populo delicta eorum. Admonitio ad sacerdotes, vt lucrentur animas verbo Dei & homines emendent & talum prȩmium. in Psalmum 107. Deus quasi medicus gaudet ægrotum sanari. In excommunicatione & eiectione ab Ecclesia, cùm publici peccatores traduntur diabolo, diabolus tortor & quȩstionarius Domini est, vt conuertantur ad Dominum & obdurati emolliantur. in Psalm. 108. Si Iudas Apostolatum perdidit, se custodiant sacerdotes & Episcopi vt non & ipsi suum sacerdotium amittant. si Apostolus cecidit facilius monachus potest cadere, in Psalmum 118. Doctores Ecclesiȩ increpabunt hæreticos & peccatores in 2. homilia, in Psalmum 118. Sicut melamaritudinem faucium arcet, ita eloquijs dominicis amaritudines nostrorum criminum mitigantur. in psalmum centesimum trigesimum secundum. De disciplina & concordia Monasteriorum & Collegiorum. De sex speciebus virtutum in Pontifice. in Psalmum 136. Contraria vitia per contrarias virtutes curantur. in Psalmum centesimum quadragesimum. Non est Dei asperitas vel crudelitas cùm punit, sed clementia exemplo magistri, medici, patris. hic de sa-

tisfactione in cinere, iciunio, lachrymis. Sicut medici faciunt ex crasso tenue, sic anima sanatur in Psalm. 143. De obedientia Monastica & paupertate. in Psal. 145. Contra Monachos vagos. in Psal. 146. Pœnitentia ex vulneratis facit stellas. in Psalmum 147. Per pœnitentiam reddimur ex cinere niue puriores, & induimus Christũ vestimentum album quasi niuem. in Psalm. 149. Per pœnitentiam domus Christi ædificatur in secunda expositione in Psal. 119 Patriarcha ἀσκητής, id est Monachus & hic de disciplina Monastica quadam. Hæc hactenus de disciplina Ecclesiastica ex omnibus operibus, tomis & libris B. Hieronymi strictim & breuiter notasse sufficiat, quam benevolus Lector inspiciat aut singula loca describat, in iustum librum excrescet ampla proposita materia. cap. 14. Nunc porrò veniamus ad grauissimum virum D. Ambrosium, Mediolanensis Ecclesiæ Antistitem post D. Augustinum & B. Hieronymum iam productos tertium è quatuor Ecclesiæ Doctorem. Hic vt componeret clerum ad exactam absolutamque Ecclesiasticam disciplinam, ideò tres aureos libros de Officijs scripsit auctore Cæsare Baronio tom. 4. Annalium Ecclesiasticorum, folio trecentesimo octuagesimo primo trecentesimo octuagesimo. qui idem testis est Beatum Augustinum totam Africanam Ecclesiam per disciplinam correxisse. tomo quarto Annalium, folio 643. & 644. Hieronimum quoque multa & magna passum esse à malis clericis contra disciplinam exactam. idem testis est tomo 4. folio 506. 507. 508. 509. 676. 675. Ambrosius acer & acerbus

Ambrosius in li. de Viduis, Disciplina est magistra fidei castitatis & omniũ virtutum. & ibidem rursus. Vitem facilius est tundere quã premere vt iuueneſcentẽ luxuriam reprimat & adoleſcentũ laſciuiam falce diſciplinæ ſuccidat.

fuit in vrgenda disciplina & obseruatione legũ Ecclesiasticarum vt ex Sozomeno retulit. libr. 7. cap. 24. Cæsar Baronius in Annalibus Ecclesiasticis to. 4. Ambros. To. 2. lib. 2. de Vocatione gentium ca. 19. Dum in hoc corpore viuitur, nullius est negligenda correctio, nullius est desperanda reparatio. Hic factus Episcopus, auctore Paulino & Ruffino 11. lib. histo. Ecclesiasticæ Catholicam fidem & disciplinam Ecclesiasticam acerrimè defendit Gratiano Imperatore occiso ad Maximum eius interfectorem est profectus legatus, eumque pœnitentiam agere recusantem, à fidelium communione semouit; Theodosium Imperatorem propter cædem Thessalonicæ factam, ingressu Ecclesiæ prohibuit. Cui cùm ille Dauid quoque regem adulterum & homicidam fuisse dixisset, respondit Ambrosius. Qui sequutus es errantem, sequere pœnitentem. Quare Theodosius sibi ab eo impositam publicam pœnitentiam humiliter egit. Hanc ipsam purgationem peccatorum siue Disciplinam Circunciſionem spiritualem vocat lib. 2. Com. in cap. 3. Lucæ, atque in Consistorio solere exerceri disciplinam & causas fidei testis est Ambrosius lib. 5. epistolarum epistola 32. In causis fidei adde & disciplinæ Episcopi de laicis in Ecclesia, non laici de Episcopis in consistorio debent iudicare. c. 15. Iã porro ad eloquentissimum patrem Christianum Ciceronẽ Lactantium veniamus l. 3. de falsa sapientia. cap. 16. Rectè Tullius Ciuiles viros, qui salutem ciuium vel bonis legibus, vel salubribus consilijs vel iudicijs grauibus procurant, philosophiæ Do

ctoribus præfert & lib.3.c.7. In Morali Philoſophia & Diſciplina maior vtilitas, ibi maiori periculo peccatur, quia ſi quid in Diſciplina fuerit erratum, vita omnis euertitur. lib. 3. ca. 26. de falſa ſapientia. Philoſophi non perfectè de virtutibus tradiderunt, quia peccatis pœnam non minantur, neque virtutis vllum præmium pollicentur niſi honeſtatis, & præcedenti ca. 25. Philoſophi neque alios neque ſeipſos poſſunt facere meliores. Itaque eorum ſapientia non excindit vitia ſed abſcondit. Pauca verò Dei præcepta totum hominem immutant li. 4. de falſa Sapientia cap. 23. Philoſophos reprehendit, hoc & 24. cap. quod diſciplinam morum, quam alijs præcipiũt ipſi non ſeruent, quod neceſſarium eſſe latè vtroque cap. confirmat & valdè eleganter, inter cætera ait cap. 23. Prius diſce, qui doces, & antequam mores aliorum corrigas, tuos corrige li. 5. cap. 6. aureo ſeculo ſublata iuſtitia, Diſciplina, metu defeciſſe regnum Saturni li. 5. cap. 8. ad regendos homines non tam varijs legibus, cum ad perfectam innocentiam lux vna Dei ſufficeret, nec carceribus, nec gladijs præſidum, nec terrore pœnarum opus erit, cùm præceptorum cœleſtium Salubritas humanis pectoribus infuſa, vltra iuſtitiæ opera homines erudiret libr. 5. de Iuſtitia. cap. 9. Veritas ideo ſuper inuiſa eſt, quod is, qui peccat vult habere liberum peccandi locum, nec aliter ſe putat male factorum voluptate ſecurius perfrui poſſe, quam ſi nemo ſit cui delicta non placeant. Ergo tanquam ſcelerum & malitiæ ſuæ teſtes exſtirpare funditus nitun-

cur

tur & tollere, graues sibi putant tanquam eorum vita coarguatur.

Cur enim aliqui sint intempestinè boni, qui moribus publicis corruptis conuitium bene viuendo faciant? cur non omnes sint æquè mali, rapaces, impudici, adulteri, periuri, cupidi, fraudulenti? quin potius auferantur quibus coram malè viuere pudet, qui peccantium frontem & si non verbis, quia tacent, tantum ipso vitæ genere dissimili feriunt & verberant. Castigare enim videtur quicunque dissentit. libr. quinto, cap. vigesimo secundo. Deus, ait Seneca, corruptos & vitiosos luxuriosè ac delicatè patitur viuere, quia non putat emendatione sua dignos. Bonos autem quos diligit, castigat sæpius & assiduis laboribus ad vsum virtutis exercet, nec eos caducis ac mortalibus bonis corrumpit ac deprauari sinit. Vnde nec mirum debet videri si pro nostris delictis sæpe castigamur à Deo. Imò verò cùm vexamur ac premimur, tum maximè gratias agamus indulgentissimo patri, quod corruptelam nostram non patitur longius procedere, sed plagis ac verberibus emendat. Ex quo intelligimus nos esse Deo curæ, quibus quoniam peccamus, irascitur. Nam cùm posset populo suo & opes & regna largiri, sicuti dederat antea Iudæis, quorum nos successores prosperi sumus, idcircò eum voluit sub aliena ditione atque imperio degere, ne rerum prosperarum fœlicitate corruptus, in luxuriam laberetur, ac Dei præcepta contemneret, sicut illi maiores nostri, qui sæpe terrenis ac fragilibus bonis eneruati aberrarunt

à Dis-

à disciplina & legis vincula ruperunt. prouid
ergo quatenus cultoribus suis præstaret quiet
si mandata seruassent, & tamen eos emendaret,
præceptis non obtemperassent. Itaque ne ta
corrumperentur otio, quam patres eorum licen
tia, premi eos voluit ab ijs, in quorum manib
eos collocauit, vt & labantes confirmet & cor
ruptos ad fortitudinem reparet & fidos experi
tur ac tenter, vt fidem ac deuotionem suorum v
probet vel corroboret, donec pressura & verbe
ribus defluentem corrigat disciplinam. lib. 6. c.
De indisciplinatis qui frena laxant voluptatibu
lib. 6. ca. 2. Quam vtile sit argumentum de disci
plina, de Officio, de vitæ præceptis, vt homine
erudiantur ad iustitiam. l. 6 c. 3. de disciplina vi
tutum, & de Duce istius viæ, & de discrimine v
triusque viæ virtutis & vitiorum, si dux viæ vir
tutes inserat, vitia sua sponte decedent, siue viti
eximas virtutes vltro subibunt, sic bonorum a
malorum constituta natura est, vt se inuicem so
per oppugnent, semper expellant. l. 6. ca. 4. De v
triusque viæ discrimine & de singulari præstan
tia Disciplinæ virtutum li. 6. cap. 5. In definitione
virtutis ponitur esse defensorem bonorum mo
rum in eodem capite, si commotiones animi vir
tute sedentur, vniuersa scelera & flagitia ex ho
minum vita moribusque tollentur, l. 5. c. 6. Philo
sophis ne disciplina quidem maliciæ deest. l. 5. c.
7. De duce viæ in disciplina virtutum, qui omne
coniungit, vbi opus fuerat, bonos à malis, forte
ab inertibus, sapientes à stultis separat l. 6. cap. 8.
De cœlesti disciplina, quæ ducit ad æternam vi
tam

tam l.6.ca.10. Philosophi dum voluerunt sanare vitia auxerunt, & ab humanæ communionis societate suæ virtutis rigore se dissociant, dum omnem misericordiam tollunt l.6.cap. 13. Per largitionem eleemosynæ medemur vulneribus & in medelam vulnerum eas damus. l. 6.c.14. Seueritas nisi se contineat intra congruentes nocentiũ pœnas fit crudelitas lib.6.ca. 15. Sicut in sentes ager, qui est natura fęcundus, exuberat, sic animus incultus vitijs sua sponte inualescentibus veluti spinis obducitur. Sed cùm verus cultur accesserit statim cedentibus vitijs, fruges virtutum oriuntur. libr.6. cap. 17. Metu diuini numinis comprimere vitia, summa est virtus. ibidem. Concitationes animorum sunt, similes iuncto currui, in quo rectè moderando summum rectoris officiũ est, vt viam nouerit, quam si tenebit, quamlibet concitate ierit, non offendet. Sic cursus iste vitæ, qui affectibus quasi equis pernicibus ducitur, si viam rectam tenear, fungetur officio. li. 6.cap.19. Iræ affectus datus est nobis ad coercenda peccata eorum, qui sunt in nostra potestate 1. vt arctiore Disciplina minor ætas ad probitatem, iustitiamque formetur, quæ nisi metu cohibeatur, licentia pariet audaciam, quæ ad omne flagitium & facinus euadet. Manus nostras supra minores semper habeamus, hoc est vt peccantes eos assiduis verberibus corrigamus, ne amore inutili & indulgẽtia nimia educentur ad malum & ad vitia nutriantur. li.5. c.20. Deus ideo virtutem dedit vt expugnaret ac vinceret voluptatem eamque egredientem fines sibi datos, infra præscriptum coerceret,

ceret, ne hominem suauitatibus delinitum, d
tioni suæ subijceret, In scenis haud scio an sit vl
Disciplinæ corruptela vitiosior. Quid de Mim
loquar corruptelarum præferentibus Disci
nam, qui docent adulterina, dum fingunt &
mulatis erudiunt ad vera; idem docet de Circ
sibus ludis & Spectaculis omnibus post Ter
lianum, libr. 6. cap. 23. De Disciplina coercen
libidinis Quisquis affectus illos frenare non p
test, cohibeat intra præscriptos limites legiti
thori, lib. 6. cap. 24. Sicut nihil prodest malè
uenti anteactæ vitæ probitas, quia nequitia s
perueniens anteactæ iustitiæ opera deleuit; s
nihil officiunt peccata vetera correcto, quia s
perueniens iustitia labem vitæ prioris abole
Christus perfectus medicus medetur nostris
neribus. Appetenda est nobis omnibus hæc e
medicina, quoniam maiori periculo vexatur
nima quam corpus, & quam primum latenti
morbis est adhibenda curatio, libro septimo, c
decimo quinto. De Disciplinæ contempru in
uissimis temporibus & extrema istorum temp
rum malicia graphicè. li. 7. cap. 26. Inuocat Co
stantinum vt aliorum male consulta rescind
& peccata corrigat, saluti hominum paterna
mentia prouideat. Libro de Ira cap. 18. Quin
mouetur omninò aut probat delicta, quod
turpius & iniustius, aut molestiam castiga
fugit, quam sedatus animus & quieta mens a
natur ac renuit, nisi stimulauerit ira & incit
uerit, qui autem commouetur, tamen intem
stiua lenitate vel sæpius quam necesse est, v
etiã

etiam sæpius ignoscit, is planè & illorum vitam perdit, quorum audaciam nutrit ad facinora maiora & sibi ipsi æternam molestiarum materiam subministrat. Vitiosa est ergo in peccatis iræ suæ cohibitio. Nemo prudens punit, ait Plato, quia peccatum est, sed ne peccetur. Ego verò laudarem, si cùm fuisset iratus, dedisset iræ suæ spacium, vt residente per interuallum temporis animi tumore, haberet modum castigatio. Non ergo ob iræ magnitudinem donanda erat pœna, sed differenda, ne aut peccanti maiorem iusto dolorem inureret, aut castiganti furorem; nunc verò quæ tandem æquitas est, vt aliquis ob exiguum delictum puniatur? ob maximum non puniatur? Iræ affectus animo est attributus cohibendorum delictorum causa. Seruorum autem filiorumque peccata non coercere peccatum est, euadent enim ad maius malum per impunitatem.

Hic non cohibenda ira, sed etiam, si iacet, excitanda est. Libro de Ira cap. 20. Qui sub Disciplina patris aut domini sunt. strictius & frugalius viuunt, quã fugitiui & abdicati. Virtus enim per mala & probatur & constat, vitia per voluptatem. In tanta impietate hominum tantisque peccatis id assequitur patientia Dei, vt se ipsi homines damnatis vitæ prioris erroribus corrigant. Dei tamen patientia quamuis sero noxios punit, nec patitur longius procedere cùm eos inemendabiles videt. capit. vigesimo primo, de Ira Dei. Non euellet iram radicitus sed temperauit, vt in omni castigatione modum ac iustitiam tenere-

neremus, licet homo in ira non facile se regere
possit propter fragilitatem, debet tantum illam
quantum potest moderari. Deus morum emen-
datione placatur c. 22. libri de Ira Dei. Qui iram
tollunt in puniendo dissoluunt omnem religio-
nem, ca. 23. Vanæ sunt rationes Philosophorum
qui Deo detrahunt iram, quæ est rebus humanis
maximè salutaris, per quam constat ipsa maie-
stas. Regnum hoc & imperium terrenum, nisi ma-
tus custodiat, soluitur. Aufer iram regi non mo-
do nemo parebit, sed etiam de fastigio præci-
tabitur, imò verò cuilibet, humili eripe hunc af-
fectum quis eum non spoliabit? quis non deri-
bit? quis non afficiet iniuria? Omne imperium
metu constat, metus autem per iram. nam si qui
non moueatur aduersus parere nolentem, nec co-
gi poterit ad obsequium. nemo potest sine in-
castigatione imperio subiugari, vbi ergo ira non
fuerit, ibi imperium quoque non erit. Libro de I-
ra Dei cap. 17. Non exiguo falluntur errore, qui
censuram siue diuinam siue humanam acerbi-
tis & maliciæ nomine infamant, putantes noce-
tem dici oportere, qui nocentes afficit pœna. I-
rasci rationis est, auferuntur enim delicta & in-
centia refrenatur. Qui legum minister est sedatus
animo esse debet, cum pœnæ nocentem subijcit.
Punimus ergo discipulos & malos vt disciplina
seruetur mores corrigantur, licentia comprima-
tur. illa iusta ira necessaria est in homine ad pra-
uitatis correctione & in Deo vt peccata omnia
corrigat Libro de Ira cap. 1. Sublata Disciplina
per iram subuertitur vitæ humanæ status, cap. 4.

ibidem. Desperati & impij tollunt iram ac Disciplinam cap. 8. sublato metu & Disciplina tollitur omnis religio & vitæ perturbatio ac confusio sequitur. ca. 11. Non potest esse religio sine Disciplina & metu c. 12. Necessitas Disciplinæ & iræ ad coercitionem pecc. tollũ c. 15. ob depravationem naturæ est necessaria Disciplina c. 16. Incommoda maximam sequũtur remota ira ac disciplina. In Epitoma Diuinarum Institutionum ca. 2. Et sicut in rudibus agris prius quam serere incipias, euulsis sentibus & omnium stirpium radicibus amputatis arua purganda, sic de nostris animis prius vitia detrahenda sunt, & tunc demum virtutes inserendæ, de quibus seminatę per verbum Dei fruges immortalitatis oriantur. ca. 16. Quoniam aut antea ex tribus Ecclesiæ Doctoribus B. Augustino, Ambrosio, Hieronymo copiosè de Disciplina egimus, restat iam vt ex B. Gregorio Magno de eodem argumento vtilissimo pertractemus. lib. 1. Vitæ Gregorij ca. 41. Vbi pro concione Disciplinam Pœnitentiæ prædicat lib. 2 c. 5. Vbi collecta Synhodo prauas consuetudines damnat. ca. 12. talem Ecclesiam Romanam exhibuit, qualis primitus sub Apostolis fuit. ca. 45. Vbi Monachum sub excommunicatione defunctum mirabiliter soluit. cap. 51. Vbi singulis Diaconis vel Xenodochijs singulos Rectores constituit. cap. 53. Vbi singulis patrimonijs, singulos Rectores constituit. cap. 54. Vbi vni personæ duo ministeria nullo modo committenda definit. lib. 3. de Vitæ Gregorij. cap. 1. Quibus studijs sibi commissam regebat Ecclesiam. libro tertio. capit. 1.

Perit vtiq; reuerentia, adimitur Disciplina quia qui culpat debuit emendare committit, & nefaria ambitione honorabilis sacerdotij ducitur in deprauationē Censura, cap. 2. quantis auctoritatibus contra Simoniacam & Neophytorum hæresin pugnarit. cap. tertio, quod pro eisdem Synodum fieri iusserit. cap. 4. Quod contra eosdem totis viribus non pugnantes, cum Simone Mago portionem habituros prædixerit. breuiter 60. capita fere omnia libr. 3. ad Disciplinam Ecclesiasticam spectant. ca. 5. pro vsu pallij vel consecratione Pontificis nihil accipi voluit, cap. 6. tria genere Simoniæ notauit c. 7. Quod in ordinandis Episcopatibus, neque Cardinalibus Ecclesiæ suæ, neque Monachis pepercerit. cap. 8. Quod violenter neminem promouerit. cap. 9. Quod violenter promotos in pristinum gradum reduxerit. cap. 10. Quod ab alijs calumniosè reiectos in ordines suos restituit. cap. 11. Quod Cardinales in forensibus Parochijs promotos ad Cardinem reuocauerit. cap. 12. Quod vndecunque meliores eligere potuerat Episcopos ordinabat & consecrabat, & quanta districtione consecrandos examinaret, cap. decimo tertio. Quod etiam alterius Diocœseos Episcopos, ad regendas suas Diocæseos Eccclesias inuitabat. cap. 14. Quomodo sedes Episcopatuum vnierit. cap. 15. Quod vacantes Episcopos vacantibus incardinauit Ecclesijs. cap. 16. Quod intronizatis Episcopis expulsos præsules iunxerit. capite vigesimo septimo. Quòd sedium loca mutauerit. cap. vigesimo octauo. Quòd nulla occasione Pontificem ab vr-

Eccle-

Ecclesia in aliam aut mutauerit aut mutari permiserit. cap. vigesimo nono. Quod alterius Parochianum sibi Cardinalem sacrauerit. cap. 20. Qualiter alterius Ecclesiæ clericos alijs incardinari permiserit. cap. vigesimum primum. Quod nunquam prioribus clericis posterius ordinatos prætulerit. cap. vigesimo secundo. Qualiter defunctorum Ecclesias Episcoporum vicinas visitandas committebat. cap. vigesimo quarto. Quod consuetudines dationum vel Xeniorum repulerit. cap. 28. Quam studiosè à suffraganeis suis Episcopis sanctitatem, sapientiam & Liberalitatem quærebat. ca. 29. Vbi Marianum Episcopum auaritiæ notat, cap. trigesimo primo. Vbi Ianuarium Episcopum suas iniurias vindicantem deterret. cap. trigesimo tertio. Vbi Desiderium Episcopum pro lectione librorum gentilium corripit. cap. 34 Vbi Natalem Episcopum de negligentia simulque conuitijs reprehendit. cap. 36. Quod Episcopos ab Ecclesia sua deesse vetuerit. cap. 37. Quod Episcopos per diuersa loca vagari non voluerit. ca. 39. Vbi Vitalianum Episcopum, pro fœmina, quæ religiosum habitum mutauerat, arguit. ca. 40. Vbi Sergium Defensorem pro negligentia reprehendit. cap. 41. Vbi Episcopum Paschasium pro fabrica nauis & sui vtilitate cõpescuit. cap. 42. Vbi Campanarum Episcoporum & Victoris Panormitani negligentias increpat. c. 43. Quam moderatè Andream Episc. pro Concubina dijudicat. ca. 44. Quod à prauis consiliarijs abstinendum censuerit. c. 45. Quod lapsos vel criminosos ab Episc. familiaritate repulerit. ca. 46.

Quod Præpositorum iram restringendam & venius culpam alij non esse noxiam statuerit. c.47. Quod liberos homines includi vel verberari vetuerit.c.48. Quod iudicum vitia redarguens publicarit.cap.49. Qualiter Diabolo instigante iudices contra eum sæuierunt. ca.50. Vbi Mauritio Imperatori legem pessimam ferenti contraoicit, cap. 53. Vbi tempora moresque Mauritij depingit ac describit,&c.Libr.4.cap.1 De temperantia Gregorij cap. 4. Ioannem Rauennatem Episcopum pro vitijs diuersis increpat.cap.5.Rauennatem Ecclesiam Visitatori commendat post Ioannem defunctũ.c.8. Diaconos Catanenses arguit c. 11. Maximum excommunicat. ca.13. Maximus interram humiliter procidens lachrymabiliter veniam petit.ca. 14. Vbi Gregorius Maximo coram S. Apollinaris corpore satisfacienti miserendum esse decernit.cap.15.Vbi Maximo humiliter satisfacienti communionis gratiam reddit & pallium se daturum promittit.ca.16.Superbum Imperatorem Mauritium terruit.ca.17. Mauritio in Gregorium sęuiente mors per gladium imminet cap.18.Mauritij pœnitentia,cap.26. Adrianum Episcopum restituit ordini suo.ca.27. Quod exceptis manifestis criminibus neminem de sacerdotio deposuerit,sed communione priuauerit cap. 28. Quanta districtione accusatorum lites iudicarit, & qualia in iudiciorum ordinibus decreuerit. cap. 31. Quod falsarios delatores talione mulctauerit. cap. 32. Quod semel ingesta crimina indiscussa præterire non sit passus, & qualibus pœnis peccatorum accusatores mulctauerit cap.

cap. 36. Quod ab hæresi se purgantes receperit. cap. 37. Quod Schismaticos ad suscipiendam satisfactionem Romam inuitare curauerit. ca. 82. Quod Monachi, qui ab eo in Saxoniã missi sunt, sancti Benedicti Regulis fuerant mancipari cap. 98. De modo Monasterij ipsius. libr. 1. Moralium in Iob. cap. 27. Quod sancta Ecclesia simplicitatis & rectitudinis vias à timore incipit, & in charitate consummat cap. 28. Quod possessio ouium & asinorum & camelorum sit subiugatio illorum, quos aliquando vel formido dissoluit, vel superbia inflat vel luxuria inquinat cap. 31. Quod multa familia, id est, multitudo cogitationum sit sub mentis dominio restringenda cap. 37. Quanta sollicitudine sit abstinendum à malo opere, cùm etiam districtè serui Dei iudicentur de cogitatione. libr. 2. cap. 11. Deus refrenat Diabolum ne nocere possit. cap. 16. Quod dissolutio Præpositorum sit ruina minorum cap. 26. Quod dum Præpositi gloriam propriam quærunt, subditorum corda subuertuntur. libro 3. Moralium in Iob cap. 1. Quod iusti & percutiuntur frustra & non frustra, quia augetur vitæ meritum, frustra, quia in eis non punitur peccatum, cap. 3. lib. 3. Quod multi Dignitatibus præditi vas fictile quod gestant, quam citò sit conterendum, non attendunt. capite vigesimo quarto. Quod sub virtutis specie blanda ad nos facie vitia veniunt, sed quid veneni intus habeant, in fine ostendunt cap. vigesimo quarto, libro 4. quod ad erudiendum Israelem tributarius in medio Ephraim relinquatur Chananæus. cap. vigesimo sexto. Quod

Iustitia exigit, vt ea inuiti patiamur, quæ sponte & ex arbitrio volentes fecimus. cap. 29. Peccantium tres modi faciliùs corriguntur, & quartus difficilius emendatur, cap. 40. Diabolus exactor pœnarum. libr. 5 cap. 5. Sancti viri cùm huius mundi potestate fulciuntur, tanto sub maiorem mentis Disciplinam se redigunt, quanto sibi per impatientiam potestatis suaderi illicita quasi licentius sciunt. cap. 8. Quanta manent peccantes supplicia, si tam valida districtio in hac vita iustos castigat. cap. 15. Quare Deus in hoc mundo quorundam mala districtè percutit, aliorũ inulta permittit. cap. 26. Quod qui de flagellis Dei murmurant, iustitiam ferientis accusant. libr. 6. cap. 5. Quod non elementis huius mundi, sed ex nobis est causa, per quam meritò flagellamur. ca. 14. Quod exemplo Loth contra vitam iusti, accusationis aditum non inueniunt peccatores. cap. 17. Quibus modis vulnerat Deus, quos ad salutem reducere curat. cap. 18. Quod in præsenti vita electos suos non permittit Deus vexari supra id quod possunt, donec huius vitæ septimana cõpleta nulla eos tentatio deinceps tangat. Libro septimo, capite secundo. Quod serui Dei in hoc mundo lugeant & persequutiones diuinæ mentem, ne intumescant, compungant, & ex his quæ tolerant, futura formidant. c. 5. Quod iusti quicquid sibi in hac vita amarum est, dulce reputant & quod affligit, requiem putant. cap. septimo. Quod electi, cùm in aliquo se offendisse nouerint, & nulla eis pro malè gestis irrogantur aduersa, timent, ne in æternum gratia deserat, quos

in

in præsenti vita nulla mali sui retributio castigat. libr. 7. cap. 10. Quod nonnulli reprobi ex percussione sicuti lapides indurantur, alij verò in percussione consoni, resonant sine correptione. & in cap. 11. Vir iustus in flagellis, positus dicat. Qui tollit ab amico suo misericordiam, timorem domini derelinquit, quia nimirum, qui ex aduersitate proximum despicit, apertè conuincitur, quod hunc in proximis non amant. Et cùm omnipotēs Deus ideò flagello quosdam cruciet, vt percussos erudiat, & non percussis occasionem boni operis præbeat, quisquis percussum despicit, occasionem à se virtutis repellit, & tantò se nequius contra auctorem erigit, quanto hunc nec pium in salute propria, nec iustum in alieno vulnere agnoscit. cap. vigesimo secundo. Quanta sit seruorum Dei in reprehendendis vitijs auctoritas. lib. 8. cap. 3. Quod vita hominis oppressa vitijs, ad cœleste desiderium non valet tendere. li. 8. cap. 15. De vtilitate Disciplinæ Pœnitentiæ. c. 19. Quod Deus visitat hominem, cùm in virtutibus prouehit & probat eum aliquando, cùm recedendo concuti tentatione permittit. cap. vigesimo sexto. Quod superbi correctionis impatientes sunt. libro 8 cap. 3. Quod propter maliciam subditorum subtrahatur lux prædicationis, & claudat Deus ora sanctorum doctorum. cap. decimo. Quod exigentibus peccatis ita cœcum est genus humanum, vt sæpè quod donum est gratiæ, iram putet & quod ira est, gratiam æstimet. cap. 15. Quod sancti etiam siue causa flagellantur non vt puniantur, sed vt probentur. c. trigesimo.

Quod graue sit tormentum in cordibus Electorum, quod sensum sui reprehensoris non intelligunt, ca. 31. Christus venit ad nos contradictor ad culpam, amicus ad pœnam. & quod à timore disciplinæ in libertatem Euâgelij sit transeundum cap. 33. Quantò sancti plus Deo appropinquant, tantò se amplius accusant. Quod iram Dei amaritudo præsentis pœnitentiæ exstinguat. cap. 42. Quod sancti viri cùm à Deo relinquuntur, ruinæ suæ dispendia non sentiunt, cum verò Deus visitans ad eos reuertitur, mirabili cruciatu compunctionis semetipsos quales fuerant discutiũt. lib. 10. cap. 3. Quod iusti ex reprehensione corrigantur, superbi verò ad defensionis suæ insaniam erigantur, cap. 8. Quod sæpè magnis Doctoribus contingit, vt nimia charitate feruentes, modum correctionis excedant, cap. 13. Quod ex vitijs vitia nascuntur, & qui minima negligit paulatim cadit. cap. 15. Quod diuina miseratio quasi domesticum animal loris aduersitatum electos plerunque ligat, ne per desideriorum syluam effreni libertate discurrat, lib. 11. ca. 5. illos destruit Deus quos relinquit. cap. 6. Si cordi nostro spiritus sancti irrigatio defuerit, omnis Disciplinæ plantatio arescit. cap. 9. Quod apud Deum sint sine gloria, qui de Prælatione sua ab hominibus gloriam quærunt. capite decimo octauo. Quod sancti viri carnem suam dentibus lacerant, cum internis sensibus carnalia opera sua discutiunt ca. vigesimo secundo. In nouo testamento Disciplina amoris in veteri timoris. ca. vigesimo quarto. Quod Deus nostra peccata scribere dicitur, cùm

ea vel

ea vel diutius punit, vel retinet punienda. cap. 25. Quod grauia sint peccata iuuenum & senum in conspectu Dei si & iusti sic metuũt qui in adolescentiæ teneritudine deliquerunt. Quod pes hominis in neruo ponitur, cùm eius praua intentio districto iudicio punienda ligatur, cap. 11. libr. 12. Quod repentinis tentationibus excellentes viri aliquando ruant, alij nonnulli blandimẽtis mollibus quasi aquis continuò fluxu excauantibus, fortè propositum mentis vsque in luxuriam Deo permittente dissoluuntur. cap. 21 Quod pingui contra Deum ceruice armantur, qui ex opulentia rerum secularium inflati, quasi ex pinguedine vitæ præsentis contra creatorẽ se erigũt. l. 13. c. 2. Quod verò qualitate personarum temperanda sit correctio doctorum. cap. 11. Quod Prælati sanctæ Ecclesiæ peccata subditorum quasi propria plangunt, & dum viderint aliquos pęnitentes aliquos in malis perseuerantes, iudicia diuina mirantur. li. 13. c. 15. Quod timore iudicij, quanto finẽ magis propinquare cognoscunt electi, eò terribilius semetipsos discutiunt. cap. 16. Quod reproborum corpus sit sub disciplina, mens verò procul. cap. 20. Sancti alternantibus prosperitatibus & in nocte timent ne ruant, & in die suspecti sunt ne prę-sumant, lib. 14. cap. 4. Quod dignitas ad quam ambitiosè cum culpa peruenitur, sine culpa relinqui non possit. cap. 6. Quod honor temporalis & amor lucri, & cætera huiusmodi quasi esca sunt in laqueo, quibus cùm appropinquauerit improuidè errans, captus tenetur. Et quod sit quædam affinitas vitiorum & morum, secundùm quàm

deceptiones suas diabolus optimè considerat. li. 14. cap. 16. Iustorum merita flagello augentur, non peccata puniuntur. cap. 19. Quod corona à capite abstrahitur, cùm à præpositis bona spiritualia negliguntur. cap. 20. Quod qui percussione flagelli superatur, non quasi filius, sed quasi hostis feritur cap. 25. Quod superbi rectores ita infirmos fatigant & affligant, quasi ipsi de infirmitate nihil habeant, & quod diuina manu afflictis non tam increpatio, quam consolatio debeatur. lib. 15. cap. 5. Quod peccatores abscondentes peccata sua, sibi parcant. cap 10. grauius puniuntur malorum adinuentores, qui studio malignitatis ea flagitia ex se excogitauerunt, quorũ exempla in alijs reprobis inuenerunt. lib. 15. cap. 19. Qui regulam charitatis contemnunt, dicunt Deo recede à nobis. ca. 25. Quod hæretici de sanctis sentiant iniqua, qui nequaquam eos flagellari à Deo nisi ob peccata existimant. cap 26. Quod peccatores hoc scient in pœnis, quod excæcati in superbia dum viuerent scire nolebant. lib. 16. cap. 2. Quod hæretici in Catholica Ecclesia panem sanæ doctrinæ & vestimenta disciplinæ negant esse, apud se esse affirmant, & ideo Catolicis insultant. cap. 9. Quod infirmi sanante Deo ita conualescant, vt doctrinæ claritate effulgeant. c. 14. Quod qui subtile Dei iudicũ intuetur, amaritudine pœnitentiæ seipsum persequitur. ca. 19. Voluntas peruersa Diaboli in hoc vtilitati SS. seruit, vt purget eos. cap. 30. Quod peccatũ vsq; ad inferos ducitur, quod ante mortẽ per pœnitentiã non emendatur. l. 17. c 3. Quod contemptus clementiæ prouocat irã. c. 6. Quod sit indignum

dignum & iniuſtũ, vt ſancti, ſi in aliquo offendant à malè viuentibus increpentur. c. 11. Potẽtes huius ſeculi quaſi gigantes ex propria ſuperbia confunduntur, & ideò magis ſuppoſiti ſunt, vnde tumidè appetũt multis præeſſe. c. 19. Quod terribilis erit Deus in iudicio, qui etiã cùm iudicandus venit, vna voce ſuos perſequutores ſtrauit, & quanta ſit eius ira, cuius eſt etiã intolerabilis manſuetudo. lib. 18. c. 12. Quod Deus cùm ſanctos flagellat parcit eis, reproborum verò flagella præſentia, ſunt initia tormentorum. l. 19. c. 4. Ne extollantur animæ Deus eas reprimit tentationibus, quas ſublimat virtutibus. c. 9. Reminiſcitur Eccleſia fœcunditatis ſuæ quam in primo tempore habuit, quãuis circa mundi finem maxima prædicationis virtute roboretur. cap. 15. Quod Rectoribus Eccleſiæ ſummoperè attendendum eſt, vt in diſciplinæ vigore manſueti ſint. ca. 23. Quod dentibus Diaboli prędam eripit, qui ab errore vel malitia aliquem prædicãdo cõuertit. l. 20. c. 2. Quod Prælatus quiſque ea circa ſubditos ſuos debet vti cenſura, vt eis pro tempore ſic ſe grauẽ exhibeat, vt non reddat odioſum, ſic hilarẽ, vt non faciat vilem. c. 3. Quod graue pecatum ſit incauta ſecuritas & ſit valdè vtile, etiã cùm ſtamus formidare ruinã. c. 5. Quod in Prælatis Eccleſię ſeſe complecti debeant, & affectus miſericordiæ & diſtrictio diſciplinæ. c. 18. Frenũ ſilentij oportet hæreticis imponi, vbi prædicatio videtur contemni. ca. 21. Quos Deus amat aliquando vtiliter in tentationibus derelinquit ad tẽpus. c. 24. Quod Deus impropriè dicatur crudelis, cũ diſtrictè peccata vlciſcitur. c. 26. Sancti p

pœni.

pœnitentiam reformantur. cap. 28. Quod ſancti in culmine honoris ſtatum cuſtodiunt humilitatis, & licet poteſtati ſemper ſit amica impatientia manſuetè tolerant ipſos, quos ex officio ſuo increpant. cap. 30. Quod abſtinentia & doctrina ſanctorum in luctu eis vertatur, cùm ſe ab eis contemni vident, quibus verbo & exemplo prodeſſe ſtudebant. lib. 21 cap. 4. Quod iuſti dum temporaliter flagellantur, probantur, reprobi verò, qui in laboribus hominum non ſunt, æterno Anathemate condemnantur. cap. 7. Quod Doctor Eccleſiæ, ſi aliter docet quam viuit ſæpè occidit exemplo, quos gignit verbo. ca. 9. Quod ſcelus luxuriæ omnia bona opera euacuat, & virtutum omniũ plantaria eradicat. libr. 22. cap. 6. Electi bona ſua non vident, quæ alijs ad exemplum videnda præbent. cap. 14. Quod perfectæ humilitatis indicium ſit, peccata & vltrò accuſare, & alijs accuſantibus nó negare. cap. 23. Quod contra præpoſitos Eccleſiæ terra clamat cum ſulcis ſuis, quando deeſſe ſibi doctrinæ ſeminarium conqueruntur, vel cum eis à prælatis peccati exempla monſtrantur. in eodẽ capite. Quod abſque pecunia fructus Eccleſiæ comedit, qui Eccleſiæ commoda accipiens diſciplinæ & prædicationis debitum non impendit. cap. 24. Quod contra Præpoſitos negligentes, non immeritò à ſubditis murmuratur. lib. 23 ca. 12. Quod hi, qui adhuc vitijs ſe impugnari ſentiunt, aliorũ curam ſuſcipere non præſumant. ca. 14. Quod rectus ſit ordo in doctrina, vt conſideremus in primis quales ſumus & quales fuimus. Si nec ſumus nec fuimus, quales illi ſunt, quos emendare curamus,

mus, non extollamur. Item si nulla bona in eis sunt quorum mala corrigimus, summoperè attẽdendum est, quod ita illos potest diuina gratia permutare, vt nos posterius in bonis quæ ante accepimus præueniant. cap.16. Quod superbi non tam consolari quam increpare desiderant, ca.27. Quod in aduersis homo se magis cognoscit, quã in prosperis. lib.24.ca.12. Quod tentationum genera operatur in nobis Deus, vt labore conuersionis & prouocatione tentationis & timore mortis attriti purgemur, & post amaritudines gaudia subsequantur. cap.24. Quanta moderatione sancti in correctione vtantur. ca.26. Sancti vitiorum appetitus consideratione dissolutionis suæ in cinerem redigunt, cap.29. Quod ex imitatione diaboli apostasiæ culpam incurrunt, qui honoris sui gloria lætantes, præesse hominibus potestate & dominatione delectantur. cap. 30. Quod impij duces sunt, qui verbo & exemplo ducatum præbent erroris. libr.25.cap.7. Quod Patrum exempla ad normam rectè viuendi multum adiuuant. cap. 17. Quod egeni & pauperes ad Deum clamant, cùm præpositi curis secularibus dediti, disciplinæ & prædicationis officium deserunt. c. 20. Quod pro merito subditorum dentur sæpè rectores, & pro iniquitate mali gregis delinquat verè boni vita pastoris & quod virtutis est meritum, dum salua fide res agitur, tolerare & cælare mala rectorum. cap.22. Quod mali pastores non semper sint imitandi, tamen necesse est venerari. Quod multi, dum sibi iusti videntur in eo, quod rectores suos secularibus negotijs occupatos iudicant,

dicant, Deum accusant, & cùm ipse per Moysen pellibus & cilicijs tabernaculum operiri præcepit, quasi hęc detrahentes, diuinis dispositionibus contradicunt. l. 26. c. 2. Quod Heliu verba Iob non intellexerit, quæ sine disciplina fuisse æstimabat. cap. 3. Quod superbi afflictorum tribulationibus nulla compassione condescendunt, sed super dolorem vulnerum uddunt & elisos confringunt. ca. 4. Quod sancti Doctores ex quibusdam signis sicuti boni medici solent, etiã occulta rimentur vt cognita castigent & sanent. ca. 11. Quod doctrina Euangelica abstrahat hominem à vitijs in quibus putrescebat, ne ambulet in mirabilibus super se, & vt immunditiam carnis per castitatem refrenet ca. 14. Quod omnipotens Deus clamãtes ad se seruos suos ideò aliquando non eripit de tribulatione, quia & ipsi ex aduersis proficiunt, & reproborum malitia tanto districtius in iudicio punitur, quanto hic in sanctos exarsit crudelius. c. 18. Quod in hoc mun do non omnia impiorum opera punit Deus, quorum tormenta supremo examini reseruat. ca 33. Quod qui hominibus placere volunt, crudelitatem iudicant & iram, quicquid à Doctoribus sanctæ Ecclesiæ zelo agitur disciplinæ, & dum benigni volunt videri, neminem censent seueritatis districtione coercendum. ca. 38. Quod iniquitatem post miseriam sequitur, qui post correptionem vitium incurrit impatientiæ, & de modo corrigendi arrogantiũ. l. 27. c. 13. Quod superbus quisque prius timore iudicij concutitur, deinde data indulgentia Deo familiarius inhæret, & vnctus gratia sancti spiritus

dein-

deinde amat & prædicat. c 22 Quod messis Ecclesiastica operarios desiderat, quorum compluatur doctrina & exemplis proficiat. lib. 29. cap. 7. Quod Deus moraliter mentem humanam in profundo vitiorum immersam visitando ingreditur, & vitijs calcatis victor ingreditur. libr. 30. cap. 5 Quod pro qualitate personarum, officiorum & ætatum aliter atque aliter homines sunt admonendi. ca. 16. Quod Præpositi Ecclesiæ, quia eorum onera portant, quos affectu nimio Deo pariunt, vocantur ceruæ, ibices verò auditores, qui patrum prouocati exemplis scilicet patientia Dauid, castitate Ioseph, abstinentia Danielis, quasi in huius mundi petris sancta his similia parturiunt opera. cap. 25. Quod viri abstinentes gulæ flammam restringunt. ca. 27 Non caro, sed carnis vitia occidenda, & sic parcendum ciui vt eum hostem non nutriat. ca. 28. Viri sancti incentiuis carnis ieiuniorum virtute exstinctis cœlesti dulcedine pascuntur. lib 31. cap 2. Quos Ecclesiæ frangere non potuit disciplina eos rebelles ne impediant fructificantes in Ecclesia, potestas terrena premit. capit. 7. Quod eos, quos prauorum Doctorum negligentia in puluere peccati inuisitatos deserit, gratia Dei calefacit, & sine hominum ministerio multos desperatos per se Deus visitat & viuificat. lib. 31. cap. 8. Quod hypocritæ nulla sollicitudine infirmis prouideant, nec aliquam charitatis affectionem impendant his, quos bestiarum morsibus expositos vident, sed duri ad filios quasi sui non sint, reputant alienos. cap 33. Quod sancti viri, cùm locus & causa exigit, pro defensione pietatis & Disciplinæ debent semetipsos persequutoribus obijcere, & etiam cùm non quæruntur, obuiare. capite vigesimo quinto. Quod sancti viri nec insidijs, nec minis, nec pœnis terreantur in

in exe-

in exequenda disciplina,& in cap.26.latius.libro 32.cap.1.Quod Iob correctus non defendit.sed humiliter confitetur se peccasse in eo, quod se credidit iustum & frustra percussum; & innocentia propriæ conscientiæ contentus,districtionem superiorem ex animis attendit. cap.3. Quod qui in flagell.s positus murmurat,iustitiam ferientis accusat libr.33 cap.5.Quod reprobi;in quibus est Imago diaboli,similibus suis patrocinia parant,& seinuicem defendentes nullum correctioni locũ relinquant. cap. 22. Quod Prælatorum officio,à capite diabolo concidantur & separentur, qui prius ei quasi membra carnea adhærebant. lib.33. cap. 23. Quod qui tentamenta vel percussiones diaboli diligenter considerat & illud bellũ mente retractat, de flagellis & percussionibus Dei, quæ sunt correctio vel disciplina,si filius est, nequaquam murmurat.cap.29.Quod reprobi scuto defensionis corripientium se verba repellunt,& concordi pertinacia alterna se ad inuicem defensione tuentur.libr.34.cap 16 De regula humilitatis fundamento disciplinæ.libr.35.cap.2.tunc vtilis sit reprehensio,cùm correctio sequitur & pœnitudo.cap.12.Quanta sit virtus obedientiæ.hactenus ex tomo Moralium in Iobi nunc colligamus summaria ad Disciplinam pertinentia.ex 2.tomo & primo ex tribus partibus Pastoralis, quę ferè omnes ad disciplinam pertinent, præsertim autè illa capita, quæ deinceps summatim excerpsi. in 1. partis, cap.2. Ne regiminis locum subeant, qui viuendo non perficiunt, quæ meditando didicerunt.cap.3.Quod in regimine aduersa despicienda &

da & prosperа formidanda. ex summarijs secundæ partis c.6. Vt sit rector bene agentibus per humilitatem socius contra delinquẽtium vitia per zelum iustitiæ erectus. ca.10. Quod esse debet Rectori discretio correctionis & dissimulatiõis, feruoris & mansuetudinis ex summarijs 3. Partis c.1. Quod aliter admonendi sint viri & aliter fœminæ, continens in se 36. admonitiones & declarationes earundem. c.2. De exhortatione multis adhibenda vt sic singulorũ virtutes adiuuet, quatenus per hanc contraria virtutibus vitia erubescant. c. 3. De exhortatione quæ vni adhibenda est contrarijs passionibus laborãti. c.4. Quod aliquando leuiora subtrahantur. ex 2. libr. Dialog. B. Gregorij de vita & miraculis Benedicti. cap. 4. de Monacho vagæ mentis ad salutem reducto. cap. 12. De seruis Dei, qui cibum contra Regulam sumpserunt. cap. 36. Quod Benedictus Regulam Monachorum scripserit discretione præcipuam, sermone luculentam. cuius si quis subtilius mores vitamque cognoscere velit, potest in eadem institutione regulæ, omnes magisterij illius actus inuenire, quia sanctus vir nullo potuit alio modo docere quam vixit. libr. 4. Dialogorum, cap. 60. De relaxandis culpis alienis, vt nostra relaxentur. Ex 12. libris epistolarum Gregoria. ea collecta quæ ad disciplinam pertinent. lib. 1. epist. c. 1. Vt semel in anno in vnum conueniant. c. 15. Populonensem Ecclesiam Visitationis gratia commendat. c. 19. Honoratum archidiaconum suo gradui restitui præcipit. c. 32. De Blando Episcopo restituẽdo. c. 33. Venantio ex monacho scribit & increpat de habitu Monastico

dimisso.c.38. De Monasterio S.Theodori ordinā
do.c.39.De monachis disperſis per Siciliam.c.40.
De Monachis circumquaq; vagantibus. ca.42.De
vxoribus clericorum.ca.48.Quod mulieres circa
monasteria Monachorum non maneant,nec pue
ri ante 18.annos in Monasterio ſuſcipiantur.c.66.
Caſtigationem iniungit illorum, qui ſacra vaſa
& miniſteria Eccleſiaſtica Iudæis vendiderunt.c.
67.Præcipit vt exteriorem curam Monaſterij Fauſ
ſto commendet.c.76.Viſitationem iniungit Sago
nenſis Eccleſiæ.c.81.De ſuperbia Liberati Diaco
ni comprimenda.lib.2.c.4.Gregorio Maximiano
Epiſcopo Syracuſano præcipit vice ſua eſſe ſuper
omnes Eccleſias Siciliæ. c.7. de officio ſacerdota
li.ca.19.Viſitationem iniungit Cumanæ Eccleſiæ.
c.20. Viſitationē Nepeſinæ Eccleſiæ iniungit c.2
Viſitationem cuiuſdam Eccleſiæ iniungit hoc &
26.cap.c.27.De Ioanne Viſitatore eiuſdem Eccle
ſię c.29.Viſitationem trium Eccleſiarum iniungi
de Vnionibus Eccleſiarum.c.31.& 35.& c.32.De or
dinatis non reordinādis.c.34. De Iſidoro ſine cau
ſa excommunicato.c.37.De conuiuijs iuſtis & in
iuſtis.c.39.De Cura Paſt.& Diſc.ca.47. Vt non de
ponatur Epiſcopus niſi in conuentu Epiſcoporū
c.48.De Florentino Epiſc. iniuſtè depoſito. ca.59.
Curam cōmittit Eccleſiæ S.Anthemij.c.61.De or
dinatione Epiſcopatus in Dalmatia.c.63. De Viſi
tatione Eccleſiæ Caſtorij.c.64. De Viſitatione Le
ontij.c.65.De excommunicatione Magni præsby
teri Eccleſiæ Mediolanēſis c.79.& 81. De filia Dia
coni à Felice ſtuprata.cap.80.De diuerſis cauſis e
mendādis. c.83.& 84. De concubina Andreæ Epiſ
copi

copi Tarentini & muliere, de matriculis verberata. ca. 87. Vt nullus ad sacros ordines precio ascendat. ca. 88. De Paulo in pœnitentiã dato. ca. 80. De humilitate tenenda in prosperis & aduersis. c. 91. De Monachis Isaurię cæsis. lib. 3. c. 5. De correctione clerici cuiusdam. c. 6. De Petronella conuersa & Agnello corruptore eius. c. 11. Iuuenculas fieri Abbatissas prohibet. c. 13. De Adeodati præsbyteri iniusta expulsione. ca. 14. De Felicis Diaconi correctione. ca. 20. De excommunicatione eorum Episcoporum, qui ei manus contra Canonum statuta posuerunt. c. 24. De Paulo Clerico malefico. De nuptijs & ordinationibus clericorum, De mulieribus à monasterijs egressis. ca. 26. De lapsis ad pristinum officium non reuocandis. c. 39. De Visitatione cuiusdam Ecclesiæ. c. 40. Ne Monachi cuiusdam Abbatis faciant sibi commatres. ex libr. 4. epist. cap. 45. Monasterium Monachorum non per clericos nec laicos ordinandum. ca. 46. De ordinando Monasterio Theodosiæ. c. 48. De correctione Martiæ Abbatissę. c. 49. De Saturnino Episcopo lapso corrigendo. ca. 46. & 50. De hæreticis comprimendis. ca. 51. De obedientia maioribus exhibenda. c. 53. vt Ioãni Episcopo obediatur in ijs quę præcipit & spectant ad rectitudinem disciplinæ. c. 55. De Visitatione Agrigentinæ Ecclesiæ. c. 56. Capuanæ Ecclesiæ visitationem iniungit. c. 57. De Visitatione Ecclesiæ eiusdem Gaudentio commmissæ. c. 58. De disc. & reformatione variarum rerũ. c. 59. De onere & cura pastor. c. 60. De lapsu præsbyterorũ, Diac. subdiaconorũ. c. 61. De his qui sũt depositi, quomodo ad pœnitentiam deputantur.

ca.62.De ſpecioſo præsbyterio & ſanctimonialibus ad ſeculum reuerſis.c.64. Viſitationem Eccleſiæ Rauennatis commendat.c.65.De Viſitatore Seuero.c.68. De peruerſitate Epiſcoporum & Valerio Monacho.c.71.De Cicerone Monacho in pœnitentiam deputato.c.72.De Theodoſij Abbatis Monachorum correctione.c.76.77.78. & l.7.c.69.80. 82.83.& l.6.192.194.De Ioanne Hieroſol.Epiſc.corrigendo,qui ſe Vniuerſalẽ vocabat, & de peruerſitate Epiſcoporũ,c.86.De Viſitat.Ariminenſi melius procurãda.c.87.Abbas eligendus dignus moribus atq; actibus diſcipl.Monaſt.ca.92.De correctione Monaſterij S.Andreæ.c.94.De Anaſtaſio Epiſcopo depoſito & eius Diacono,in quo cap.docet nihil eſſe admittendum, quod ſit contra Eccleſ.regulam diſcipl. cap.95. De ſacris ordinibus per venalitatem non dandis,& de Simoniaca hæreſi condemnata.c.96.Epiſcopis Galliarũ præficit ſuo more Virgilium vt viſitet & diſciplinã exerceat.ca.97. De rebus multis corrigendis in regno Childeberti regis Francorum.c.99.Gregorius Ioanni Epiſcopo Corinthiorum . Quomodo gregẽ Dei gubernare debeat.c.100.Nullum per præmium ordinandum.lib.5.epiſt.cap.103. ad Maximianum præſumptorem Eccleſiæ Salonitanæ. Quod per ſimoniacam hæreſin ordinatus eſt.c.107.Quid ſit in templo Dei columbas vendere.ca.3 De cura Paſtorali. cap.115.116.& 117. De Ioanne Epiſcopo iniuſtè damnato recipiendo. cap.121. De eligendis talibus, qui venerandis Canonibus non reſpuantur.cap.123.De emendando Pygmenio Epiſcopo ob non reſidentiam cap.128. De importuni-

tate

tate clericorum in monasterio compescenda. ca. 129. Marianus Episcopus increpatur. ca. 130. De excommunicato quodã famosi libelli sparsore. in fine ait seruandum disciplinæ moderamen. c. 136. causa Petri Episcopi secundum regulas Ecclesiæ iudicanda & seruandum, quod iustũ & canonicũ fuerit & rectitudinis vigor implẽdus. c 139. Georgium commendat, si emendare se voluerit. c. 144. Ad Bonum Abbatẽ, de Monasterio eius in melius transmutando. ca. 148. De communicantibus cum excommunicato. c. 156. Vt sit sollicitus circa congregationẽ sibi commissam. li. 6. c. 174. De Præposito ordinando & cura Monasterij. c. 180. De Visitatione Ecclesiæ Terracinensis. c. 181. De non communicãdo cum Maximo præuaricatore. c. 182. De absolutione eius. ca. 200. De contentionibus Monasteriorum terminandis. c. 196. Ne Monachi contra Abbates ab Episcopis defendantur, sed vt iugo disciplinæ subijciantur. cap. 204. De submouendo clericorum dominio in monasterijs. Liber 7. epistol. ca. 5. De sacris ordinibus præmio non concedendis. c. 7. De Petro Acolytho fugitiuo. Canonũ statuta & vigor disciplinæ intelligendus. c. 12. De pœnitentia Sabiniani Episcopi. c. 15. De contentione paræciarum in euersionem disciplinæ tendẽte. c. 25. De cõtumacia & excommunicatione Maximi & de alijs disciplinæ causis. c. 27. De clericis sacra vasa vendẽtibus. c. 28. De præsumptione clericorum Cathinensium. in fine cap. est γνωμὴ elegans. Si negligenter ea, quæ malè vsurpãtur, omittimus, excessus viam alijs aperimus. ca. 31. & 33. De oppressione monachorũ. in his quæ ad rectitudi-

nem disciplinæ pertinent solliciti esse debemus, vtroq; cap.c.23.Indictione 2.temperanda interdū est censura districtionis, vbi misericordiæ respectus inuitat,c.25 Visitationē Messenatensis Ecclesiæ iniungit.c.32.Flagellat Deus omnem filiū quē recipit c.36 De monachis ab Episcopo Spoletano nō defensis. Cùm sit disc.propriū ab illicitis prohibere,& excessus culpas salubriter resecare,studiosè eius seruanda censura est.Nam si negligitur cuncta in confusionē veniunt,dum alter destruit, quicquid ea custodiendo alter ædificat.&c.ca.36. Vigor disciplinæ non debet frangi,nec indiscreta præsumptione dissolui.c.39. Vt Episcopi cum mulieribus non habitent c.47. De Vigili disc.Prælatorum.c.48. De monasterio in melius transmutādo.c.53. De sacerdotali officio post lapsum,si pœnitentia sequuta fuerit,in pristinum gradū restituendo. c.61. De Episcoporum causis magna cum diligentia perscrutandis.c.64. De Episcopo Constantinopolitano, de crimine accusato & puniendo.c.65. Quod præsidium defensionis non præstet clericis ab Episcopis suis punitis pro eorum excessibus.ca.66. De clericis suo Episcopo non obedientibus.& alijs multis.c.73 Episcopo Panormitano Ecclesiæ Terracinensis Visitationem cōmittit.c.79. De Maximo excommunicato quid agendum sit.c.80. Post pœnitentiam consolatoriam iubet dare Maximo epist.c.87. De Visitatione Cadimensis Ecclesiæ.c.89. Visitat.iniungit Ausinæ ciuitatis.c.95.94. De zelo discipl.laudato.cap. 107. Ne milites in Monasterio virginū hospitentur. c.110. Ne Episcopi cum mulieribus maneāt, & de simoniaca hæresi, & quod Neophytus non ordinetur,

c.113

c.113.De laicis ad Episcopatū non admittendis,de Simoniaca hęresi, de Synhodo. De ijsdem ca. seq. 114.c.115. De Priuilegio Monasterij Arelat.c.117.de duobus Episcopis malè viuentibus.c.119. de corrigendis quibusdam in Episcopo Vrsicino Tauritanæciuitatis.l.8 c.9.de Sanctimoniali de monasterio egressa,& marito sociata.ca.12 de infractione Monast.S.Angeli. ca.16. De malis hominibus discordiā seminantibus.Si quando seueritatē excessus qualitas exigit,agendum est zelo rectitudinis, vt culpam vltio corrigat, & correctis post gratia nō negetur.c.21.Quod Monachi Monasterij S.Viti tam nequiter viuant, vt mulieribus se cōiungere sine metu audeant.de ijsdem Monachis cap. 22.de Mauritio monacho cum alijs fuga elapso.lib.9.c. 32.de non defendendis Clericis contra Episcopos c.39.de his qui asserunt post pœnitentiā triennio factam licentiam esse peccandi,quos omnes anathematizat.ca.40.de cura past. & simon.hæresi.c. 41.Propter infirmitatem nemo deponendus.c.50. de cura past. & Synhodo congreganda.c.51. de Simoniaca hæresi,& de eadem eradicanda.ca.53.54. 55.& 64.de Hilario criminatore Ioannis non puniti:c.69.de peruersitate Andreæ monachi. li.10. c.1.de exhortatione past.ca.14. Oportunum de Aprutio cōtristari nō debere de admonitiōe Greg. facto.c.12.de peculiaritate à Monast. funditus exstirpanda.c.32.de peruersitate Rhegensis Episcopi ordines Simoniacè conferentis.de eod.c.33.& 34. de Paulo Dyaclinæ ciuitatis Episc. lapso in furtum corrigēdo.c.36.de facinore Pauli Diodatini corrigendo. c.36.de Clement. Episc. corrigendo.

Rectitudinis & Dei timoris est, si qua correctione indigent, nulla dissimulatione postponere, ne totum quod absit corpus incipiat morbus inuadere, si languor non fuerit curatus in capite. cap. 47. Contra indisciplinata, quæ committuntur à visuratoribus in Sicilia. li. 11. c. 7. Vt propter infirmitatem Episcopus non deponatur nisi petierit. c. 27. & 200. De negligentia Palumbi Episcopi caligandа. ca. 29. De desidia Paschasij Episcopi incepanda. c. 30. De facinoribus Benenati Messenat. Episcopi emendandis. de eodem c. 31. & 33. De negligentia & desidia Episcoporum Campaniæ. c. 34. De Cosmæ benignitate erga subiectos. c. 41. De sacerdotibus Nursiæ cum mulieribus cohabitantibus. c. 46. De Simoniaca hæresi exstirpanda. ca. 50. Multa de disciplina Episc. ca. 51. De consiliarijs Ianuarij Episcopi excõmunicatis. c. 52. De Monachis Capreæ insulæ corrigendis. Vbi Canonicã districtionem culparũ cõtra se qualitas exigit, postponere quæ corrigenda sunt, non debemus, ne dissimulatione vires dare prauis actibus, quos falcẽ disc. nos resecare conuenit, videantur. c. 53. Exemplum iniustæ & violentæ disc. de eod. c. 54. l. 5. epi. ca. 103. quoties contra Eccles. quid gestum dicitur disciplina. ne nos ante Deum culpa ex dissimulatione redarguat, irrequisitum hoc relinquere nõ debemus. l. 12. c. 1. De fortunato Abbate iniustè depositо. c. 5. De milite, qui Dei ancillã de Monasterio eripuit. c. 11. De Maximi inquisitione. Si secularibus officijs ordo suus, & tradita à maiorib. disciplina seruatur, quis ferat Ecclesiasticos ordines temeraria præsumptione confundi, audita negligere & eme-

& emendanda non bene remittendo postponere? cap. 13. De persequendo & corrigendo quodam graui maleficio, ca. 20. De Monachis fugitiuis restituendis. cap. 26. De Eusebio Abbate refouendo & post excommunicationem & infirmitate leniori ac mitiori Disciplina tractando, quia ipsa ægritudinis afflictio, ei sufficiebat pro flagello. Quem enim diuina disciplina conterit, ei humana flagella addi superfluum fuit. ca. 31. De Synhodo congreganda & de non detrahendo Episcopis. Idem B. Gregorius. lib. 1. Expositionum in 1. Reg. c. 4. Rector peccantem subditum nisi correptum honorare debet, subiectus autem ne tunc quidem Prælatum despicere, cùm se iustum & illum agnouerit peccatorem, quia æternus iudex subditorum iudicium sanctæ Ecclesiæ rectoribus tribuit, sed eosdem rectores discutiendos, suo examini reseruauit. li. 4. Expositionum cap. 1. in ca. 8. libr. 1. Regum profectò ostendit, quia in persona electi præsulis, ipse in suis subiectis præemineat, & cùm ad spiritale culmen electorum carnalis rector assumitur, ipse abijci videtur, cuius præcepta dissipantur. Omnipotens Deus etiam tunc magnæ misericordiæ dona tribuit, cùm vindictam irrogat: quia dum reprobos punit sanctos erudit, vt vnde illi deficiunt, isti in suis profectibus adiuuentur. Cum à carnalibus subiectio quæritur profectò quicquid præcipitur, etsi non sit difficile, quia cùm ex superbiæ tumore habeant, vt proprię voluntatis arbitrium sequantur, quicquid eorum deliberationi obuiat, grauissimum penlant, sed habent corda carnalium temeritatę

ex incremento audaciæ habent duritiam ex simulationis ratione. Ex temeritatè quidem facilè agenda deliberant, sed quia quod malè proponũt, non intelligunt, meliorum consilijs adiuuari non possunt. Nos antiqua tempora reprehendimus, qui nostra videre non curamus. Quæ nimirum tempora, quo senescente mundo vetustiora sunt, eò & in pluribus per temporis ac negligentiæ vitium remissiora. Tanto enim audacius nũc mala proponimus, quanto iam nunc cum robusta iuuentute seculi, robur exaruit humanæ conditionis, tantò difficilius quod male propositum est, reuocamus, quanto ex laxato vigore spiritus, mens nostra carnalis efficitur. Ita enim sunt humani lapsus, vt quod in spirituali virtute deficit, in carnali vita roboretur, nos contra voluntatem Dei, contra prælationem sanctæ Ecclesiæ consilium agenda proponere non timemus. In malo quoque proposito reprehensi resistimus, & salubria maiorum consilia insuperabili malo peruicaciæ vincere conamur: videmus quanti mali incrementum sit pœnales laqueos mortis incurrentes cernere, & eisdem laqueis irretiri nequaquam metuere, & libro quarto. Expositionum in 1. Reg. cap. 9. hic capite 2. Carnalis præpositi agri mentes sunt subditorum: aratores verò horum agrorum sunt, qui arte secularis ingenij, eis suadent acta prauitatis. Velut enim agrorum solidi tatem loquendo aperiunt qui per reproba consilia simplicium corda corrumpunt. Cùm mali præsunt difficile valdè est, vt qui eis subijcitur nulla religionis damna patiatur. Aliorum nan-

que

que mentes omninò perennt, sed ij, quos peruertere penitus nequeunt, dum eorum & verba & opera incessanter mala conspiciunt, qualicunq; sorde maculantur. Sub pastore reprobo etiam electorum bona integra non sunt. hypocritæ auditores malorum præpositorum, per omne quod de virtutibus se habere simulant in se reproborũ præpositorum impositum iugum portant. Dum Prælatus carnalis præponitur, non modo vestris sed etiam vobismetipsis virtutum prædæ inferuntur. Greges enim electorum sunt turbæ virtutum spiritualium. Quia verò & ipsæ virtutes spirituales exemplo prauorum dissipantur, rex tollit decimas gregis, quando is qui carnaliter præeminet, in sanctorum cordibus aliquas virtutes perimit. Malorum Prælatorum exemplo paulatim decidetis sed cadendo agitis, vt ab eorum imitatione nunquam recedatis. scriptum quippè est 2. Petri 2. A quo quis vincitur, eius seruus efficitur. Quia enim per imitationem, Pastoris reprobi, in peccati seruitutem incidunt, etiam ab eius iugo quando volunt, solui non possunt. ca. 3. lib. 6. expositionum in cap. 9. lib. 1. Reg. Durus est, quia dũ superbo corde corporalia agit, eius mentem gratia sancti spiritus non emollit. Et sæpe qui talium mores imitantur, Dei iudicio rectores fiunt. capite quarto, libro quarto expositionum in capite nono, libro 1. Regum. Senuit Samuel quia vigor auctoritatis emarcuit. Senes sunt & prophetant, qui sic per negligentiam resoluuntur, vt bene doceant & male viuant. Prælati sublimiter ideo debent viuere, vt vtiliter vale-

valeant prædicare, vt vitæ propositum semper ad superna dirigant, vt de labore prædicationis temporalia præmia non requirant, vt personas in iudicio non accipiant, sed iusta æquitatis lance cuncta disponant quatenus viarum Dei difficultates audiant, & an velint subire earum labores discant. Sed tamen cùm sacerdotes malè viuunt, à laicis iudicandi non sunt, &c. vide plura de bonis & malis Prælatis, hoc cap. 4. & 5. seq. in 4. lib. expositionum in 1. Reg. ca. 8. 9. 10. rursus li. 6. expositionum Gregorij in cap. 16. 1. lib. Reg. ca. 3. Magnus est affectus sanctorum etiam cùm austeritatem vindictæ exterius proferunt. Nam foris sęuiunt, sed intus per amorẽ liquescunt. More matrum paruulos verberant, sed per affectum gemunt, cùm paruulis quos castigant. Sæpe Doctor de prædicatione subditi vehementer affligitur, sed respectu summæ iustitiæ consolatur, in Collectaneis Paterij ex Gregorio. in cap. 2. Canticorum. Vnum verum est pro quo vitari societas debet malorum, ne si fortè corrigi non valent ad imitationem sui & alios trahant, & cùm ipsa sua malicia non mutantur, eos, qui sibi coniuncti fuerant, peruertãt. Vnde Paulus ait Corrumpunt bonos mores colloquia praua. libr. 4. cap. 4. in 1. Reg. cap. 10. Qui in culmine ponitur sacramenta suscipit vnctionis. quia verò ipsa vnctio sacramentum est, is, qui promouetur bene foris vngitur, si intus virtute sacramenti roboretur. Quia verò vulnera per oleum curantur, hoc profectò insinuat, quod detergenda sunt vulnera peccatoris. Vngatur ergo caput regis, quia spirituali gra-

tia

tia mens est replenda Doctoris. Gregorius homilia 34. Euangeliorum. Iusti rectè peccatoribus indignãtur, sed aliud est quod agitur typo superbiæ, aliud quod zelo disciplinæ. Indignantur enim, sed non indignantes desperant, non desperantes persequutionem mouent sed amãtes, quia etsi foris increpationes per Disciplinam exaggerant, intus tamen dulcedinem per charitatem seruant. Gregorius Prefatione in Iobcap. decimo tertio. Quod hæretici argui debent, licet pro ijs offerre non liceat. Quod sancti quasi stellæ noctem præsentis vitæ illuminent, cap. 10. Præfationis. lib. 3. Moralium in Iob. cap. 22. Quod moraliter testa saniem radimus, cùm culpam à voluntate & actione mundamus. libr. 4. Moralium in Iob. ca. 19. Quod carnalis delectationis diem tenebræ fletuum & pœnitentiæ lamenta & recordatio mortis obscurent, & cap. 22. lib. 4. Quod à venturo non vltra nobis obijciatur, quod hic in nobis flendo insequuti sumus. lib. 5. Moralium. c. 6. Quod occulto Dei iudicio nonnulli sancti, qui in hoc mundo mortificare se appetunt præesse in regimine vel occupari iniunctis honoribus compelluntur, & vnde locupletiores fiunt, se destructiores existimant. lib. 5. cap. 4. Quod fletu suo anima pascitur, & dum gemitu pœnitentiæ afficitur, consolationis diuinæ refectione satiatur. li. 5. cap. 5. Quod hi, qui in regimine constituti sunt, debent districtè cogitare, vt gloriam dignitatis suæ dissimulent, & quod non omnia eis liceant, ergo ad loquendum aut iudicandum præcipites, intra semetipsos, quantum possunt, à cupiditatis tumul-

tumultibus ad contemplationis quietem confugiant. libro 5. cap. 14. in 4. cap. Iob. Quare Deus in hoc mundo quorundam mala districtè percurit, aliorum inulta permittit. libr. 5. cap. 25. in 4. cap. Iob. Cur Leuitarum pili iussi sunt radi, & none uelli libro septimo, capite decimo quarto. Peccatum vnum ex altero nascitur. cap. 16 Peccati consuetudine mens excœcatur, cap. 17. alterius damno correpti firmiter in Deum proficere. cap. vigesimo quarto. Quod mundus debet esse à vitijs qui aliorum culpas redarguit. libro nono, capite 43. Qui negligimus præcepta, confundimur per exempla sanctorum tanquam testes. libro 14. ca. 10. Quod prius mundandi sunt hi, per quos aliorum peccata mundantur. libro 15. cap. 16. Inuentores flagitiorum grauius puniendi. libro 20. ca. vigesimo nono. Quod sancti in Apostasia reproborum tabescunt & dènigrantur, dum zeli sui ardore torquentur. libro vigesimo primo. cap. 10. De modo acquirendæ humilitatis in Prælatis, li. 22. cap. 6. De bonis exemplis Prælatorum. hæc ex Gregorio verè Magno strictim annotasse sufficiat, quæ si omnia sigillatim describantur iusti libri magnitudinem implebunt. Venio nunc ad Leonem re & nomine Magnum is sermone 5. de Natiuitate Domini. Domini nostri Iesu operatio imitationis exemplo nobis vtilia sunt, si in Disciplinam ipsa remedia transferantur, quodque est impensum mysterijs, prosit & moribus in epistola secunda ad Episcopos per Italiam. Aliter nobis commissos regere non possumus, nisi hos, qui sunt perditores & perditi, zelo fidei Dominicæ per-

cap. 17.

persequamur, & à sanis mentibus, ne pestis hæc latius diuulgetur, seueritate qua possumus, abscindamus. alias ante Dei tribunal de reatu negligentiæ non poterimus nos excusare, epistola 3. ad Ianuarium Episcopum. Non dubitet tua dilectio, nos si (quod non arbitramur) neglecta fuerint, quæ pro custodia canonum & fidei integritate decernimus, vehementius commouendos, quia inferiorum ordinum culpæ, ad nullos magis referendæ sunt, quam ad desides negligentesque rectores, qui multam sæpe nutriunt pestilentiam, dum necessariam negligunt adhibere medicinam in epistola quinta ad Dorum Beneuentanũ Episcopum. Dolemus te commisisse, quę omnem Ecclesiasticæ sanctionis regulã culpabili nouitate fœdarent, cùm plenissimè noueris quanta sollicitudine per omnes Domini Ecclesias paternorum velimus canonum præcepta seruari, & hanc maximè curam ad sacerdotes vniuersarum plebium pertinere, vt sanctarum constitutionum regulæ nullis corrumpantur excessibus. in eadem Epistola. Disciplinæ remedio Ecclesiæ curandæ & sine dissimulatione exequutioni mandanda. epistola 8. ad Flauianum. Perfectæ Disciplinæ est paratum esse ad corrigendum, si quid in se inuentũ fuerit, quod reprehensione sit dignum. in epist. Flauiani Episcopi ad Leonẽ reprehenduntur, qui præcepta & disciplinas Patrum vituperant & eorum statuta despiciunt. c. 1. & 2. eius epistolæ. in alia epistola Flauiani ad Leonem folio 31. in editione Louanienſi, Anno 1575. Eutyches dicitur passus Canonicam damnationem. in epistola 11

Leo-

Leonis Papæ ad Pulcheriam Augustã. Eutyches, dum videret insipientiæ suæ sensum Catholicis auribus displicere, reuocare se à sua opinione debuerat, nec ità Ecclesiæ præsules commouere, vt damnationis sententiam mereretur accipere: quam vtique si in sua sententia voluerit permanere, nullus poterit relaxare. Sedis enim Apostolicæ moderatio hanc temperantiam obseruat, vt & seuerius agat cum obduratis, & veniam cupiat præstare correctis. Malorum in Ecclesia non est negligenda curatio, vt nec ipsorum nos contristet amissio, repetuntur eadem in epistola 18. Leonis ad Pulcheriam Augustam, infrà in epistola 20. Leonis ad Pulcheriam. Quia verò tam valida & clara sunt testimonia veritatis, ad curandam imperitorum insaniam, etiam patiétiæ volumus adhibere medicinam, vt paternas increpationes hi, qui in carne senectutis suæ sunt paruuli discant obedire maioribus. Ac si deposita imperitiæ suæ vanitate resipiscant, omniq́ue errore damnato fidem veram suscipiant, eisdem misericordiæ Episcopalis beneuolentiæ non negetur, manserò iudicio, quod præcessit, si impietas meritò condemnata, in sua prauitate perstiterit epistola 25. ad Theodosium Augustum. Dum religio & Disciplina dissipantur Dei ira in nos prouocatur. epistola 26. Leonis ad Pulcheriam Augustam. Id quod factum est sine consideratione iustitiæ, & contra omnem Canonum Disciplinam ratũ haberi nulla ratio permittit. epistola 33. Vt PP. scripta Nestorianum errorem destruxerũt, sic & Eutychetis malè repullulantem errorem rescindet.

epistо-

epistola 34. Leonis ad Archimãdritas varios. Prauitas nisi amputetur in principijs processu temporis pernicioſior fit & latior. Vt impietas, quæ cœcis ausibus in exitialia abrupta processit, simplices quosque decipiendi vlterius non habeat potestatem, aptiore medicina per correctionis remedia subueniendum. epistola 35. ad Pulcheriam. Correctione adhibita omnes oportet in vnius confessionis redire concordiam. Concilium ergo sacerdotum haberi intra Italiam clementia vestra annuente iubeatur, quò remota arte fallendi, tandem pateat, quid altiore tractatu aut coerceri debeat aut sanari. Epistol. 39 ad Pulcheriam Augustam. Quæ malè acta corrigenda & propria subscriptione damnanda, vt sic participata nostrorum (quos misimus) cura cum supradicto episcopo, pacis gratia tribuatur: quia vtrunque deuotionis est Christianæ, vt pertinaces iusta veritas coerceat, & conuersos charitas non repellat. epistola 44. ad Martianum. Multi de his qui apud Ephesum Dioscori factione compulsi detestabilibus statutis præbuere consensum, pœnitendo inconstantiæ suæ veniam postulant, & communionem Catholicam per satisfactionem correctionis expetunt, non est talium negligenda conuersio. epistola 45. ad Pulcheriam. Secundum regulas Ecclesiasticas multa sunt, quæ indulgentius sunt curanda, multa, quæ iustius coercenda vt in causa tantæ perturbationis, nec sit districtio nimis aspera, nec remissio parum cauta, cùm aliud satisfacientibus, aliud pertinacibus debeatur. epistola 46. ad Anatolium Constantinopol.

Episcopum. Cuncta ea sunt agenda moderatione vt nec beneuolentiæ partes, nec iustitiæ negligantur, & absque personarum acceptione diuinum iudicium vbiq; cogitetur. epistola 47. ad Synhodum Chalcedonensem. superat culpas delinquentium misericordia Dei, atque ideo suspenditur vltio, vt possit locum habere correctio; amplectendum est consilium Principis quo vos ad reformandam Ecclesiasticam pacem voluit conuenire. in eadem vulneribus his primitus adhibeatur medicina iustitiæ. epistola 49. ad Martianum Augustum. Si quid est morborum si quid vulnerum, quod syncera possit correctione curari, vt ad veram sanitatem reuocetur, optamus. epistola 51. ad Pulcheriam. Veruntamen quia tales sibi maximè in iniquitate nocuerunt, & maioribus vulneribus est diligentior adhibenda medicina, nullis vnquam epistolis definiui etiam talibus si resipiscerent, veniam denegandam. Et quamuis incomparabiliter inimicissimam Christiasinę religioni hæresin detestemur, ipsos tamen, corrigantur, & digna se satisfactione purificent, ab ineffabili misericordia Dei non iudicamus alienos, sed potius cum gementibus gemimus, & sic vtimur remedio charitatis. in epistola Eusebij Mediolanen. ad Leonem. Contumacia nouis purgationibus prostrata succumbet. eiusdem Eusebij epistola 53. corrigendis tua prosit industria. nihil contra sanctorum canonum constituta agendum, sacratissimæ Nicœnorum Canonum constitutiones non infringendæ? Nicœnorum canonum conditio in nulla parte sit solubilis, impia

nimis & praua sunt, quæ sacratissimis canonib. inueniuntur esse contraria. Nicæni Patres mansuras in finem mundi leges Ecclesiasticorum canonum condiderunt, & apud nos & in toto terrarum orbe in suis constitutionibus viuunt. bis laudat paternæ constitutionis ordinem & paternos canones. epistola 54. ad Martianum Augustum, salubrem vocat correctionem, cum hæretici transeunt ad Catholicam religionẽ. Quæ perturbationes fuerunt excitatæ, contra reuerentiã canonum paternorum, cõtra SS. instituta, contra antiquitatis exẽpla adhibitis remedijs leniuimus prouidendũ mihi ne paternarum regulæ sanctionũ violentur. Anatolij nocituram ipsi cupiditatem comprimatis. Abstineat ab Ecclesiasticarum iniuria reg. & illicitos declinet excessus ne se ab vniuersali Ecclesia abscindat. Epistola 56. Leonis ad Iulianum. Vtinam hæc, quę perperi nos dominus voluit aut permisit & ad correctionem proficiant multorum, & vt desinant aduersitates finiantur offensæ. Quod vtrumque de Dei magna erit misericordia, si & flagella remoueat, & ad se suorum corda conuertat. Videat charitas tua, diligentia sua, vt vniuersa scandala, adhibita plenissima correctione resecentur. De Palæstinis monachis cupio plenius edoceri, vt eorum correctioni studere possim. Epistola 57. ad Martianum Augustum. Cùm sit potestatis vestræ scandala etiam in longinquum nata resecare, multò magis ea, quæ sub vestris audent oculis surgere, non sinatis accrescere. tota epistola continet correctionem Disciplinalem epistola 58. ad Pulche-

riam. Magna satisfactione possunt hæretici Indulgentiam promereri per pudendam socordiã & dolosam nequitiam nutritur in Ecclesia magnum periculum. A legatis Pontificis exequenda in custodia fidei & in Ecclesiasticis Disciplinis per omnia sollicitudo.epistola 59.ad Martianum Augustum.Obseruantia & custodia paternorum canonum laudanda. Epistola sexta ad Pulcheriam Augustam.gratias agit,quod ad suam insãtiam insanam imperitiam Monachorum dignatus sit parcendo plectere & docendo punire.epistola 61.& 62.ad Martianum. Tanta est apud me Nicænorum canonũ reuerentia, vt ea, quæ sunt à sanctis Patribus constituta,nec patiar, nec permiserim aliqua nouitate violari. epistola 62.ad Maximum Antiochenum Episcopum Vniuersã pacis tranquillitas non aliter poterit custodiri, nisi sua Canonibus reuerentia intemerata seruetur.epistola 63.ad Theodoricum Episcopum Cyriacum. Minus bonum videri solet, pax continuata per otium,quam reddita post laborem.Fõte doctrinæ alios submergimus,alios purgamus, epistola septuagesima prima. ad Anatolium Episcopum. nihil tentandum in iniuriam Canonum. Post correctionem in obliuionem deducendum quod reprehensioni obnoxium videtur,& venia est præstanda correctis. Quos par reatus inuoluit,si veniam simili professione cum satisfactione deposcunt,suis ordinibus reformentur, his tantum ad officiorum primatum admissis, quos ab omni errore liberos fuisse cõstiterit.Sufficiant limites,quos sanctorum Patrum prouidẽtissima

tissima decreta posuerunt. epistola septuagesima secunda, ad Iuuenalem Episcopum. Nullus deprauatorum a remedio correctionis arcendus. gaudeo te cœlestem expetisse medicinam, quia in tempore indulgentiæ resipiscentiam magis quam pertinaciam delegisti. epistola 75. ad Leonem Augustum. Rebellibus ac pertinacibus ab Ecclesiæ vnitate reiectis, nulli correcto venia neganda. Neglecta Disciplina puritatem Ecclesiæ pestilenter obscurat. In deturbandis hæreticis frater meus Anatolius cùm nimis benignè parcit, segnior inuenitur, dignemini pro fide vestra istam etiam Ecclesiæ præstare medicinam, vt tales non solum ab ordine clericatus, sed etiam ab vrbis habitatione pellantur. epistola septuagesima sexta, ad Anatolium Episcopum Constantinopolitanum. Displicet mihi quod inter dilectionis tuę clericos quidam esse dicuntur, qui aduersariorum conniueant prauitati, & vasa iræ vasis misericordiæ misceantur. Quibus seueritate congrua coercendis debet tua diligentia vigilanter insistere, ita vt his, quibus prodesse non potuerit correctio, non parcat abscissio. Oportet enim nos Euangelici meminisse mandati, quod ab ipsa veritate præcipitur, vt si nos oculus, aut pes aut dextera scandalizauerit, manus à compage corporis auferatur, quia melius sit his in Ecclesia carere membris, quam cum ipsis in æterna ire supplicia. Nam superfluè extra Ecclesiam positis resistimus, si ab his, qui sunt intus, in eis, quos decipiunt, vulneramur. Abijcienda prorsus hæc pestifera à sacerdotali vigore patientia est,

quæ sibimet aliorum peccatis parcendo non parcit.

Sicut Heli, quondam sacerdos filiorum suorum delicta tolerando, cum ipsis diuinæ iustitiæ sententiam meruit experiri: quia segni indulgentia dissimulauit plectere peccatores epistola septuagesima septima, ad Anatolium episcopum. quod si in eadem prauitate perdurans præceptis salubribus parere noluerit, sententiam Synhodi Chalcedonensis, cuius definitionibus relultat, excipiat. epistola septuagesima nona. ad Nicetam Episcopum Aquilientem. Pro inspectione temporalium necessitatum adhibenda est curatio, vt vulnera, quæ hostilitatis aduersitate illata sunt, religionis maximè ratione sanentur. c. sexto, eius epistolæ. His, qui ad iterandum baptisma metu coacti sunt ea custodienda est moderatio, qua in societatem nostram, non nisi per pœnitentiæ remedium, & per impositionem Episcopalis manus, communionis recipiant vnitatem temporis pœnitudinis habita moderatione, tuo constituenda iudicio, prout conuersorum animos perspexeris esse deuotos, pariter etiam habens senilis ætatis intuitum & periculorum quorumcunque aut ægritudinis respiciens necessitates, in quibus si quis ita grauiter vrgeatur, vt dum adhuc pœnitet, de salute ipsius desperetur, oportet ei sacerdotalem sollicitudinem communionis gratia subuenire. epistola octaua ad Episcopos per Campaniam Præsumptio contra Apostolicam regulam commissa de pœniten-

tia

tia videlicet, quæ ita à fidelibus postulatur, remouenda est, ne de singulorum peccatorum genere libellis professio scripta publicè recitetur, cùm reatus conscientiarum sufficiat solis sacerdotibus iudicari confessione secreta quamuis enim plenitudo fidei videatur esse laudabilis, quæ propter Dei timorem apud homines erubescere non veretur: tamen quia non omnium huiusmodi sunt peccata, vt ea quæ pœnitentiam poscunt, non timeant publicare, remoueatur eiusmodi improbabilis consuetudo, ne multi à pœnitentiæ remedijs arceantur, dum aut erubescũt, aut metuunt inimicis suis sua facta referari, quibus possint legum constitutione percelli. Sufficit enim illa confessio, quæ primùm Deo offertur, tunc etiam sacerdoti, qui pro delictis pœnitentium precator accedit. Tunc enim demùm plures poterunt ad pœnitentiam prouocari, si populi auribus non publicetur conscientia confitentis. epistola octuagesima secunda de Disciplina Imperiali, qua inquieti reuocentur, & sacerdotali, qua malis resistatur. epistola octuagesima quarta, ad Anastasium Thessal. Episcopum. cap. 1. Etsi plerunque existant inter negligentes vel desides fratres, quæ oporteat maiore austeritate curari, sic tamen est adhibenda correctio, vt semper sit salua dilectio. Vnde & B. Paulus Apostolus ad Ecclesiasticum regimen Timotheũ imbuens dicit 5. Timoth. quinto, capite Seniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem, iuuenes vt fratres, anus vt matres, iuuenculas vt sorores in omni castitate. Quæ moderatio si quibuscun-

buſcunque inferioribus membris ex Apoſtolica inſtitutione debetur, quanto magis fratribus & Cœpiſcopis noſtris ſine offenſione eſt reddenda? Et licet nonnunquam accidant, quæ in ſacerdotalibus ſint reprehendenda perſonis, plus tamen erga corrigenda agat beneuolentia, quam ſeueritas: plus cohortatio, quam commotio, plus charitas, quam poteſtas. Sed hi, qui quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti. Philipp. ſecundo, cap. facile ab hoc lege diſcernuntur, & dum dominari magis quam conſulere ſubditis, quærunt, placet honor, inflat ſuperbia, & quod prouiſum eſt ad concordiam, tendit ad noxam. Apoſtolica exſpectanda cenſura. capite tertio. Sacerdotum tam eſt excellens electio, vt hæc, quæ in cæteris Eccleſiæ membris non vocantur ad culpam in illis tantum habeantur illicita. epiſtola octuageſima quinta, ad Septimium Altimum Epiſcopum. Nemo de Pelagianorum & Cœleſtianorum conſortio veniens in Communione Catholica ſine profeſſione legitimæ ſatisfactionis habeatur.

Saluberrimum enim eſt & ſpiriralis medicinæ vtilitate pleniſſimum, vt omnis ordinis clerici, qui ſe correctos videri volunt errorem ſuum & ipſius erroris auctores damnari à ſe ſine ambiguitate fateantur, vt ſenſibus prauis & dudum peremptis nulla ſperandi, ſuperſit occaſione vllum membrum Eccleſiæ talium poſſit ſocietate violari, cùm per omnia illis profeſſio propria cœperit obuiare. Circa quos etiam illâ Canonum conſtitutionem præcipimus cuſtodiri,

ne ab

ne ab his Ecclesijs, ad quas propriè pertinent, sinantur abscedere, & pro suo arbitrio ad loca non sibi deputata transire. Quod cùm rectè non permittitur inculpatis, multò minus debet licere suspectis. epist.86. ad Nicetam. Clerici reuersi à Pelagianis ad veram correctionem, quæ & ipsis prodesse, & nemini possit nocere, cogũtur. ex eadem epistola colligimus, Leonem Pontificem Ecclesiasticam disciplinam per partes sic distribuere, vt canones diuersos de rebus & materijs diuersis, diuersas partes Ecclesiasticæ disciplinæ appellitet. epist.87. ad Episc. Africanos. Integritas præsidentium, salus subditorum est, & vbi est incolumitas obedientiæ, ibi sana est forma doctrinæ. Principatus autem, quem aut seditio extorsit, aut ambitus occupauit, etiamsi moribus & actibus non offendit, ipsius tamen sui initio pernicioſus exemplo. Et difficile est vt bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio. quod si in quibuslibet Ecclesiæ gradibus prouidenter scienterque curandum est, vt in domo domini nihil sit inordinatum, nihilque præposterum, quanto magis elaborandum est, vt in eius electione, qui supra omnes gradus constituitur, non erretur? Nã totius familiæ Domini status & ordo nutabit, si quod requiritur in corpore, non inueniatur in capite.

Omnis gradus militiæ Christianæ de incremẽtis profectuum debet æstimari, an possint igitur cuiquam maiora committi? Meritò sanctorum Patrum venerabiles sanctiones, cùm de sacerd. electione loquerentur, eos demum idoneos sacris

administrationibus censuerunt, quorum omnis ætas à puerilibus exordijs vsque ad prouectiores annos per disciplinæ Ecclesiasticæ stipendia cucurrisset, vt vnicuique testimonium prior vita præberet. in hac re nullo modo Apostolica & Canonica decreta violanda. c. 2. eius epistolæ prouidentissima Canonum decreta non violanda, & c. 1. eiusdem epistolæ. apertissimè exigunt causæ, vt Ecclesiæ, in quibus illa sunt commissa, iudicio seueriore purgentur, & non modo in tales præsules, sed etiam eorum ordinatores vltio competés proferatur. epist. 92. ad Rusticum Narbonensem Episcopum. ca. 12. Qui relicta voti monastici professione, ad militiam vel ad nuptias deuolutus est, publicæ pœnitentiæ satisfactione purgandus est. epist. 96. ad Episcopos intra Thraciam constitutos.

Nobis visum est, vt hanc & sacræ legis & nostri ordinis contumeliam, & ad præsens vlciscretur plena districtio, & obseruandam formulam constitueret in futurum. Censemus itaque, vt quicunque prætermisso sacerdote Ecclesię suæ ad disceptationem venerit, secularium sacris liminibus expulsus, à cælesti arceatur altario, neque vllus post hãc definitionem, quicquam sibi vltra præscriptum vindicare nitatur, & ita fiet, vt hi, qui ante errauere, congrua emendatione se corrigãt, & qui sub obseruatione clericali cælesti probatur seruire officio, ex clero abijciendum, si prętermisso sacerdotum iudicio, secularem adierit potestatem ex epistola Ceretij, Salonij & Veranij Episcoporum Gallorum ad Leonem. Remediorum

rum vestrorum beneficia ante malorum experimenta cognouimus. Scientes nanque pene sera esse remedia, quæ adactis iam vulneribus apponuntur, vt Apostolicis illis munitionibus induamur, prouidæ pietatis vocibus præmoneatis. Agnoscimus sanè Papa amantissimè, qua nos ad interiora pectoris vestri peculiari affectione transmiseritis, quorum incolumitati aliorum curatione succurritis, & dum ex aliorum præcordijs infusa antiqui serpentis venena producitis, quasi in quadam charitatis specula constituti Apostolica illa sollicitudine ac cura conclamatis, ne inopinantibus improuisus hostis adueniat, ne vulneri locum præbeat incauta securitas. epist.102. ad Episcopos Alexandrinæ. Si quos autem cuiuslibet ordinis Christianos impia hæreticorum conturbauere mendacia, ad satisfactionis remedia prouocate, & in spiritu mansuetudinis cum benignitate corripite, quia sicuti ait B. Petrus Apostolus 2 Petr. 3. ca. non tardat Dominus promissum, sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam conuerti. Agendum ergo est, ne difficultas veniæ, curationem faciat tardiorem. cap. 18. Hæc carptim ex doctissimo & eloquentissimo Pōtifice Leone de disciplina colligisse sufficiat. descendo ad Paulum orosium is cap. 5. lib. 1. historiarum contra Paganos. Pentapolitanis bonis malè vtentibus, abundantia rerum causa malorum fuit. ex abundantia enim luxuria, ex luxuria fœdæ libidines adoleuere. tantum de rebus paruis diuinæ indignationis furor accensus est vt propert hoc, quod illi malè vtentes bo-

rebus

nis, fructus miseriarum, aut nutrimenta libidin fecerat, &c. libr. 1. cap. 13. fastus & libido effecerunt mutationem Reipubl. nam consularis potestas in decemuiros translata: lege libros octo Saluiani de iudicio Dei, cap. 19.

TESTIMONIA DE DISCIPLINA *Ecclesiastica ex D. Bernhardo excerpta sparsim.*

EST pudor adducens gloriam, est pudor adducens peccatum.

Vnde cadent vel quo? de latere Domini in profundum inferni.

Hic includitur iustitia in marsupio.

Ecclesia Domini vobis commissa est, vt dicamini pastores, cùm sitis raptores.

Paucos habemus eheu pastores, multos autem exterminatores.

Vtinam sufficerent vobis lac & lana, sititis enim sanguinem.

Quatuor necessaria sunt in his qui in Ecclesia Dei præsunt præ omnibus. 1. vt per ostium intrent. 2. vt in humilitate se contineant. 3. auaritiam declinent. 4. munditiam tam corde quam corpore seruare studeant.

Quid prodest si Canonicè eligantur & non Canonicè viuant.

Non habitet in medio domus meæ qui facit superbiam.

Fratres sic facit Iesus hodie eligens sibi multos diabolos Episcopos.

Malè

Malè viuunt,& ſubiectos malè viuere volunt.

Quid eſt diabolum ad Aquilonem ſedem velle ponere, niſi ſuperbum quempiam & impium ſuper ſuos ſimiles à charitatis calore, vel ſapientiæ luce alienos principatum appetere vel adeptũ tenere.

Epiſcopi huius temporis ſine inæſtimabili gemĩtu dicendum non eſt auaritiam, quomodo declinent.

Archipræsbyter vt impleat ſaccum ſuum, tradit ſanguinem iuſtum, vendit nempè adulteria, fornicationes, homicidia, incœſtus, periuria, ſacrilegia,& vſque ad ſummum implet mãticam ſuam.

Miniſtri Chriſti ſunt, ſed ſeruiunt Antichriſto, honorati incedunt de bonis Domini, cui honorem non deferunt.

Vnde eis eſt hiſtrionicus habitus, meretricius nitor, regius apparatus, plus nitent calcaria quam altaria.

Inteſtina & inſanabilis eſt plaga Eccleſiæ,& ideo in pace amaritudo mea amariſſima.

Filios enutriui & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me.

Spreuerunt & inualuerunt à turpi commercio, à negotio perambulãte in tenebris, à turpi quæſtu, à turpi vita.

Intuere quomodo incedunt nitidi & ornati, circumamicti varietate tanquam ſponſa de thalamo ſuo procedens.

Illis exũberat rerum affluentia, congeries vaſorũ argenteorum & aureorum, menſarum luxuria, veſtium ſplendor, vnde niſi de bonis ſponſæ.

Non

Non pascunt gregem Domini sed mactant & deuorant, Qui deuorant plebem meam vt cibum panis. Comederunt Iacob, & locum eius desolauerunt. Ozeæ 4. c. Peccata populi comedent, quasi dicat peccatorum precia exigunt & pecantibus sollicitudinem non impendunt.

Quem dabis mihi de numero Episcoporum, qui non plus inuigilet subditorum euacuandis marsupijs, quam vitijs exstirpandis.

Non sunt pastores sed traditores.

Successores omnes cupiunt esse imitatores pauci.

Parum est pastoribus nostris, qui non seruãt nos nisi & perdant.

Non parcunt suis qui non parcunt sibi perdentes pariter & pereuntes.

Ego cur verecunder dicere, quod ipsi non verecũdantur facere.

Curritur passim ad sacros ordines & reuerendi quoque ipsis spiritibus Angelicis ministeria homines apprehendunt sine consideratione & sine reuerentia.

In illis ambitio imperat, auaritia regnat, dominatur superbia, luxuria principatus sed & iniquitas.

Bonitatem, disciplinam & scientiam doce me, quæ tria in solis filijs inueniuntur.

Disciplinam habeo in conuersatione, in operatione scientiam, bonitatem in intentione.

Qui per mala exempla seducunt populum, & inducunt in errorem, tanto sunt grauiores hæreticis quanto prævalent opera verbis.

Quis

Quis obsecro lacorum auidius clericis quærit tẽporalia, quis ineptius vtitur acquisitis.

Da voci tuæ vocem virtutis consonet vita verbis.

Laici cum labore, sed clerici sine labore volunt possidere totum mundum.

Irreuerenter abutimini eleëmosynis pauperum.

De patrimonio crucis Christi non facitis codices in Ecclesijs, sed pascitis pellices in thalamis vestris, impinguatis, carnes adornatis equos phaleratis pectora & capita deaurando.

Dolor capitis in membra redundat, Capita populi sunt sacerdotes.

Languent prælati Ecclesiæ suæ in cupiditatibus suis.

Multis modis persequutus est diabolus Ecclesiam nunquam grauius quam hodie, sed nunquam fuit maior perditio Christianorum, nec liberior nec securior transgressio diuinorum mandatorum.

Amaritudo Ecclesiæ amarissima est hodie per prauitatem desideriorum.

Vos senatores estis orbis terrarum, diligite ergo iustitiam & disciplinam.

Ex 10. Epist. Bernhardi.

Hieremiæ 8. Nunquid qui cecidit non resurget, aut qui auersus est non reuertetur.

Pessima vitia virtutum pallient nominibus.

Sic mihi contingat semper beare amicos, id est, terrendo salubriter, non adulando fallaciter.

Scribo tantæ altitudini, dicite Pontifices in freno quid facit aurum.

Simonia mater est auaritiæ.

Cernitur in multis sacerdotibus vestium cultus pluri-

plurimus, virtutum aut nullus aut exiguus.
Pontifex pontem vtique seipsum facit inter Deũ & proximum.
Duo sunt præcipuè quæ bonam reddunt conscientiam, pœnitere de malis, & abstinere de malis, id est, vt verbis loquar Gregorij, & commissa flere, & flenda non committere.
Scholares pueri & impubes adulescentuli ad Ecclesiasticas promouentur dignitates.
Sap. 6. Iudicium durissimum his qui præsunt, exiguo autem conceditur misericordia.
Labor, latebræ & voluntaria paupertas, hæc sunt monahorum insignia, hæc solent nobilitare vitam monasticam.
Ad monasteria nos nostra peccata compulerunt.
Me in quadam cella amore Dei & proposito æternæ vitę includo.
Prouideatur morbidæ oui à proprio pastore.
Melius est vt scandalum oriatur quam veritas relinquatur.
In schola Dei disciplina exercenda.
Sarcinam curæ pastoralis depono.
Placuit tibi magis quies tua quam vtilitas aliena.
Humilitas totius spiritualis fabricæ est fundamentum.
Silentium cultus iustitię est.
Abscindatur vt ouis morbida à grege, & putridũ membrum à corpore.
Auferatur malus ne malos generet.
Quem Deus negligit nemo potest corrigere. Eccles. 7.

Melius

Melius est vt pereat vnus quam vnitas.

O si te vnquam in schola pietatis sub magistrō Iesu merear habere sodalem.

Minimorum neglectus impedimentum est maximorum.

Ordo noster est esse sub Abbate, sub disciplina, sub regula.

Ordo noster est exerceri ieiunijs, opere manuum orationibus, vigilijs, studere silentio & super omnia excellentiorem viam tenere, quæ est charitas.

Sanitas capitis redundat in membra.

Insolentiæ clericorum mater est negligentia Episcopi.

Nullus iam mutire audet contra clericorum insolentiam.

Nouis morbis obuiandū est medicamētis nouis.

Inter Ecclesias Galliæ profectò Lugdunensis hactenus præeminuit, sicuti dignitate sedis, sic honestis studijs & laudabilibus institutis.

Contra Ecclesiæ ritum præsumpta nouitas mater temeritatis, soror superstitionis, filia leuitatis.

Fas, honestas, ius, religio, in nostris Episcopatibus perierunt.

Omnes appetunt libertatem, & fugiunt disciplinam.

Affectui nec leges imperant, nec principes dominantur.

Summum victoriæ genus diuinæ cedere maiestati, & auctoritati matris Ecclesiæ non reluctari, summus honor & gloria.

Non placent aspera quāuis salubria & recta, quia sunt amara & non sapiunt.

Maledictus qui reædificat ruinas Hiericho.
Regulares obseruationes lachrymosis precibus concutio.
Regularem ordino conuentum.
Quo grandius nomen, eò grandius scandalum.
Pasco verbo, pasco exemplo, pasco sanctarum fructu orationum.
Amos 5. c. Virgo Israel corruit, & non est qui subleuet.
Quid prodest paucis diebus regnare super terrã, & regno cælorum æterno priuari.
Honor absorbuit intellectum.
Habet vera amicitia nonnunquam obiurgationem, adulationem nunquam.
Si rebus raritas precium facit, nihil in Ecclesia pretiosius, nihil optabilius bono vtiliq; pastore.
Honores & dignitates Ecclesiasticæ his debentur, qui eas dignè & secundùm Deum administrare & velint & possint.
Ego plagis conscientiæ meæ nullum iudico accommodatius medicamentum probris & contumelijs.
O vtinam saperes quæ Dei sunt, intelligeres quæ mundi sunt, prouideres quæ inferni sunt, profectò inferna horreres, superna appeteres, quæ sunt ad malum contemneres.
Ferro abscissionis vtendum est, ne vna ouis morbida totum gregem contaminet.
Discipulus proficiens gloria est magistri.
Monasteriorum carceri mancipo meipsum.
Renouandis moribus do operam.

Hactenus ex diuersis Epistolis D. Bernhardi, deinceps ex lib. de Consideratione ad Eugenium.

Plaga recens dolore non caret.

Nihil tam firmum, quod neglectu & tempore nõ obsoleſcat.

Solum est cor durum, quod seipsum non exhorret.

Cor durum est, quod nec compunctione scinditur, nec flagellis duratur, minis non cedit, pietate non mollitur nec mouetur precibus.

Ad te de toto orbe confluunt ambitiosi, auari, concubinarij, incœstuosi, sacrilegi, simoniaci & quoque istiusmodi monstra hominum, vt ipsius Apostolica auctoritate vel obtineant honores Ecclesiasticos vel retineant.

Ipsum fontem, id est mentem purificat consideratio, deinde actus, regit affectus, corrigit excessus, componit mores, vitam honestat & ordinat.

Ignescit zelus meus: Plena ambitionis Ecclesia.

Apostolis interdicitur dominatus: Apostoli & Prophetę fortes fuere in bello, non molles in sericis.

Monstrosa res, gradus summus, animus infimus, ingens auctoritas & nutans stabilitas, lingua maniloqua & manus otiosa, sedes prima, & vita ima, sermo multus & fructus malus, vultus grauis & actus leuis.

Vbi vnitas ibi perfectio.

Tene medium si non vis perdere modum.

Inter seculares nugæ, nugæ sunt, in ore sacerdotis blasphemiæ.

Spiritualis homo omne opus suũ trina quadam consideratione præueniet, an liceat, an deceat, an expediat.

Impunitas incuriæ soboles, insolentiæ mater, radix impudentiæ, transgressionis nutrix.

Malorum omnium prima parens incuria.

Forma hæc vestium est deformitas mentium, & morum indicium est.

Petrus non processit aliquando vel gemmis ornatus, vel sericis, non circumstrepentibus ministris septus, non stipatus milite, nec tectus auro, nec vectus equo albo. In his successisti non Petro, sed Constantino.

Riuus quia fluit cauat terram, sic discursus temporalium conscientiam rodit.

Multa nescias, nõnulla obliuiscaris, plurima dissimules.

Impunitas ausum parit ausus excessum.

Domum Episcopi decet honestas, decet modestia decet sanctitudo, horum disciplina custos.

Summus Pontifex erit assertor veritatis, amicus sponsi, baculus senum, bonorum gloria, Canonũ dispensator, Christianorũ dux, Christus Domini, Cleri ordinator, Doctor gentiũ, Deus Pharaonis, forma iustitiæ, fidei defensor, iudex viduarum, legum moderator, lingua mutorum, malorum metus malleus tyrannorum, magister insipientium, miserorum spes, oculus cæcorum, orbis lumen, paranymphus sponsę, pastor plebium, pauperum aduocatus, pietatis exemplum, refug um oppressorum, regum pater, sacerdotum altissimus, sal terræ, sanctimoniæ speculum, tutor pupillorum,

virga

virga potentuim, Vicarius Christi, vltor scelerum.

Principatuum moderamine & sapientia omnis in terra principatus constituitur, mutatur, regitur, transfertur.

Deus est accendens ad zelum.

Ex lib. de præcepto & dispensatione.

Non est Abbas supra regulam: Spontanea me regulæ professione submitto. Abbas mandatorũ cultor & vltor vitiorum. Omnes magistram sequuntur regulam.

Perfecta obedientia legem nescit, terminis non arctatur. Non paria manent discrimina dispares culpas.

Secundum mensuram culpæ, excommunicationis extendatur mensura.

Nulla est culpa lethaliter criminalis, nisi quę cõtemptum superbiæ non euitat.

In omni obedientia sola damnatur impœnitentia.

Præceptis instruitur vita contra peccatum, remedijs restituitur post peccatum innocentia.

Regulam totam ad vnguem custodi.

Scandalum scendalo non bene emendatur.

Monasterialis disciplina meruit hanc prærogatiuam, vt secundum baptisma nominetur.

De gradibus humilitatis.

Regulæ Dei non dissonat institutio Benedicti.

Diuersis morbis diuersa conueniunt medicamenta.

Pietas & humilitas spiritualia indumenta sunt. Humilitas & charitas sunt charismata meliora.

Nullus ordo quicquam recipit inordinatum.

Ipsis illud Gregorianum respondeo. Melius est vt scandalum oriatur, quam veritas relinquatur.

Miror vt tanta inter monachos intemperantia in construendis ædificijs, lectisternijs, commessationibus & potationibus inolescere potuit.

Ecce parcitas putatur auaritia, silentium tristitia reputatur, sobrietas austeritas creditur.

Sic corpori seruitur vt anima negligatur.

O quantum distamus ab ijs, qui tempore Antonij extitere monachi.

Fercula ferculis apponuntur, & pro solis carnibus à quibus abstinetur, grandia piscium corpora duplicantur.

Quot modis sola oua versantur & vexantur, quãto studio euertuntur, subuertuntur, diminuuntur, durantur, liquantur, & nunc quidem assa, nũc farsa, nunc frixa, nunc mixtim, nunc sigillatim apponuntur.

Sic Anthonius instituit, sic Basilius docuit, sic Macharius vixit.

Ordo noster primus fuit in Ecclesia, imò à quo cœpit Ecclesia, quo nullus in terra similior angelicis ordinibus.

Religionis antiquæ non solum virtutem amisimus, sed nec speciem retinemus.

Ad magistrum respicit quicquid à discipulis delinquitur.

In san-

In sancto quid facit aurum.

Vitia carpens scio me offendere vitiosos.

Plus concupiscentia mundi quam substantia nocet.

Non vlterius cum Patriarcha Iacob altero claudicemus femore.

Clericus qui partem habet in terra, non habet partem in cælo.

Clericus si quicquã habuerit præter Dominum, pars eius non erit Dominus.

Pasce oues meas, non mulge seu tonde.

Qui Dominicum pascere gregem satagit, pascat tripliciter, exemplo conuersationis, fructu orationis, verbo prædicationis.

Fornicatores omninò audent agni immaculati sacras contingere carnes & intingere in sanguinem saluatoris manus nefarias, quibus paulò antè carnes proh dolor meretricis attrectauerant.

Ingerunt se in patrimonium Christi crucifixi, quæ sola ex omnibus hodie inueniuntur exposita.

Vniuersi in ordinibus Ecclesiasticis cęteriśque ad sanctuarium pertinentibus, honorem quærunt proprium, aut diuitias aut voluptatem corporis.

Væ væ tibi clerice, mors in olla. Sumptus Ecclesiasticos gratis habere te reputas cantando, vt aiunt, prouenire tibi videntur, sed bonum erat magis fodere aut mendicare.

Non ditetur, non luxurietur, non superbiat, non extollat de facultatibus suis consanguineos

ſuos aut neptes, nec filias ſuas dixerim) nuptui tra dat. Res pauperum non pauperibus dare par ſacrilegij crimen eſſe dinoſcitur.

Sanè patrimonia pauperum facultates Eccleſiarum & ſacrilegia eis crudelitate ſurripitur, quicquid ſibi miniſtri & diſpenſatores, non vtique Domini & poſſeſſores vltra victum accipiunt & veſtitum.

Nimis arduum eſt viuere angelicè inter homines: videas pleroſque de Eccleſia de ignobilibus nobiles, de pauperibus diuites factos ſubitò intumeſcere, priſtinæ obliuiſci abiectionis, genus quoque ſuum erubeſcere & infimos dedignari parentes.

Pœnitudo ſine correctione non proderit ſicuti Sapiens ait: Væ tibi quicunque es qui deliberas redire ad lutum, redire ad vomitum.

Alligaturam refugiunt vulneris.

Non erubeſco vulnerum ligaturam.

Circũcidimur nõ vno membro ſed toto corpore.

A planta pedis vſque ad verticem non eſt ſanitas in corpore Eccleſiæ.

Diſcretio mater virtutum eſt, & conſummatio perfectionis.

De te Domine ſuppleo quod minus habeo in me.

Duas alas habeat oratio noſtra contemptum mũdi, & afflictionem carnis.

1. hydria compunctio eſt. 2. Confeſſio. 3. eleemoſynarum largitio. 4. remiſſio iniuriarum. 5. Corporis afflictio. 6. obedientia præceptorum.

Prima hydria continentia caſtitatis eſt. 2. Ieiunium eſt. 3. labor. 4. vigiliarum obſeruantia.

5. ſilen-

5. silentium, custos religionis & in quo est fortitudo nostra. 6. Disciplina est.

A timore enim tuo concepimus domine & parturiuimus spiritum salutis.

Multi cùm in sordibus sint sordescunt adhuc.

In Conuersione S. Pauli.

Coniurasse videtur contra te vniuersitas populi Christiani à minimo vsque ad maximum, à planta pedis vsq; ad verticem non est sanitas vlla, egressa est iniquitas à senioribus iudicibus vicarijs tuis, qui videntur regere populum tuum, non est iam dicere vt populus sic sacerdos, quia nec sic populus vt sacerdos.

Item heu Domine Deus quia ipsi sunt in persequutione tua primi, qui videntur in Ecclesia tua primatum diligere, misera eorum conuersatio, miserabilis plebis tuæ subuersio est.

Multi sunt hodie Antichristi prælati nostri magistri Ecclesiarum.

Septem sunt impedimenta, quibus à mandatorũ Dei obedientia retardamur. primum impedimentum occupatio grauis necessitas huius miseri corporis. 2. vitium cordis. 3. prosperitas huius seculi. 4. aduersitas huius seculi. 5. ignorantia nostri est 6. aduersarius noster. 7. periculum ex falsis fratribus.

Ieiunium non modò est extirpatio vitiorum sed & peccatorum abolitio.

Omnia quæ mundus amat crux mihi sunt, delectatio carnis diuitiæ, honores vanæ hominũ laudes.

Licet multos frangat aduersitas, multò tamen

plures extollit prosperitas, sicuti scriptum est. Cadent à latere tuo mille, à sinistro scilicet per quod signatur aduersitas & decẽ milia, id est, multò plures a dextris tuis. i. in quibus prosperitas designatur.

Quatuor gemmis virtutum cornua crucis ornantur, supereminentior est charitas à dextris obedientia, à sinistris patientia, in profundo radix virtutum humilitas.

Cuius vita despicitur restat vt prædicatio contemnatur. Indiscretio ipsa confundit vniuersa.

Non ignoras quid lactis dulcedo, quid vini designet austeritas.

Communis voluntas charitas est.

Emenda sunt tria mentis aromata, affectus compassionis, rectitudinis zelus, & spiritus discretionis nummo propriæ voluntatis.

Linguæ nihilominus aromata sunt, copia in exhortando, efficacia in persuadendo, modestia in increpando.

Habeat etiam aromata sua manus, continentiam in carne, misericordiam in fratre, patientiam in pietate. In corporum medicina prius purgationes adhibentur, deinde refectiones.

Quid odit aut punit Deus præter propriam voluntatem. Cesset propria voluntas & infernus nõ erit. Quẽ modum sibi ponit humana cupiditas.

Christus est verus legifer noster.

Omnia quæ de saluatore legimus, medicamina sunt animarum nostrarum.

Filij Adam parati ad honores & celsitudines graduum Ecclesiasticorum ipsis etiam angelicis humeris formidandas.

Vti-

Vtinam saperent & intelligerent,ac nouissima prouiderent. In his verbis tria nobis commendãtur intelligentia,prouidentia, sapientia. Hic est funiculus triplex quo trahimur ad salutem, ordinata conuersatio,fides deuota,rectum iudiciũ. Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus,& qui nutriebãtur in croceis amplexati sunt stercora.

Quinque lapidibus à vero Dauide.i. Christiano: Goliad,id est Diabolus percutitur. 1. verbum est comminationis.2. dilectionis.3.orationis.4. Imitationis.5.promissionis.3. dies. 1. dies timoris. 2. dies pietatis.3. dies rationis, 7. panes. 1. verbum Dei.2.obedientia.3.meditatio sancta.4. orãtium lachrymæ.5.pœnitentiæ labor.6.iucunda vnanimitas socialis. 7. Eucharistia.

7.misericordiæ.1.à multis peccatis custoditio.2. miseratio Domini. 3. visitatio cordis mei & immutatio. 4. pœnitentis misericors susceptio. 5. continentis & emẽdatricis veniæ præstita virtus 6.gratia promerendi 7.spes obtinendi.

Mortalium pœnitentiæ.

Bonum seruat castrum qui custodit corpus suũ.

Dux strenuus militiæ spiritualis.

Carnali mancipor custodiæ.

Esaię 48.Infrenabo os tuum laude mea ne pereas

Ecclesiast.1.Fili concupiscens sapientiam,conserua iustitiam & Deus præbebit illam tibi.

A mandatis enim tuis intellexi,psal.118. Computrui in stercore meo vt iumentum factus sum.

Equum indomitum flagella domant animã immitem, contritio Sp.& assiduitas lachrymarum

Fide-

Fidelis inuenior super pauca quæ accepi militiæ meæ tempore, id est, super appetitus meos, quos suscepi regendos.

De conuersione ad clericos.

Diuitiarum acquisitio laboris est possessio timoris amissio plena dóloris.

In duobus perfecta consistit iustitia vt propter potentiam timeamus Deum, amemus ob bonitatem & proximum ob naturæ societatem.

Vera est illa sententia Contrarijs curantur contraria.

Tria sunt quæ sanctum faciunt hominem, actus iustus, sensus pius, victus sobrius.

Arguit Deus mundum de peccato quod dissimulat, de iustitia, quam nō ordinat de iudicio quod temerè de se & alijs vsurpat.

Tribus modis prouidentur bona coram hominibus, actione, habitu, sermone. Tribus etiā coram Deo affectione, cogitatione, intentione.

Quatuor partes corrumpit quadripartita pestis. Oculos curiositas linguam loquacitas, manus crudelitas, genitalia voluptas.

Quatuor genera sunt hominum ex quibus nonni si vnum est quod faciat bonum. Quidam sunt qui Deum nec intelligunt nec requirunt, & hi mortui sunt: alij intelligunt sed non requirunt & hi impij sunt: alij requirunt non autem intelligunt & hi fatui sunt, alij & intelligunt & requirunt & hi sancti sunt.

Vigilet aduersus carnem vigor disciplinæ.

Salutis optimus thesaurus est timor Domini. B. Gregorius ait. Qui virtutes sine humilitate congrega-

gregat, est quasi qui in ventum puluerem portat.

Angelis conciliare nos debemus per occulta signa, Deo per puritatem cordis, hominibus per apta opera. Occulta signa sunt gemitus, suspiria, vsus cilicij & cętera pœnitētiæ insignia, quæ Deo placent.

Quatuor sunt genera hominum regnum cœlorū possidentium, alij ad id compelluntur vt pauperes necessarij: alij furantur qui laudem humanam vitant, alij mercantur, qui dant paùperibus temporalia.

Alij violenter rapiunt qui relinquunt omnia & sequuntur Christum.

Duo sunt in quibus consistit nostra salus, iustificatio & glorificatio.

Quatuor sunt quæ impediunt Confessionem, desperatio, pudor, spes timor.

Quatuor esse dicuntur quæ nostræ deuotionis gratiam adaugent, consideratio peregrinationis, desiderium vitæ perennis, memoria peccatorū, recordatio pœnarum.

Triforme est exercitium electorum, assiduitas lectionis, austeritas ieiuniorum, instantia rationum.

In Cantica.

Ego infrenabo os tuum laude mea ne intereas. Ne intuitu facinorum tuorum nimiam incurras tristitiam, atque ita tanquam effrenis equus desperatus in præceps ruas & pereas.

Magna & rara virtus est profectò vt magna licet operantem magnum te esse nescias, & manifestā omni-

omnibus te solum latere tuam sanctitatem. Nomen Iesus excogitatum extinguit omnia peccata. Primò infundenda compunctio. 2. deuotio, 3. pœnitentiæ labor. 4. pietatis opus. 5. orationis studiũ 6. contemplationis otiũ. 7. plenitudo dilectionis. Prælati sibi commissis semper volunt esse formidini vtilitati rarò.

Pauci profectò qui vtiliter, pauciores, qui & humiliter prosunt. In terra sanctorum iniqua gessit & non videbit gloriam domini. Timeant clerici, timeant ministri domini, qui in terris sanctorum quas possident tã iniqua gerunt, vt stipendijs quę sufficere debeãt minimè contenti superflua, quibus egeni sustentandi forent, sibi impiè sacrilegeque retineant, & in vsus suæ superbiæ atque luxuriæ victum pauperum consumere non vereantur duplici profectò iniquitate peccantes, quod & aliena eripiunt, & sacris in suis vanitatibus & turpitudinibus abutuntur.

Esaiæ 30. Posuerunt me custodem in vineis.

Causa pugnandi intentio corrigendi.

Vineæ Ecclesiæ. id est, fides populi.

Esaiæ 5. virtutes palmites vineæ.

Meliuscule custodio vineam.

Vineis Dominicis ingerentes.

Fures sunt & latrones, non cultores neq; custodes vos obseruatores ciborum, morum neglectores Ministri Christi sunt & seruiunt Antichristo. Honorati incedunt de bonis Domini cui honorem non deferunt, pro huiusmodi volunt esse & sunt Ecclesiarum Archidiaconi, Archiepiscopi, Decani, Episcopi, præpositi. Esaiæ 28. Ecce in pace mea ama-

amaritudo amariſſima amara prius in nece martyrum, amarior poſtea in conflictu hæreticorum, amariſſima nunc in moribus domeſticorum. Inteſtina & inſanabilis plaga Eccleſiæ eſt. Quantum mali venit de ignorantia noſtri. Ezech. 3. Receſſit zelus meus à te vltra non iraſcar tibi. Cant. 46. In Eccleſia lectus in quo quieſcũt clauſtra ſuunt & monaſteria. Laquearia verò bene inſtituti clerici manſueti & diſciplinati mores, riteque adminiſtrata officia. Ex regula noſtra nihil operi Dei licet præponere. Diſcretio omni virtuti ordinem ponit, ordo modum tribuit & decorem etiam & perpetuitatem. Ordinatione tua perſeuerat dies, diem vocat virtutem. Diſcretio non tam virtus quam quædam moderatrix & auriga virtutum, ordinatrixque affectuum, & morum doctrix.

Mala melioribus curabo corrigere artibus diluere lachrymis, punire ieiunijs cæteriſque ſanctæ laboribus diſciplinæ.

Cohabitationem virorum & fœminarum in his, qui vouere continentiã, Eccleſia vetat. Cùm fœmina ſemper eſſe & non cognoſcere fœminam, nonne plus eſt quam mortuum ſuſcitare? Quod minus eſt non potes, & quod maius eſt vis vt credam tibi? Lectus tuus ad lectum eius in camera, oculi tui ad oculos eius in colloquio, manus tuæ ad manus eius in opere & continens vis putari? Longè plus nocet falſus Catholicus, quàm ſi verus appareret hæreticus. Eccleſia Dei ſponſa eſt, ſtudendum ergo ornatui. Sponſæ ornatus in bonis moribus, operibus & ordinibus conſiſtit.

Mali paſtores ſua quærunt diligunt numera.

Incedunt mundi & ornati, circumamicti varietatibus

tatibus tanquã ſponſa procedẽs de thalamo ſuo;

Exuberat illis congeries vaſorum argenteorũ & aureorum, menſarum luxuries, rerum affluentia, veſtium ſplendor de bonis ſponſæ. Inde eſt quod inops nuda & pauper relinquitur facie exangui, hiſpida, inculta, miſeranda. Propter hoc non eſt hoc tempore cuſtodire, ſed perdere, non eſt defendere, ſed exponere, non eſt inſtituere ſed proſtituere, non eſt ornare ſponſam ſed ſpoliare; non eſt paſcere gregem ſed mactare & deuorare dicente de illis domino. Qui deuorant plebem meam vt cibum panis & quia comederunt & locum eius deſolauerunt & in Oſea. cap. 4. Peccata populi mei comedent quaſi dicat peccatorum precia exigunt & peccantibus debitam ſollicitudinem non impendunt.

Quem dabis mihi de numero præpoſitorum, qui non plus inuigilet ſubditorum marſupijs euacuandis, quam vitijs extirpandis.

Vbi qui orando flectat iram, prædicet annum placabilem Domino.

Leuiora loquimur grauiora grauius manet ſupplicium.

Sine cauſa tantum his vel illis immoramur, quia non audiunt nos, ſed ſi literis forſan mandentur iſta quę dicimus dedignabuntur, legere & ſi fortè legerint mihi indignabuntur, quamuis rectius ſibi hoc facerent, propterea relinquamus illos non inuentores ſponſæ ſed venditores, & inquiramus illos à quibus ſponſa ſe inuentam loquitur. Et quidem virorum Apoſtolicorum ſortiti ſunt miniſterij locum, licet non zelum.

Succeſ-

Successores omnes cupiunt esse imitatores pauci. O vtinam tam vigiles reperirentur ad curam, quam alacres currunt ad Cathedram, vigilarent vtique sollicitè seruantes sibi creditam fidem, imò verò euigilarent, pro semetipsis nec sinerent de se dici, amici mei & proximi mei aduersus me appropinquauerunt & steterunt.

Iusta omnino querimonia, nec ad vllã iustius, quam ad nostram referenda ætatem. Parum est nostris vigilibus quod non seruant nos, nisi & perdant. Alto quippè demersi obliuionis somno ad nullum Dominicæ comminationis tonitruum expergiscuntur, vt vel suum ipsorum periculum expauescant. Inde est vt nõ parcant suis, qui non parcunt sibi perimentes pariter & pereuntes die ac nocte, id est, in vita & morte sua. Isaiæ 62. Super muros tuos Hierusalem constitui custodes, tota die ac nocte in perpetuum non tacebunt, id de angelis dictum etiam accommodari ad Ecclesiæ præfectos potest. Qui mittit oues in pascua absque custode, pastor est non ouium sed luporum. Quærit anima verbum, cui consentiat ad correctionem, cui conformetur ad decorem cui innitatur ad virtutem, cui maritetur ad fęcunditatem, quo fruatur ad iucunditatem quo illuminetur ad cognitionẽ quo reformetur ad sapientiam. Beata mens, quam sibi totam vindicant sapor boni, & odium mali.

Is animę decor est mentis ingenuitas sollicita seruare cum conscientia bonę famæ integritatem.

Ecclesia est ordinatissima & dispositissima ciuitas. Quo maior districtio eò maior directio. Vbi rigor ibi vigor.

Eleemosynæ sunt correctio, consolatio, doctrina exhortatio, & vniuersa quæ ad commoda spectare videntur. Corrumpunt bonos mores exempla mala. Quod si infatuati sunt Ecclesiæ principes, plebes vnde salientur.

Factus est sacerdos sicuti populus, vt licentius populus sicut sacerdos fiat.

Deus bone! quantæ sunt hodie filiæ Babylonis.

Forensi iure plus veteris quam Ecclesiastico.

Bonum vulnus, de quo virtus egreditur.

Oculi Ecclesiæ Doctores sunt, crines plebes credentium, quid magis afficit, quam compositi crines. Melior est infirmitas Monachi quam secularis benefaciens: Fons Doct. hactenus auditores. Prępropere satis & proteruè nimis ad Ecclesiæ properatis honores: Custodes ciuitatis doctores sancti scripturæ interpretes.

Graue & onerosum satis est pallium cura animarum & administrandæ necessitatis sollicitudo. Dedisce Babylonis filia esse, barbaros depone mores, Auris zeli audit omnia.

Pulcherrima mulierum est Ecclesia quæ singularum animarum pulchritudo est.

Thre. 4. Candidiores Nazaræi eius niue nitidiores, lacte rubicundiores, ebore antiquo, sapphiro pulchriores. Denigrata est super carbones facies eorum. Non leuiter ad perfectionis culmen attingitur, sed paulatim virtutum gradibus ad apicem charitatis per violentiam peruenitur.

Virtus vult doceri cum humilitate, haberi cum amore, quæri cum labore.

Ego mihi præsum & mores compono, & memet ipsum

ipsum iudico, meipsum apud meipsum accuso, sæpè etiam condemno nec impunitum dimitto, & vitam ordino. Consuetudo est secunda natura.

Quid est virtus? filia rationis sed magis gratiæ.

Bona voluntas origo omnium bonorum & virtutum. Mala voluntas origo omnium malorũ & vitiorum. Hæc est hominis perfectio Dei similitudo. Multi multa sciunt sed seipsos nesciunt.

Alios inspiciunt & seipsos deserunt.

Illi irascitur Deus quem peccantem nõ flagellat.

Quem flagellando non emendat in futuro dãnat.

Notitia peccati initium est salutis.

Nihil mihi contrarium est nisi ego ipse.

Si me non inspicio nescio me ipsum.

Accusat me conscientia, testis memoria oblectamentum tormentum, ratio iudex, timor tortor, voluntas carcer. Quotquot fuerunt oblectamenta mala tot erunt tormenta dira in pœna, inde punimur vnde delectamur.

Condigna satisfactio est mala facta corrigere & correcta non reiterare.

Columnæ. 7. sunt. 1. bona voluntas. 2. memoria beneficiorum Dei. 3. eor mũdum. 4. animus liber. 5. spiritus rectus. 6. rationalis animus. 7. Illuminatio animi. Bona conscientia est, quæ præterita peccata punit & punienda committere refugit.

Liber Bernhardi de Ordine vitæ & morum institutione.

Nunquam pertinaciter aliquid affirmes aut neges, sed sint tuæ affirmationes vel negationes dubitationis sale conditæ.

Sacerdotales viros quærimus, qui plures habemus sacerdotes.

Ille summus melliflui oris Gregorius ait.
Quæ ad vsum accepimus vitæ, ad vsum conuertimus culpæ. *Gregorius.*
Qui cœlestis vitæ dulcedinem, quantum possibilitas admittit, perfectè cognouerit ea quæ in terris amauerat libenter cuncta derelinquit.
Vt clauus clauo expellitur, ita & praua bonis superuenientibus eliminantur.
Cui Christus dulcescit ei amarescit mundus.
Pennæ columbæ sunt perfecti in sancta Ecclesia.
Initiũ salutis notitia peccati est 2. gradus est pœnitentia. 3. gradus est dolor. 4. Confessio oris. 5. maceratio carnis. 6. Correctio operis in apparatu 7. gradus est perseuerantia. vera est illa sententia. Qui cùm emendare possit negligit, participẽ se dubio procul constituit.
Septem gradus Obedientiæ. 1. obedire libenter. 2. simpliciter. 3. hilariter. 4. velociter. 5. adimplere viriliter. 6. humiliter 7. indesinenter.
Vbi proh dolor reperiemus Episcopos, qui post acceptam dignitatẽ in humilitate se contineant. Malè viuunt & subiectos malè viuere volũt, diabolus ad aquilonem sedem vult ponere, superbus quispiam & impius super suos similes à charitatis calore vel sapientiæ luce alienus principatum appetit vel adeptum tenet. Animarum nec casus reputatur nec salus. Sunt de Christi patrimonio nimis incrassati, impinguati, dilatati. Archipræsbyter ad summum implet manticam suam. Est eis histronicus habitus, meretricius nitor regius apparatus. Aurum in calcarib. aurum in frenis & cellis. Plus nitent calcaria quam altaria

taria. Ecce in pace mea amaritudo amariſſima. Intuere quomodo incedunt nitidi, & ornati circumamicti varietate tanquam ſponſus de thalamo ſuo.

Ex ſermone ad Paſtores in Synhodo congregatos.

Speculũ veſtrum eſt ſanctum Euangeliũ. Quantam dignitatem contulit vobis Deus, quanta eſt prærogatiua ordinis veſtri? prætulit vos Imper. & regibus, prætulit ordinem veſtrum omnibus ordinibus (vt altius loquar) prætulit vos angelis & archangelis thronis & dominationibus. Multi ſunt Catholici prædicando qui ſunt hæretici operando. In frenis in ſellis quid facit aurũ. In veſtimentis tantus ornatus? In cibis tam ſuperfluus apparatus. Quis obſecro laicorum auidius quęrit temporalia, & ineptius vtitur acquiſitis. Conſonet vita verbis. Sicut populus ſic & ſacerdos, ſicut laicus ſic & clericus. Clerici ſine labore volunt poſſidere totum mundum. Irreuerẽter abutimini eleemoſynis pauperum. De patrimonio crucis Chriſti non facitis codices in Eccleſijs, ſed paſcitis pellices in thalamis veſtris, impinguatis carnes, adornantis equos phalerantes pectora & capita deaurãdo lapides ſanctuarij. i. ſacerdotes. Dolor capitis in membra redundat.

Capita populi ſunt ſacerdotes. Eſaiæ. 1. c.

Omne caput languidum. & omne cor mærens. Languent prælati Eccleſiæ in cupiditatibus ſuis. Propriam matrem euiſcerant vt ſe pariant in honorem. Ideo dant vobis elemoſynas & primitias ſuas, vt veſtris precibus & meritis propitietur eis Deus vt introducantur ad illum.

Senatores estis orbis terrarum.
De manu Domini accipio duplicia tempo. & spirit. Duplex est dominium prælatorum, habent enim claues Ecclesiæ habent & regalia, quia domini sunt vrbium & oppidorum.
Quod datum est prælatis in adiutorium factum est illis in scandalum.
In Floribus Bernardi. lib. 2. cap. 22. De modo corripiendi siue corrigendi per Disciplinam. Totus li. 3. in Floribus per 30. capita est de statu prælatorum. ca. 4. De zelo prælatorum. ca. 5. De pietate prælatorũ in disciplina. c. 7. de sollicitudine prælatorum. c. 9. Quod obediendum prælato. ca. 12. Quod periculosè viuitur sine magistro. cap. 13. Quod non sit vnius meriti socialiter viuere & vtiliter præesse c. 20. De quorundam prælatorum crudeli ardore dominandi. ca. 22. Quod consideratio labore prælatorum minus placet horum. ca. 24. De acceptione personarum. c. 25. Quod ira & nimia pietas subuertunt iudicium. cap. 14. Quomodo prælatus inuitatur à Deo ad animas instruendas. ca. 15. Quid cauendum prædicatori.
Cap. 23. De periculo prælatorum.
Cap. 16. Quomodo securè prædicetur.
Ca. 27. De peruersitate quorundam prælatorum.
Ca. 28. De prælatis qui vsurpant sibi prælationẽ.
C. 29. Quod persequutio discernat mercenarios à pastoribus.
Cap. 30. De duro iudicio prælatorum.

Ex Floribus lib. 4.

Cap. 1. De infinita ambitione clericorum.
C. 2. de promotione iuuenũ ad Eccles. dignitates.

Cap.

Cap. 3. De clericis qui peruersó ordine quærunt beneficia Ecclesiastica. (Eccl. habent
ca. 4. De Clericis qui malè deseruiunt ea quæ ab
c. 5. De Clericis qui male expẽdunt redditus Eccl.
Cap. 6. Quod Clerici nullius sint ordinis.
Cap. 7. De impudentia clericorum.
Cap. 8. De insolentia clericorum.
C. 9 Quomodo à singulis generib. quod delectat vsurpent clerici.
Ca. 10. De abominatione clericorum.
Cap. 11. Admonitio ad ipsos vt se corrigant.
Cap. 12. De periculo clericorum.
c. 13. De peruersitate quorundã cleric. & religios.
Ca. 14. De intemperantia Monachorum.
Cap. 15. De delicatis cibis Monachorum.
Cap. 16. De nimio potu.
Ca. 17. De pretioso habitu. (Abbatum
C. 18. De superbis religiosis. c. 19. De negligentia
Ca. 20. De ornamentis Monasteriorum. ca. 21. De scripturis & picturis Monasteriorum.

Liber 5. Florum de virtutibus est.

Ca. 12. de Disciplina. c. 35. De correptione. ca. 11. de obedientia. Li. 6. de peccatis & vitijs. Li. 7. de duplicibus. ca. 28. De duobus in quæ diuiditur monasterialis obseruatio. cap. 29. De duobus in monasterijs obseruandis. ca. 30. De auctoritate præcipientium & qualitate præceptorum. ca. 13. De neglectu & contemptu mandatorum. cap. 33. De duplice homine nouo & veteri. c. 43 Quod duobus modis debet se quis irreprehensibilem exhibere coram Deo & hominibus. ca. 44. de duplici conuersione exteriori & interiori. c. 27. De duobus in consilijs necessarijs.

Ex Floribus 8. Libri.

Cap.31. De triplici modo reuertendi ad Dominũ.
Cap.32. De sobrietate, iustitia, pietate.
Cap.33. De triplici vigilia, operum, cordium verborum.
Cap.35. De iustitia, pace, gaudio spirituali.
Cap.37. De tribus necessarijs prælato.
Cap. 38. De triplici modo subiectionis.
Cap.39. De 3. metis obedientiæ.
Cap.40. De 3 gradibus obedientiæ.
C.46. De triplici modo viuendi in cõgregatione.
Ca.52. De 3. in quibus consistit summa spiritualis.
Cap.68. De 3. vinculis, quibus Deo astringimur.
Cap.77. De 3 quæ faciunt sanctum hominem.

Ex Floribus lib. 9.

Cap.3. De quatuor diebus pœnitentiæ.
Ca.24. De 4. rotis curris spiritalis.

Ex Floribus. lib. 10.

Cap. 4. De septem impedimentis quæ nos retrahunt à mandatorum obseruatione.
Cap. 5. De diuersis obstaculis quæ nos separant a Dei voluntate.
Cap 6 De diuersis impedi. diuinæ gratiæ.

Cap. 20. Continet Miscellanea & Varia ex Diuersis.

Tertull. in libro de patientia. O seruum illũ beatum cuius emendationi Dominus instat, cui dignatur irasci, quem admonendi dissimulatione non decipit. Et Augustinus in Psalmum 98. Illi Deus irascitur, quem peccantem non flagellat. Nam cui verè propitius est, non solum donat peccata ne noceant ad futurum seculum, sed etiam castigat, ne semper peccare delectet.

Augu.

Augustinus contra epist. Manich. quam fundamẽtalem vocant cap. 1. tom. 6. Etsi sint diuersæ tum corporis nostri, tum animi (quæ à Deo per varios inferuntur castigationes) illæ tamen omnes in hac vita medicinæ potius sunt ad resipiscentiam, quam damnationes ad exitium.

Augustinus libr. 1. de sermone Domini in Monte sub initium.

Carissimi seruemus Dei mandata, in simplicitate innocentiam, in charitate concordiam, modestiã in humilitate, diligentiam in administratione, vigilantiam in adiuuandis laborantibus, misericordiam in fouendis pauperibus, in defendenda veritate constantiam, in disciplinæ securitate censuram, nec aliquid ad exemplum bonorum factorum desit.

Hieronymus tom. 7. Comment. in Psal. 19. fol. 23. In potentatibus salus dextræ eius. i. Potentatibus sanctæ Ecclesiæ, quibus salus facta est per Christum, quia est dextra eius, id est Dei patris, quia habet Ecclesia ligandi & soluendi potestatem.

Idem Hieronymus tom. 7. Com. in Psal. 88. Si autem derelictus. Quod derelictores legis iudiciorum oblitores, prophanatores iustificationũ mandatorumque transgressores, in virga, id est, in disciplina Dei corripiantur, & misericordia diuina non auferatur, illud ostenditur vt nullus sine spe recuperationis ab Ecclesia arceatur, quia sicut seueritas diuina terret arguente iustitia, ita pietas reparat moderante clementia.

Augustinus in libr. de Pastoribus cap. 5. Collecta insignis pro peccatis delendis huc pertinet. Parce

Domine parce peccatis nostris, & quamuis incessabiliter delinquentibus continua pœna debeatur, præsta quæsumus, vt quod ad perpetuum meremur exitium, transeat ad nostræ correctionis auxilium & tentationem, quam pro peccatis nostris cognoscimus super nos prævalere, te miserante sentiamus cessare. Disciplina in persequutionibus expeditior. Tertullianus in libr. de fuga in persequutionibus. Saluianus Massilienſis Episcopus libr. 2. de Prouidentia, & alijs passim in locis ait fœlicitatem nimiam nos reddere peiores, at miseriam & afflictionem nos bonos efficere, ideoque Deum bonos semper affligere & castigare vt meliores fiant. hoc argumentum versat lib. 1. 2. 3. & passim in lib. de Prouidentia.

Ambrosius tom. 2. lib. 2. de vocatione gentium ca. 10. Dum in hoc corpore viuitur, nullius negligenda est correctio, nullius desperanda est reparatio. Leo in sermone de Quadragesima, quæ legitur in Dominic. 2. Quadrag. iam ait seuerius & rigidius disciplina virtutum exercenda, eliminanda & abradenda omnia vitia.

Ioannes Diaconus in vita Gregorij lib. 3. c. 1. Perit vtique reuerentia, adimitur disciplina, quia qui culpas debuit emendare committit, & nefaria ambitione honorabilis sacerdotij ducitur in deprauationem censura.

Gregorius Magnus ca. 8. & 9. lib. 2. Irrigatio cessat vbi arbor radices egit. Et quod nō valet sacerdos efficere per Doctorum sermonem (ait Isidorus) iam potestas hoc debet implere per disc. terrore. Strenuum magisterium causat bonum discipulū

& dat

& dat profectum, & vbi disciplinæ rigor, ibi & religionis vigor. Mater insolentiæ & dissolutionis impunitas est excessus in Roseto Monburnus. Olim disciplinabantur per grauissimas & arctissimas pœnitentias, pro minutissimis etiam excessibus, vt patet ex SS. Patrum & Columbani pœnitentialibus.

Christiani æquè licentia disciplinæ gaudere debent ac Philosophi. Pammelius in Indice in Tertull. 86.572.T.141.572.P.

Disciplinæ neglectus index est peruersæ doctrinę. Pammelius ibid. 401.276. vsque 286. T. 444.276. vsque 445. 286. P. in voce Hæretici in medio. Pudicitia haberi potest si natura præstruxerit, si disciplina persuaserit, si censura compresserit. Pammelius in indice Tertul. 1195.2. T. 1214.2.P.

Pammelius in indice in Tertullian. T. Theatra.

Theatra Veneris sacraria renascentia, censores sacri destruxerunt moribus consulentes, quare Pompeius cùm arcem illam omnium turpitudinum destruxisset, Veneris ædem suppossuit. 253.98. 99.100.101 T. 268.98.99.269.100.101.P. Ibidem velaminis disciplina. 373.127. &c. T. 381.127. &c. P. ibidem de castigatione retentarum. 373.134.135.136. T. 381.134.135.136.

Gregorius. Qui fuit stultus in culpa, sapiens erit in pœna.

Augustinus in sermonibus de diuersis, serm. 2. de duabus piscationibus periclitata duo nauigia multitudine piscium significant, quia per multitudinem, quam erat collectura Ecclesia, periclitatura erat disciplina.

Bernar-

Bernardus super Cantica serm. 42. Volo mihi irasci caris pater misericordiarum, sed illa ira qua corrigis deuium, nó qua extrudis de via. Illud tua nobis benigna animaduersio parit hoc formidolosa nutrit dissimulatio in floribus lib. 7. c. 57.
Bernardus in sermone de Cœna Domini. Prosperitas animum relaxat à disciplina, & hoc est prosperitas in pijs ad disciplinam, quod ignis ad cerá, quod radius ad niuem vel glaciem.
Idem sermone 20. super Cantica: Zelum tuum inflammet caritas, informet scientia, confortet constantia, sit feruidus nec careat disciplina.
Bernardus in lib. de gratia & libero arbitrio. Vtitur Deus in salutem suorum irrationabili & insensibili creatura tanquam iuuento aut instrumento, quæ iam expleto opere nusquam erunt. Vtitur rationabili creatura sed maleuola quasi virga disciplinæ, quam correpto filio in ignem projiciet tanquam sarmentum inutile.
Augustinus in libro de bono perseuerantiæ. c. 20. citante Caluino libr. 3. cap. 23. §. 13. de æterna Dei prædestinatione pie differendum, vt sub piæ vitæ disciplina fideles contineantur, & salubris ac seuera instar medicinæ adhibenda est correptio.

In Pontificali in Ordine suspensionis.

Quia defectus nostri temporis antiquam non patitur canonum manere censuram, eligentes potius de misericordia quam seueritate reddere rationem Idcirco vitam tuam penitus agnoscentes & meliora & saluti viciniora de te verosimiliter exspectantes, de misericordia quæ superexaltat iudicium, pœnam relaxamus.

In

In Pontificali de Scrutinio scrotino antiquo.

Exhibeatur subiectis cum mansuetudine disciplina, cum discretione correctio. Iram benignitas mitiget benignitatem scelus exacuet, & ita alterum ex altero condiatur, vt nec immoderata vltio vltra quam oportet affligat, neque iterū frangat rectorem remissio disciplinæ. Itaque boni dulcem praui asperum sentiant correptorem. In qua videlicet correptione hunc esse ordinem noueris obseruandum, vt personas diligas & vitia persequaris, ne si aliter agere fortasse volueris, transeat in crudelitatem correctio, & perdas per irremissam iram, quos emendare per discretionē debueras. Sic enim vulnera conuenit abscindere, vt non facias vlcerari, quod sanum esse videtur, neque si plus quam res exegerit, ferrum incisionis impresseris noceas cui prodesse festinas. Neque dicimus quod in te delinquentibus non te ostendas vltorē & vitia nutrire permittas, sed hortamur vt in iudicio semper misericordia misceatur, vt possis cum Propheta fiducialiter dicere. Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. Sit in te pastoralis pietas amabilisque dulcedo, & secundum canonicas regulas seuera discretio, vel vt innocenter viuentes leniter foueas, & inquietos perfidosq; feriendo à prauitate cōpescas. Nihil prodest obedientia humilibus, si non obesset contemptus contumacibus.

Ex eodem Pontificali.

Disciplina excom. & absoluit. 198. Edictum ante Synhodum qualiter viuere debeant. 189. Disciplina suspensionis, reconciliationis, restitutionis sacro-

sacrorum ordinum.191.Disciplina reconciliandi apostatam,Schismaticum,hæreticum.199,
De ordine visitandi Parochias.203.Disciplina expulsionis publicè pœnitentium ab Ecclesia in feria 4. Cinerum. 236. Disciplina reconciliationis solennis pœnitentium.238.Disciplina in Anathemate relaxando & ibi forma. 197. Disciplina degradationis omnium & singulorum ordinum. 191.193.Disciplina depositionis verbalis Clericorum.1 .2.Depositi Clerici destitutio.192 Ordo excommunicandi & absoluendi. 196. Bernardus in 2. parte epist.c.84.in Floribus,lib.3.c.1.Tria pastori & omni Prælato conueniunt,Bonitas, disciplina,scientia.Bonitas attrahit, Disciplina corripit, Scientia pascit.Bonitas amabilem, Disciplina mirabilem,Scientia docibilem reddit.
Idem super Cantica serm.23.Prælati prodesse magis studeant quam præesse.Habeat caritas zelum, sed adhibeat pro tempore modum seueritas.Censura quidem nunquam remissa,intermissa tamen plerunque plus proficit. Vigor iustitiæ semper feruidus sed nunquam præceps.est in Floribus li. 3.c.4.rursus in Floribus lib.3.c.5.ex serm.23.super Cantica de pietate materna Prælatorum. Discite matres subditorum vos esse non Dominos. Studete magis amari quam metui, & si interdum seueritate opus est paterna sit non tyrannica. Matres fouendo patres vero corripiēdo exhibeatis. Quibus quæso habebis diligentiam disciplinæ,si indisciplinatos vel fugaueris,vel fugeris. vide ibidem latius in Floribus. li.3.c.7.de sollicitudine Prælatorū etiam agitur de disciplina in Floribus lib.

lib.3.ca.13.De summa disciplinæ est egregium caput in Floribus lib.3.c.19. De superfluo habitu sacerdotum.& c.20.De quorundã prælatorum crudeli ardore dominandi.In Florib.l.3.c.27.Contra Prælatos negligentes disc.non exstirpantes vitia. In Floribus li.6.c.19.ex lib.de consideratione. Vexatio dat intellectum auditui. Verum est si nimia non fuerit: Nam si sit nimia non planè intellectũ dat,sed contemptum.In Florib. li.8.c.52. ex serm. de Apostolo Petro & Paulo. Vtinam saperemus ad præsentis vitæ moderationem,vtinam intelligamus ad præteritæ correctionem,vtinam deuota in Deum fide prouideamus,vt fœlicem habeamus ipso miserante consummationem.

De Ecclesiastica disciplina,degradatione & excommunicatione.

Augustinus lib.3.contra literas Pelagiani c.37.38. & c.4.lib.3.ibidem.

De Censuris Ecclesiasticis epist.107.

De pœna Ecclesiastica epist.54. ad Macedonium. vide etiam epist.75. de Anathemate & excommunicatione,& an quis possit excommunicari ob alterius peccatum.Quod in Ecclesia nulla sit maior pęna excõmunicatione,c.15.l.de Correpț.& grat. August.ad Casulanum 86.habetur in ca.quisquis. 11.q.3.O di verbis Apostoli serm.18.Quisquis metu cuiuslibet potestatis veritatem occultat, aut disciplinam non administrat & iustitiam,irã Dei super se prouocat, quia magis timet hominem quam Deũ.Bernard.epi.256.ad Eug.Non est fortis vir cui nõ crescit animus in ipsa rerũ difficultate. D.Haymo Halberstattensis libr.8.Historiæ sacræ.

Interea

Interea nonus decimus annus erat Imperij Diocletiani, & incipit fieri persequutio in Christianos ab eo proxima iusto siquidē Dei iudicio & necessaria correctione, cùm iam multa libertate, multa indulgentia, vitiati sunt mores nostrorum & disciplina Ecclesiarum corrupta, dum fides nostra per diuersa dogmata scinditur & ob id vilescit, dum prælati & rectores, & duces populi humilitatis Christianæ & synceritatis obliti aduersum se odijs & contentionibus inflammantur.

Nimia laxidas disciplinæ est vna causa cur non proficiamus in clero & religione: sicuti enim serpens non in foramine lato, sed arcto veterem pellem deponit & se innouat; sic in monasterio illo mores seculares non deponuntur nec proficitur, vbi quisque secundum voluntatem suam viuere permittitur. Strenuum magisterium bonum causat discipulum & dat profectum, & vbi disciplinæ rigor ibi est religionis vigor. Mater insolentię & dissolutionis impunitas est excessus. In Roseto exercitiorum Ioannis Momburni in eruditorio exercitiorum. Alphabeto 8. ibidem Alphab. 9. Per tria Si, So. vi. Carthusia, manet in vi. Silentium, Solitudinem & Visitationem.

Gregorius in homilia super euangelium. Simile est regnum cælorum thesauro abscondito.

Quicquid iuueniliter hilarescit, in mente censura disciplinæ coerceat, vt dum sponte temporalia fugitis, æterna cum gaudio facilius capiatis.

In officio Ecclesiastico de D. Hieronymo correxit, statum totius mundi populi & cleri iuxta scripturæ sacræ normulas.

Lancilottus li.2. tit. de vita & honestate prælatorum.§.2.& ab improborum.& §.3.cũ leuitate. & §.4. præterea de officio Episcopi in corrigendo. Modus peccata redarguendi.c.si sacerdos 2.de officio Ordinarij.vide lib.3.Methodi cap.8.q.8.reg. 57.cum seqq.

Ne Clerici à correctione sui prælati ad laicos confugiant cauetur. 21.qu.5.in princip.cum seqq. & 11.q.3.c.si quis præbyter.

Quæ de virgine Ecclesia adhuc in corrupta dicuntur, quæ tamen postea fuit corrupta apud Duræũ lib.7.contra VVithakerum, ea non ad fidem sed ad mores & disciplinam pertinent. vide isto lib. 7.plura de priorum temporum incorrupta disciplina:tempore Constantini Magni, cùm nimium opibus Ecclesia crescceret.audita est vox puto Angelica in aere venenum in Ecclesiã effusum esse.

In vita S.Cuniberti vel in Sequentia Officij. Spiritalis disciplinæ,sanctitatis,doctrinæ norma factus plebibus.

De correctione per Archidiaconum Lancilottus li.1.tit. de officio Archidiaconi.c. corrigenda & tit. e. f. ibidem & de officio Archipræsbyteri.tit. IC. in Scholijs.

In vniuersa Morali philosophia, gradu 9. cap.52. lib.13.ab initio vsque ad finem de vtilitate correctionis Piccolominæus.

Lancilottus lib.1.tit.de sacerdotibus in inferiori gradu cõstitutis.§. præsbyterum autem b.qui sub nullius Episcopi disciplina dicuntur acephali.in glossa ibi.

Qui non debito loco reprehendit offendit.c. denique gl.dist.3.

Cunerus in tractatu de Indulgentijs fol. 371.

Vetustis PP. cognitę fuerunt Indulgentiæ vt ex Augustini epist. 180. Cypriano l. 3. epistolarum epistola. 15. 16. 18. & sermone de lapsis perspicuum est, sed tamen eas parcius vsurpabant propter vigentem tunc Ecclesiæ disciplinam.

Nisi esset in Ecclesia correptio & correctio periret tota religio citat id Bellar. ex August. in lib. de gratia & lib. arbi.

Lancilottus l. 3. folio 210. tit. de Appellationibus. §. Et ideò nec regulares cum pro aliquo excessu corrigendi fuerint contra regulã prælati sui vel capituli Disciplinam appellabunt, sed quod sibi pro salute iniungitur, humiliter suscipient. notatur in glossa si appellarent, non euaderent notam transgressionis obedientiæ. Abbas in cap. breui. de Iureiurando.

Alia foret ratio si excederetur nodus in illis coercendis vt habetur latè in c. 3. e. vide in eodem tit. fol. 707. §. Rursus ex Concilio Trid. sess. 13. in 1. decreto Litera H. Nam in causis visitationis & correctione ab Episcopo, seu illius in spiritualibus vicario generali antè definitiua sententiam appellatur.

Lancilottus lib. 5. fol. 205. Qui in multis offendit pœnæ multiplici subdatur, vide glossam, si lex noua inducat nouam pœnam, non censetur abrogare veterem sed potius accumulare. Flos arboris virtutum disciplina, & in fine Profectus virtutum in Roseto Spiritualium meditationum, ex Hugone in li. de arca Noæ. Denunciationis finis est correctio. Lancilot. l. 4. ti. 1. fol. 217. 6. lit. a.

Disci-

Disciplina & correctio non odij sed amoris est. sic S. Stephanus Actor. 7, cap. corripiebat & reprehendebat acerrimè Iudæos, & pro ijsdem tamen ex charitate orabat. Fulgentius lectione 5. ad S. Andream hoc egregiè tractat. in sua homilia. Non debet vltra progredi pęna quam repetiatur delictum ad dist. 1. in gloss. ad verba ius generale. De disciplina Prælati 45. dist. cùm beatus. Tom. 1. Bibliothecæ sanctæ, fol. 456. de iniusta excommunicatione. tom. 2. Bibliothecæ SS. Patrum Reuelationes Methodij de corrupta disciplina ac moribus nouissimorum temporum. to. 3. Bibliothecæ SS. Patrum. fol. 599. Gildæ sapientis præsbyteri. Correptio acris in nobilitatem & plebem Britaniæ fol. 578. eiusdem in ordinem Ecclesiasticum grauis correptio. fol. 599. Pręclarè S. Leo SS. Patrum venerabiles sanctiones eos demũ sacris administrationibus idoneos censuere, quorum omnis ætas à puerilibus exordijs vsque ad perfectiores annos per Disciplinę Ecclesiasticæ stipendia cucurrissent. c. miramur. 61. distinctione. Gabriel Palæottus in lib. de Consultationibus Consistorij, Contraria contrarijs euranda. Contrarijs remedijs etiam inordinationem venialem esse reparandam.

Correctio duplex, alia ex charitate, alia ex iustitia. Dorrectio vt est actus iustitiæ non est intermittendus, licet nullus emenoationis fructus sequatur, In eodem lib. de Consistorij Consultationibus idem Palæottus. Emẽdatores seu correctores longè ab ijs erratis abesse oportet, quę ab alijs quærunt propulsare: Gregorius Nazian. in Apol.

de fuga. Plutarchus in li. de discrimine adulatoris & amici, ne alioqui eis obijciatur: Medice cura teipsum, sic & in consistorio fiet, cùm continget agi de Discipl. Ecclesiastica restituenda. pulchrè Prosper Aquitanicus. Sumptuosis dapibus & crudis non potest laudare abstinentiam, quam calcat. Vitio cupiditatis addictus cupidus non potest dissuadere amorem pecuniæ, atq; ita de alijs Iunior annis potest esse moribus & discipl. conspicuus, vt Thobias fuit. De disciplinæ castigatricis necessitate Lensæus Belliolanus in Præfatione lib. de vnica religione retinenda, & agit de disciplina regum & principum contra hæreticos, tum in lib. prænominato, tum in li. contra libertatem conscientiæ, tum in libr. de sui ac Christianæ Reip. contra impium inuasorem defensione. D. Bernardus in libro de Præcepto & Dispensatione. Regulares nanque terminos, etsi sæpè dereliquerit non euadit, qui censuræ, quæ ex regula est disciplinam non subterfugit. Pars siquidē regulæ est regularis correctio, & in eo reperitur non solùm bonæ vitæ instructio, sed etiam emendātio pravæ. Inueniuntur in ea præcepta obedientiæ & inobedientiæ remedia, vt ne peccando quidem à regula recedatur, ex regula nanque emendatur crimina. Horat. Quid mores sine legibus proficiunt vani. Oleum vino admiscendū, ac virgæ emendationis dulcedo mannæ adiungenda. Gregor. 20. Moral. & in c. disciplina dist. 45. Exhortatio eadem non congruit omnibus, sed quæ alijs officit, alijs prodest. Driedo in lib. de captiuitate & redemptione humani generis folio 342. aliter admo-

admonendi sunt homines delicati ad pœnitentiam, aliter miserabiles & pauperes non habentes in hoc mundo quod delectet, idem ibid. & folio 351. & fol. 347. De vtilitate timoris & disciplinæ ad participandum fructum passionis Christi idem ibid. fol. 349. 350. 351. 352 355. 340. 357. Pulchrũ est ibi esse miseriam vbi fuit culpa. Driedo folio 108. Putare homines sceleratos non metu supplicij ad meliorem vitam coercendos, est contrariũ omnium Doctorum & Orthodoxorum Patrum senteutijs. Driedo fol. 361. In fine operum D. Bernardi tract. exstat de Morum institutione & ordine vitæ, aliàs de Disciplina puerorũ & Correct. Morum eiusdem tractatus de conuersione ad clericos, ca 31. & c. 13. Sermonum ad Milites templi.

Plura vide in Durando in Scrutinio Ordinandorum, in Speculo pio Spiritualium per varia capita, latè in Summa vitiorum & virtutum Peraldi, in Compendio IC. Francisci Gratiani, Hermetem Letmatium libr. 7. de restauranda religione, Albertum Pighium Controuersia 3. de Ecclesia de necessitate Disciplinæ, Prosperum Aquitanicum lib. 1. de Contemplatione per quatuor priora cap. D. Thomam & Aegidium Romanum in libris de Regimine Principum, Baronium to. 4. fol. 506. 508. 598. 267. 409. 373. 574 501. 633. 634. 448. 48. 49. 77. 85. 451. 432. 433. 434. 435 386. hæc & alia multa in fine l. 1. prætermissa sunt, vt omissa Præfatio ad Sereniss imos Principes Bauericos posset inferi, illa autem præclara multa & pulchra quæ ob Præfationem interpositam exempta sunt, attingam in libris de Politia contra Caluinistas.

REVERENDISSIMIS AC SERENISSIMIS PRINCIPIBVS AC DOMINIS D. ERNESTO S. ECCLESIAE COLONIENSIS Archiepiscopo Sacri Romani Imperij per Italiam Archicancellario Principi Electori &c. & Ferdinando Archiepiscopatus Colonienſis & Præpositurae Bergteſgadenſis Coadiutori & Administratori, Præposito Argentinenſi, Comiti Palatino, Rheni vtriusque Bauariæ Duci ſalutem in Domino.

REVERENDISSIMI *ac Sereniſſimi Principes patroni obſeruandiſſimi: Politiæ inſtitutio optimarumq; legum diſciplina idem eſt in Dioeceſi quod in naui gubernaculum, intendendi remittendique præcepta in harmonia, ordo in exercitu, anima in corpore. Vnde Athenæ tantoperè ab omnibus celebratæ quum hoc gubernaculum amplius regere & tenere non poſſent, tanquam deſtitutæ remis & gubernaculis quibuſuis fluctib. & tempeſtatibus iactatæ perierunt. Hinc etiam vetus illa Lacedæmon quum Lycurgæos modos numeroſque remitteret, tanquam harmonia quædam diſſoluta eſt. Hinc Romanorum exercitus potius quam Reſpub. ordine atque diſciplina militari, qua ſemper fortiores fuerunt, quam viribus relaxa-*

re laxata, priſtinam quoque gloriam & dignitatem perdiderunt. Denique hinc tot oppidorum hodie vbique iacent proiecta cadauera, quod regendi forma paulatim immutata, tandem vniuerſam politiam & diſciplinam tanquam animam amiſerint. Atque vt hæc multis Reſpub. & alijs ſocietatibus accidiſſe teſtatur, quæ Graci Romanique ſcriptores monimẽtis prodiderunt ita in ſacris monimentis & hiſtorijs Eccleſiã optimè inſtitutam, ordinatamque diſciplinam corrupiſſe & neglexiſſe legimus. At tanto quidem id maiore ſuo periculo, quod præter ea incommoda, quæ alijs ex bonarum legum amutatione ſolent contingere, Deum legislatorem ſemper experta eſt ſibi ſpretæ diſciplinæ vltorem atque vindicem imminere. Atq; vt tacitus præteream Iudaicæ ſynagogæ ruinas, quicunque Catholicæ Eccleſiæ hiſtoriam diligenter & attentè legerit, reperiet ſuperiorem temporum calamitatẽ. qui Eccleſ. Colon. quodammodo quaſi mortua per annos multos & proſtrata iacuit, quantum ad diſciplinã attinet, non aliunde ortam, quam à neglectis ſaluberrimis & Sanct. Diſcipl. inſtitutis, quibus à Chriſto & SS. Patribus & Antiſtibus ad omnem æternitatẽ fundabatur, quare mihi mirum videri ſolet tam paucos ſeriò de hac vita tuenda & conſeruanda cogitare, & doctrina Euang & Apoſtol. traditionibus Eccleſiaſt. tanquam bona valetudine contentos, de Diſciplina, qua eandem tueantur, ac vires ſimul & colorẽ acquirant, non magis eſſe ſollicitos. In Veſtris verò Celſit.

Serenissimi Principes restituendæ huius Diocæseos per bonam Disciplinam tam militarem quam Ecclesiasticam, omnis spes nostra post Deum & tutelares sita est. Iacuit Disciplina in hac Diocæsi longo iam tempore, visitationes Ecclesiarum fuerunt intermortuæ, vitia enormia cleri & populi passim impunè grassata sunt, optimi quiqúe irrisionibus, veneni propinationibus, contumelijs, opprobrijs dentatis famosis libellis, expositi fuere. Iustissimo Dei iudicio ab eo iam inde tempore, quo severa Archiepiscoporum, Archidiaconorum, & Archipresbyterorum Disciplina elanguit, visitationes emarcuerunt, quoniam prælati suo officio defuerunt, vertex & apex supremus omnium Prælatorum præstantissimus. Prælatus Christus negligentiam Prælatorum supppleuit & tot calamitatibus, bellis, hæresibus, fame, peste, seditionibus, sterilitatibus, frugum & vinearum vicinorum hæreticorum, Belgarũ incursionibus & depræda tionibus hanc Diocæsin Colonien sem adeò severè visitauit, & ad extremam pene inopiam redacta ex tot tantisqúe afflictionibus necdum respirare aut conquiescere posit. Hæc enim est iustissimæ Dei disciplina, de quæ totum vetus & nouum testamentum tam præclarè loquitur, vt latissimè à me lib. 3. cap. 20. 21. 22. 23. productis tabulis ordine percurrendo singulos libros vtriusque testamenti demonstratum est. Hanc igitur disciplinam languidam restituere, mortuam resuscitare, obliteratam renouare, extinctam reaccendere Serenissimi Principes vestrarum partium erit, hæc vestra vocatio, hoc institu-

Gabriel Palæottus in Archiepiscopali Bononiensi, par. 18. copiosè de officijs episcoporum lib. 1.

institutum, hoc propositum. Atque in eare Serenissimas Celsitudines Vestras gnauiter & seriò elaboraturas, disciplinamque constanter administraturas promittit nobis haroica vestra indoles, pollicetur Principibus digna à teneris incunabulis adhibita optima ad omnem doctrinæ, virtutis & pietatis cultum educatio. Excitat i magnam sui admirationem Serenissime C.V dum præcipuas Germaniæ & Italiæ vniuersitates & Metropolitanas Ecclesias excolendi ingenij & pietatis maioris acquirendæ causſa percurrit, peruasit, peragrauit, omnia loca laudis ſuæ gloria impleuit. Testis est mater Ecclesiæ Roma quæ abiectam C. V. ad pedes Sanct. S. disertè perorantem in illa ætate summoperè est admirata. Agnoscit Colo. Academia, in qua ornatis copiosisq; orationibus iuuentutem ipsam studiosam omnesque Academicos sæpe in sui admirationem pertraxit. Fatentur idem Moguntica Treuerensis, Herbipolensis & maximè domestica ac propria Engelstadiensis vniuersitates, in quibus non modò præclarum Declamationum, sed & publicarum ex omni genere philosophiæ tractatarum & defensarum quæstionum grauissima documenta ad omnem posteritatem promanatura extant. Nihil dicam de assiduitate piæ & continuæ residentiæ in diuersis Metropolitanis Ecclesijs, nihil de deuotione, nihil de studijs cum pietate coniunctis, nihil de bonis exemplis alijs Comitibus & Ducibus datis, quibus arsit tanquam lucerna in candelabro, tanquam ciuitas supra montem posita, nihil de congregationibus & pijs so-

cietatibus ac Confraternitatibus cultui, ijs piè communicando & se præsentem sistendo, nihil quam alijs Comitibus, Barombus, Ducibus præluxerit & albus (quod aiunt) equis alijs æqualibus præcurrerit. Prætereo tacitus ne assentari videar, ideoq; amplificare nolo maximam clementiam & beneficentiam, pietatem, humilitatem & prudentiã C.V. quæ virtutes viro Principe dignissimæ sunt, quas non ideo duntaxat in V.C. admiror, quod eas tantoperè prædicet in Cæsare M. Tullius, sed quod sacræ literæ passim eas præ reliquis virtutibus in Principibus tantoperè commendent, præsertim si hostibus & persequutoribus parcant & ignoscant, vt multis exemplis demonstrauit, inter opera spiritualia misericordiæ referant & annumerent. Quanta valeat dexteritate in cõuersatione cum Principibus virũ, etiam alterius religionis vel moderatio animis emolliendis & mitigandis, vel etiam pertinacibus conuincendis, & ad gremium Ecclesia adducendis frequens experientia docuit & omnium prudentiorum voces & linguæ publicè clamant. In postremis Comitijs Imperialibus tota spectante Germania generosissimum & heroicum verè magnanimi Principis Electoris animum multis præclaris rebus pro Catholica religione gestis & grauissimam auctoritatem etiam contra hæreticos Principes ostendit Cæsareæ Maiestati fidelissimus Elector adfuit, cuiusdam noui Lutheranorum Pontificis seu Patriarchæ insolentem & temerariam audaciam animosè repressit. Multarum doctarum & peregrinarum lin-

In oratione pro Marcello Prouer. 27.

guarum

guarum, variarum scientiarum & artium cognitionem, variam lectionem, memoriam incredibilem, dotes heroicas & planè diuinas in communi vita conuersandi dexteritatem quis pro me meritò dignè explicauerit? quæ dotes tantæ tamque eximiæ sunt, vt propemodum omnibus alijs electoribus Principibus palmam præripere à multis non temerè existimetur. Tanta autem est humilitate, benignitate & amabili affectu in suum sanguinem, vt cum alioqui iuxta hemistichium Lucani omnis potestas impatiens sit consortis, S. Celsit. non ægrè patiatur, nec iniquo animo ferat (cum iuxta philosophos subalternantia non pugnent) se à suo nepote in grauissima gubernationis sarcina seruata concordia subleuari, adeò ab omni arrogantia paganorum principum Christianus princeps est alienus. Neque verè saluberrimum consilium summi Pontificis Clementis 8 & Reuerend. Celsi. V. Reuerendorum atq; Illustrium Metropolitanorum Dominorum adeò improbandum ac vituperandum est, vt nonnulli existimant, quod videlicet nepotem ex fratre Collegam & Coadiutorem in difficillima & latè patente hoc perniciosissimo tempore huius prouinciæ & Diocæseos administratione sibi ascuerit & cooptauerit collegam, cum neq; nouū hoc neq; inusitatum, neq; inauditum sit. Apud Romanos (vt nihil dicam de exemplis & historijs Iuris Canonici pene infinitis similibus de datis & constitutis à Pontificibus Coadiutoribus) post eiectam tyrannidem & regiam potestatem in secunda mutatione Reipubl. Romanæ, an non duo Coss. creati sunt, qui simul imperarent Anno ab V.C.

Carolus Sigonius in Com. ad fast. consulares.

244. & Anno ab V. C. 708. honorarij etiam Cos. creati, qui honoris duntaxat gratia surrogabantur? Nunquid simili planè ratione & modo anno Christi 172. sub M. Aniceto Pontifice Antoninus Philosophus, qui Pio successit, initio Imperij creauit Lucium Verum Collegam & socium Imperij? An non tunc primum duo Augusti regnare cœperunt, & Romanum imperium tulit duos æquo iure imperantes, cùm antea singulos tantum semper habuisset Augustus. Etenim Anthoninus Philosophus inter se & fratrem imperium æqualiter partitus est, vt docet Eutropius libr. 8. Iulius Capitolinus in M. Antonino; id si in consulibus & imperatoribus Romanis valuit, cur in Archiepiscopis & Episcopis minus obtinebit? Obtestor autem V. C. enixissimè per omnia Musarum sacra, vt sicuti hactenus mea studia fouerunt, protexerunt beneuolentia summoq; fauore prosequutæ sunt, singularique etiam priuilegio ornarunt; ita deinceps hoc mihi priuilegium conseruare & augere, atque ad reliquas lucubrationes meas & monumenta in lucem proferenda, nempè Commentarios Ecclesiasticos de explicatione Missalis & Breuiarij iam diu absolutos, Animaduersiones contra Ioannis Caluini Truchsesianas Institutiones propemodum perfectas, Confutationes Disciplinæ & Politiæ Caluinianæ, cum in diuersis eorum editis libris tum in M.S. tam Belgicis, quam Gallicis Synhodis comprehensæ, iam quoque ad vmbilicum ferè deductas. Denique Syntagmata Antiquitatum Ecclesiasticarum contra Caluinistas ex Annalibus Illustriss.

strißimi Card. Cæsaris, Baronij summo adhibito delectu breuiter excerpta, quæiam describuntur, Catholicæ Ecclesiæ communicanda calcar addere, alacrioresque reddere velint. Dabo enim operam vt eo nomine, quo me licet indignißimum C. V. exornauit, vt S. C. Theologus appeller me magis magisque dignum quotidie præstare posßim. Deus Optimus Maximus Vestras Celsitudines pro legitima ordinataque gubernatione huius Diocæseos Colonienßis ad collapsa restituenda ruinosa erigenda per multos annos incolumes tueatur. Datum Coloniæ ex Collegio S. Andreæ Anno Domini 1598. ipßis Kal. Iunij.

Vestrarum Serenißimarum Celsitudinum

humillimus semper cliens

Cornelius Schultinge
Steinvvich.

DE

DE DISCIPLINA ECCLESIASTICA

LIBER SECVNDVS.

CAP. I.

Ex Concilijs & decretis.

EX Concilijs Ecclesiasticis grauissimæ auctoritates & testimonia selectissima de disciplina Ecclesiastica, iuxta an ctiones Eccl esiasticas D. Iouerij Parisiensis, ac primum desinuntur testimonia ex Classe prima Oecumenicorum Conciliorum sectione prima, ad rationem Methodi quartam cap. 7. propositam supra. lib. 1.

Ex Concilio Ephesino Canone 8. Communib. malis maior curatio adhibenda est, cùm maiora detrimenta adferant.

Ex Concilio Constantinopolitano 1. Canon. 3. Ineptum enim est, vt alijs benè precetur, qui necesse habet sua curare vulnera.

Ex Concilio Constantinopolitano quarto. Cæterùm, non est omninò necesse, negotia fidei ex professo in concilijs generalibus agi, satis est de his tractaei quæ spectant bonos mores & Ecclesiæ hierurchiam, quæ ad rectam fidem conseruandam conducunt maximè. Ex eodem Concilio Canone 1. à Gratiano citato. Si quis semel notatus fuerit inuidiæ vel contentionis vitio, & rursus in hoc ipsum inciderit, sciat se primam causam, ex qua inuidia vel contentio nascitur in interioribus

bus medullis habere reconditam. Oportet ergo eum per contraria atque diuersa curari. id est, per humilitatis exercitiſtm. Exercitia verò humilitatis sunt si se vilioribus officijs subdat, & ministerijs indignioribus tradat ita namque arrogantiæ & humanæ gloriæ vitium euitari vel curari poterit, vt in consuetudinem humilitatis affectus vltra iam non incidat in arrogantiæ & vanæ gloriæ delictum, sed in singulis huiusmodi vitijs cura similis adhibeatur.

Ex Concilio Lateranensi Canone septimo. Irrefragabili constitutione sancimus, vt Ecclesiarum Prælati ad corrigendum subditorum excessum maximè Clericorum, & reformandum mores prudenter & diligenter intendant, ne sanguis eorum de suis manibus requiratur. Vt autem correctionis & reformationis officium liberè valeant exercere, decernimus, vt executionem ipsius nulla consuetudo vel appellatio valeat impedire, nisi excesserint talibus obseruanda. Excessus tamen Canonicorum Ecclesiæ Cathedralis, qui consueuerunt corrigi per capitulum, per ipsum in ipsis Ecclesijs (quæ talem hactenus consuetudinem habuerunt) ad commonitionem & iussionem Episcopi corrigantur iofra terminum competentem ab Episcopo præfigendũ. Alioquin ex tunc Episcopus dominum habens præ oculis, omni contradictione cessante ipsos prout animarum cura exegerit, per censuram Ecclesiasticã corrigere non postponat.

Sed & alios eorum excessus corrigere non omittat, prout animarum cura requirit, debito

tamen

tamen ordine in omnibus obseruato. Cæterùm si Canonici absque manifesta & rationabili causa, maximè in contemptum Episcopi, cessauerint à diuinis, Episcopus nihilominus si voluerit, celebret in Ecclesia eadem. & Metropolitanus ad quę relam ipsius tanquam super hoc delegatus à nobis taliter eos per censuram Ecclesiasticam cognita veritate castiget, quod pœnæ metu talia de cætero non præsumant. Prouideant itaque diligenter Ecclesiarum prælati, vt hoc salutare statutum ad quæstum pecuniæ, vel grauamen aliquod non conuertant: sed illud studiosè ac fideliter exequantur, si canonicam voluerint effugere vltionem, quoniam super his Apostolica sedes, autore Domino, attentissimè vigilabit.

8. Qualiter & quando debeat prælatus procedere ad inquirendum & puniendum subditorum excessus, ex autoritatibus noui & veteris Testamenti colligitur euidenter, ex quibus postea processerunt canonicæ sanctiones, sicut olim apertè distinximus, & nunc sacri approbatione Concilij confirmamus. Legitur enim in Euangelio, quod villicis ille, qui diffamatus erat apud dominum suum, quasi dissipasset bona sua audiuit ab illo: Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ, iam enim non poteris villicare. Et in Genesi Dominus ait: Descendam & videbo, vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint. Ex quibus auctoritatibus manifestè comprobatur, quòd non solùm cum subditus, verumetiam cùm prælatus excedit, si per clamorem & famam ad aures superioris peruenerit, non quidem à malleuolis

leuolis & maledicis sed à prouidis & honestis, nec semel tantùm, sed sæpè (qui clamor innuit, & difformatio manifestat) debet coram Ecclesiæ senioribus veritatem diligentius perscrutari, & si rei poposcerit qualitas, canonica districtio culpam feriat delinquentis, non tanquam sit autor & iudex, sed quasi deferente fama vel denunciante clamore, officij sui debitum exequatur. Licet autem hoc sit obseruandum in subditis, diligentius tamen obseruandum est in prælatis, qui quasi signum sunt positi ad sagittam. Et quia non possunt omnibus complacere, cùm ex officio teneantur, non solum arguere, sed etiam increpare, quin etiam interdum suspendere, nonnunquam verò ligare, frequenter odium multorum incurrunt, & insidias patiuntur. Ideò sancti Patres prouidè statuerunt, vt accusatio prælatorum non facilè admittatur, ne concussis columnis corruat ædificium: nisi diligens adhibeatur cautela, per quam non solum falsę, sed etiam malignæ criminationis ianua præcludatur. Verùm ita voluerunt prouidere prælatis ne criminarentur iniustè, vt tamen cauerent ne delinquerent insolenter contra morbum, vtrumque inuenientes congruam medicinam: videlicet vt criminalis accusatio, quæ ad diminutionem capitis (id est degradationem) intendit, nisi legitima præcedat inscriptio nullatenus admittatur.

Sed cùm super excessibus suis quisquam fuerit informatus, ita vt iam clamor ostendit, qui diutius sine scandalo dissimulari non possit, vel sine periculo tolerari, absque dubitationis scrupulo,

ad inquirendum & puniendum eius excessus, nó ex odij fomite, sed charitatis procedatur affectu, quatenus si fuerit grauis excessus etsi non degradetur ab ordine, ab administratione tamen amoueatur omninò, quod est secundum Euangelicam sententiam à villicatione villicum amoueri, qui nõ potest villicationis suæ dignã reddere rationem. Debet igitur esse præsens is, contra quem facienda est inquisitio, nisi se per contumaciam absentauerit, & exponenda sunt illi capitula, de quibus fuerit inquirendum, vt facultatem habeat defendendi seipsum. Et non solum dicta sed etiam nomina testium sunt ei, vt quid vel à quo sit dictum appareat publicanda: nec non exceptiones & replicationes legitimè admittendæ, ne per suppressionem nominum infirmandi, per exceptionum verò exclusionem, deponendi falsum audacia præbeatur.

Ad corrigendos itaq; subditorum excessus tanto diligentius debet prælatus assurgere, quanto dãnabilius eorum offensas desereret incorrectas: contra quos vt de notorijs excessibus taceatur, etsi tribus modis possit procedi, per accusationem videlicet denunciationem & inquisitionem eorum, vt tamen in omnibus diligens adhibeatur cautela, ne fortè per leue compendiũ, ad graue dispendium veniatur: sicut accusationem legitima præcedere debet inscriptio, sic & denunciationem charitatiua admonitio, & inquisitionem clamosa insinuatio præuenire, illo semper adhibito moderamine, vt iuxta formam iudicij sententiæ quoque forma dictetur. Hunc tamen ordi-

ordinem circa regulares personas non credimus vsque quaque seruandum, quæ cum causa requirit, facilius & liberius à suis possunt administrationibus amoueri. Ex eodem Concilio Canone 12. In singulis regnis siue prouincijs fiat de triennio in triennium, saluo iure diœcesanorum Pontificum, commune Capitulum Abbatum atque Priorum, Abbates proprios non habentium, qui nõ consueuerunt tale capitulũ celebrare ad quod vniuersi conueniant, præpeditionem canonicam non habentes apud vnum de monasterijs ad hoc aptum: hoc adhibito moderamine, vt nullus eorũ plus q̃ sex euectiones & octo personas adducat. Aduocent autem charitatiuè in huius nouitatis primordijs duos Cistertienſis ordinis Abbates vicinos ad præstandum sibi consilium & auxilium opportunum, cùm sint in huiusmodi capitulis celebrandis ex longa consuetudine plenius informati. Qui absq; contradictione duos sibi de ipsis associent quos viderint expedire. Acipsi quatuor præsint capitulo vniuerso, ita qui ex hoc nullus eorum auctoritatem prælationis assumat: vnde cũ expedierit, prouida possint deliberatione mutari. Huiusmodi verò capit. aliquot certis diebus continuò iuxta morẽ Cistertienſium celebrẽtur, in quo diligẽs habeatur tractatus de reformatione ordinis & obseruantia regulari, & quod statutum fuerit, illis 4. approbantibus, ab omnibus inuiolabiliter obseruetur omni excusatione & cõtradictione ac appellatiõe remotis, prouiso nihilominus, vbi sequẽti termino debeat ca. celebrari: & qui conueniunt vitã ducant communẽ & faciant proportionabiliter simul oẽs cões expensas

ita qui si non potuerint in eisdem saltem plures simul in diuersis domibus commorentur. Ordinentur etiam in eodem capitulo religiosæ ac circumspectæ personæ, quæ singulas abbatias eiusdem regni siue Prouinciæ non solùm Monachorum, sed etiam monialium, secundum formam sibi præfixam, vice nostra studeant visitare corrigentes & reformantes, quæ correctionis & reformationis officio cognouerint indigere: ita quod si rectorem loci cognouerint ab administratione penitus amouendum denuncient Episcopo proprio, vt illum amouere procurent, qui si non fecerit, ipsi visitatores hoc referent ad Apostolicã sedem examinandum. Hoc ipsum regulares canonicos secundum ordinem suum volumus & præcipimus obseruari. Si verò in hac nouitate quicquam difficultatis emerserit, quæ per prædictas personas nequeat expediri, ad Apostolicę sedis iudicium, absque scandalo referatur: cæteris irrefragabiliter obseruatis, quæ concordi fuerint deliberatione prouisa. Porrò Diocœsani Episcopi monasteria sibi subiecta ita studeant reformare, vt cùm ad ea prędicti visitatores accesserint, plus in illis inueniant quod commendandũ, quam quod correctione sit dignum: attentissimè præcauentes ne per eos dicta monasteria indebitis oneribus aggrauentur. Quia sic volumus superiorum iura seruari, vt inferiores nolimus iniurias sustinere. Ad hoc districtè præcipimus tã diœcesanis Episcopis, quam personis quæ prędicunt capitulis celebrandis, vt per censuram Ecclesiasticam appellatione remota compescãt ad-

uocatos

uocatos, patronos, vicedominos, rectores & consules, magnates & milites, seu quoslibet alios ne monasteria præsumant offendere in personis ac rebus. Et siforsitan offenderint eos ad satisfactionem compellere non omittant, vt liberius & quietius omnipotenti Deo valeant famulari.

13. Ne nimia religiosorum diuersitas grauem in Ecclesia Dei offensionem inducat, firmiter prohibemus, ne quis de cætero nouam religionem inueniat. Sed quicunque voluerit ad religionem conuerti vnam de approbatis assumat. Similiter qui voluerit religionis domum fundare de nouo regulam & institutionem accipiat de religionis approbatis. Illud etiam prohibemus, ne quis in diuersis monasterijs locum Monachi habere præsumat, nec vnus Abbas pluribus monasterijs præsidere.

14. Vt Clericorum mores & actus in melius reformentur, continenter & castè viuere studeant vniuersi præsertim in sacris ordinibus constituti ab omni libidinis vitio præcauētes, maximè illo propter quod ira Dei venit de cœlo in filios diffidentiæ quatenus in conspectu Dei omnipotentis, puro corde ac mundo corpore valeant ministrare. Ne verò facilitas veniæ incētium, tribuat delinquendi: statuimus, vt qui deprehensi fuerint incontinentiæ vitio laborare, prout magis aut minus peccauerint, puniantur secundùm canones sanctiones: quas efficacius & districtius præcipiemus obseruari, vt quos diuinus timor à malo non reuocat, temporalis saltē pœna à peccato cohibeat. Si quis igitur hac de causa suspen-

sus, diuina celebrare præsumpserit.non solũ Ecclesiasticis beneficijs spolietur, verumetiam pro hac duplici culpa, perpetuò deponatur. Prælati verò, qui tales præsũpserint in suis iniquitatib. sustinere, maximè obtentu pecuniæ vel alterius cõmodi temporalis pari subiaceant vltioni. Qui autem secundum religionis suæ morem non abdicarunt copiam coniugalem, si lapsi fuerint, grauius puniantur, cùm legitimo matrimonio possint vti. 15. A crapula & ebrietate omnes clerici diligenter abstineant, vnde vinum sibi temperẽt, & se vino:nec ad bibendum quispiam incitetur, cùm ebrietas mentis inducat exitium, & libidinis prouocet incentiuum. vnde illum abusum decernimus penitus abolendum, quo in quibusdã partibus ad potus æquales suo modo se obligant potatores: & ille iudicio talium plus laudatur, qui plures inebriat, & calices fœcũdiores exhaurit. Si quis autem super his culpabilem se exhibuerit, nisi à superiore commonitus satisfecerit competenter, à beneficio vel officio suspendatur. 16. Clerici officia vel commercia secularia non exerceant maximè inhonesta nimis, ioculatorib. & histrionibus non intendant: & tabernas prorsus euitent: nisi fortè causa necessitatis in itinere constituti. Ad aleas vel taxillos non ludant, nec huiusmodi ludis interfint: coronam & tonsuram habeant congruentem, & se in officijs diuinis, & alijs bonis exerceant studijs diligẽter. Clausa deferant desuper indumẽta, nimia breuitate vel longitudine, non notanda. Pannis rubeis aut viridib. nec non manicis aut subtalaribus consumtitijs, seu

seu rostratis frenis, sellis, pectoralibus & calcaribus deauratis, aut aliam superfluitatem gerentibus, non vtantur. Cappas manicatas ad diuinum officium intra Ecclesiam nulli gerant, sed nec alibi, qui sunt in sacerdotio vel personatibus constituti, nisi iusti causa timoris exegerit habitum transformari. Fibulas omnino non ferant, neque corrigias auri vel argenti ornatum habentes, sed nec annulos, nisi quibus competit ex officio dignitatis. Pontifices aũt in publico & in Ecclesia super indumentis lineis omnes vtantur, nisi Monachi fuerint, quos oportet deferre habitũ Monachalem, pallijs diffibulatis non vtantur in publico, sed vel post collum, vel antè pedes hinc inde connexis. Ex eodem Can. 33. Procurationes quæ visitationis ratione debentur Episcopis Archidiacon. vel quibuslibet alijs etiã Apostolicæ sedis legatis, aut nuncijs, absque manifesta & necessaria causa nullatenus exigantur, nisi quando pręsentialiter officium visitationis impendunt: & tunc euectionum & personarum mediocritatem obseruent, in Lateranensi concilio definitam. Hoc adhibito moderamine circa legatos & nuncios, vt cũ oportuerit eos apud aliquem locum moram facere necessariam, ne locus ille propter illos nimium aggrauetur, procurationes recipiat moderatas ab alijs Ecclesijs vel personis quæ nondum fuerunt de suis procurationibus aggrauatę, ita quod numerus procurationum numerum dierum, quibus huiusmodi moram fecerint, nõ excedat: & cũ aliqua nõ suffecerit per ipsam duæ vel plures coniungantur in vnam. Porrò visitationis officium exercẽtes non quærant quæ sua, sed quæ Iesu Christi: prædicationi & exhortatioĩ & correctioni & reformationi vacando, vt fructu referant qui non perit. Qui autem contra hoc venire

præsumpserit & qui acceperat reddat, & Ecclesijs quæ taliter aggrauantur, tantundē impendat.
34. Quia Prælati plerique vt procurationem aut seruitium aliquod impēdant legato, vel alij plus extorquent à subditis quam exoluant; & in eorum damnis lucra sectantes, quærunt prædam potius quàm subsidium in subiectis, id de cætero fieri prohibemus. Ex eodem Canone 49. Sub interminatione diuini iudicij penitus interdicimus, vt causa cupiditatis nullus audeat excōmunicationis vinculo aliquem innodare, vel absoluere innodatum, in illis maximè regionibus in quibus ex consuetudine cùm excommunicatus absoluitur, pecuniaria pœna mulctatur, statuentes vt cum excommunicationis sententiam iniustam fuisse constiterit excommunicator ad restituendam pecuniam sic extortam, per censurā Ecclesiasticam compellatur, & nisi probabili fuerit errore deceptus, tantundem iniuriam passo persoluat: & si fortè soluendo non fuerit, animaduersione alia castigetur. Canone 60. Ascendentibus ad nos de diuersis mundi partibus Episcoporum querelis intelleximus graues & grandes quorundam Abbatum excessus, qui suis finibus non contenti, manus ad ea quæ sunt Episcop. dignitatis extendunt: de causis matrimonialibus cognoscendo, iniungendo publicas pœnitentias concedendo, indulgentiarū literas & similia præsumendo: vnde contingit interdum, quod vilescat authoritas apud multos. Volentes igitur in his Episc. dignitati, & Abbatum prouidere saluti præsenti decretò firmiter prohibemus, ne quis Abbatū ad talia se præsumat extendere, si propriū voluerit perieu-

periculũ euitare, nisi fortè quisquam eorũ speciali concessione, vel alia legitima causa huiusmodi valeat se tueri. Ex concilio Constantiensi, Sess. 39. Statutũ de cõcilijs generalibus erga futura schismata edicto perpetuo sancimus & ordinamus, vt amodo concilia generalia celebrentur, ita qui primùm à fine huius concilij in quinquennium immediatè sequens: Secundùm verò à fine illius in septennium, & deinceps de decennio in decennium perpetuò celebrẽtur in locis, quæ summus Pontifex per mensem ante finem cuiuslibet concilij, approbante & consentiente concilio, vel in eius defectu ipsum concilium deputare & assignare teneatur, vt sic per quandam continuationem semper aut concilium vigeat, per termini pendentiam expectetur, quæ terminum liceat summo Pontifici de suorum fratrum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio ob emergentes fortè casus abbreuiare, sed nullatenus prorogetur. Locum autem pro futuro celebrando concilio deputatum absque euidenti necessitate non mutet. Ex eodem: Sessione 40. Sacrosancta generalis Synodus Constantiensis in Spiritusancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiam repræsentans statuit & decreuit, quod futurus Romanus Pontifex per Dei gratiam de proximo assumendus cum hoc sacro concilio, vel deputandis per singulas nationes debeat reformare Ecclesiam in capite, & in membris & curiam Romanam secundum æquitatem, & bonum regimẽ Ecclesiæ, antequam hoc concilium dissoluatur super materijs articulorum, alias per nationes in

reformatorio oblatorum, quæ sequentur. Primò de numero, qualitate & natione dominorum Cardinalium. Item de reseruationibus sedis Apostolicæ. Item de Annatis communibus seruitijs & minutis. Item de collationibus beneficiorum & gratijs expectatiuis. Item de confirmationibus electionum. Item de causis in Curia Romana tractandis vel non. Item de appellationibus ad Romanam curiam. Item de officijs cancellariæ & pœnitentiariæ. Item de exemptionibus & incorporationibus tempore schismatis factis. Item de commendis. Item de fructibus medij temporis. Item de non alienandis bonis Romanæ Ecclesiæ. Item propter quæ & quomodo Papa possit corrigi & deponi. Item de extirpatione simoniæ. Item de dispensationibus. Item de prouisione Papæ & Cardinalium. Item de indulgentijs. Item de decimis. Hoc adiecto quod facta per nationes deputatione prædicta, liceat alijs de licentia Papæ liberè ad propria remeare. Ex eodem Concilio, Canone 7. Frequens generalium Conciliorum celebratio agri Dominici cultura est præcipua, quæ vepres, spinas, tribulos, hæresum & errorum & schismatum extirpat, excessus corrigit, deformata reformat, & vineam Domini ad frugem vberrimæ fertilitatis adducit. Illorum verò neglectus, præmissa disseminat atque fouet: hæc præteritorum temporum recordatio, & præsentium consideratio, ante oculos nostros ponunt. Ea propter hoc edicto perpetuò sancimus, decernimus & ordinamus, vt amodò concilia generalia celebrentur; ita quod primùm à fine huius

concilij in quinquennium immediatè sequens: secundum verò à fine illius immediatè sequentis concilij in septennium, & deinceps de decennio in decennium perpetuò celebrentur, in locis quæ summus Pontifex per mensem ante finem cuiuslibet concilij, approbante & consentiente concilio, vel in eius defectum, ipsum concilium deputare & assignare teneatur, vt sic per quandam continuationem semper, aut concilium vigeat, vt per termini pendentiam expectetur, quem terminum liceat summo Pontifici de fratrum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio, ob emergentes fortè casus abbreuiare; sed nullatenus prorogetur.

Ex eodem Concilio, Canone decimo quinto. Inter cæteros Prælatorum & Clericorum excessus hoc maximè inoleuit, quòd spreta in vestibus forma Ecclesiasticæ honestatis, plurimi delectantur esse deformes, & cupiunt laicis conformari quodque mente gerunt, habitu confitentur.

Vnde præter cætera quæ circa vestes, tonsuram & habitus clericorum tam in formis quam in coloribus, atque comam seu capillos, vitamque & honestatem clericorum iura statuunt, & quæ nimium collapsa sunt tam in secularibus quam in regularibus: sacro approbante concilio innouamus, & præcipimus diligentius obseruari illum specialiter abusum (eodem approbante concilio) decernimus penitus abolendum, quod in quibusdam partibus nonnulli clerici

rici & personæ Ecclesiasticæ, seculares & regulares, etiam qui magis execramur prælati Ecclesiarum, manicas ad cubitum pendentes, & longas cum magna sumptuosa superfluitate vestes etiam fissas retro, & in lateribus cum fodraturis vltra oram excedentibus etiam in fissuris deferunt, & cùm talibus in Ecclesijs cum suppellicijs ac alijs vestibus ad cultum & officium Ecclesiasticum ordinatis, etiam intra Ecclesias ipsas, in quibus beneficiati existunt, non verentur diuinis officijs interesse. Hanc vestium deformitatem in quibuscunque personis Ecclesiasticis reprobamus, ac vsum talium inhibemus: contrarium autem facientes vt transgressores canonum puniantur: specialiter statuentes, vt quicunque beneficiatus aut officium in Ecclesia gerens, in habitu huiusmodi diuinis officijs præsumpserit interesse, pro qualibet vice à participatione prouentuũ Ecclesiasticorum per mensem nouerit se suspensum: fructuosa illi fabricæ illius Ecclesiæ applicentur.

Ex Concilio Basilienſi: Sessione 28. Decretis Synodalibus conciliorum generalium, neruus regulæ Ecclesiasticæ ac disciplinæ salutaris innititur. Ex eodem Concilio, Sess. 29. Et sperandum est, vbi reipsa plenius digesta summa, Pontifex effectum citationis huius aduerterit in quærenda ipsius & aliorum salute versari, vt languor acerrimus à corpore mystico Ecclesiæ depellatur, non adeò aduersus citationem ipsam succensebit: quę etsi aliquid amaritudinis more salubris medicinæ in primo gustu ferre videatur: eam tamen in nouissimis iucundam & salutiferã esse Deo aspirante

rante perſentiet, nec eam bono publico aut charitati aduerſam: imò potius ſuæ ſaluti ac Eccleſię neceſſitati accommodam fuiſſe cognoſcit: verò tale aliquid priora ignoraſſe ſecula commemorat, ſi rerum geſtarum procurat hiſtorias: non ſtatim ſummos Pontifices de corrigendis defectibus fuiſſe admonitos conſpiciet, ſed etiam depoſitos à Papatu, ac etiam nonnullis obedientiam ex multis cauſis fuiſſe ſubtractam. Sed ſi abuſuum incrementa nunc vigentia: ſi longam & fortem aduerſus ſanctam Synodum & reformationem Eccleſiæ reſipiſcentiam perſeuerantē, quæ priora ſecula ignorarunt inaduertat: nihil admirabitur huius citationis nūc repertum fuiſſe antidotum. Ex eodem Concilio, Seſſione 30. Sed quod cum dolore referimus, ipſe Dominus Eugenius infra aſſignatum terminum, neque per ſe neque per aliū comparere voluit: aut minimum excuſationem, ſi quam haberet tranſmittere, immò correctionem effugere volens diſſolutionem & translationem concilij, quod de iure non poterat de facto pendente termino attentauit. Ex eodem Concil. Seſſione 34. Hæc ſancta Synodus Baſilienſis in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans neceſſarium eſſe iudicans, vt cui pia non prodeſt correctio debita, non parcat abſciſſio. Ex Concilio eodem, Seſſ. 35. Sacroſancta generalis Baſilienſis Synodus &c. Ad perpetuam rei memoriam ſollicitudinem generalium Conciliorum, quorum frequens celebratio agri dominici præcipua cultura eſt, maximè fieri decet vt euellent, & deſtruant vepres & tribulos errorum:

rorum : ædificentque & plantent sanam doctrinam veritatis, per quam animæ hominum nutriuntur in salutem. Quod attendens hæc sancta Synodus, volensque errores varios aduersus Euangelicam veritatem, & determinationes Ecclesiæ pullulantes extinguere tres Catholicas veritates fidei cordibus omnium Christianorum per solenne decretum suæ sessionis firmius inserere curauit : cuius decreti tenor talis & sacrosancta generalis Basilien. &c. Ad perpetuam rei memoriam. Sicut vna est Christi Ecclesia ita &c. vt habetur in 33. Sessione. His sic præmissis insuper prouidendum fuit, vt ea rescinderentur sarculo Ecclesiasticæ sollicitudinis, quæ in aduersum errata sunt.

Ex Basilienſi concilio, Sessione 41. Hæc sancta Synodus necessarium esse iudicans : vt cui pia non proderat correctio, debita non parceret abscissio. Ex eodem Concilio Sessione 45. & vlt. Animaduertãt patres de concilio verba illa quæ scribuntur, in Paralipomenon : videte quid faciatis, non enim hominis exercetis iudicium, sed Domini: & quodcunque iudicaueritis, in vos redundabit. Sit timor Domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite. Meminerit ergo quilibet iuramenti in receptione sua ad sacrum concilium præstiti, videlicet quod salubre concilium dabit secundùm Deum, & conscientiam suam. In hoc loco vbi de communi totius Christiani populi salute agitur, omnis minima culpa, maxima est, in districto Dei iudicio seueriter plectenda.

Ex Ba-

Ex Basilienſi Concilio, Seſſione 19. Canone vndecimo. Quicunque clericus cuiuſcunque ſtatus, conditionis, religionis, dignitatis, etiamſi Pontificalis vel alterius præeminentiæ exiſtat, qui poſt huius conſtitutionis notitiam, quam habere præſumatur, per duos menſes poſt publicationem eiuſdem, in Eccleſijs cathedralibus, quam ipſi diœceſani omninò facere teneantur: poſtquam eadem conſtitutio ad eorum notitiam peruenerit, fuerit publicus concubinarius, à perceptione fructuum omnium ſuorum beneficiorum trium menſium ſpatio ſit ipſo facto ſuſpenſus: quos ſuus ſuperior in fabricam vel aliam euidentem Eccleſiarum vtilitatem, ex quibus hi fructus percipiuntur conuertat: nec non & huiuſmodi publicum concubinarium, vt primum talem eſſe innotuerit, mox ſuus ſuperior monere teneatur, vt infra breuiſſimum terminum concubinam dimittat. Quam ſi non dimiſerit, vel dimiſſam aut aliam publicè reſumpſerit iubet hæc S. Synodus, vt ipſum ſuis omnibus beneficijs omninò priuet.

Et nihilominus hi publici concubinarij, vſquequo cum eis per ſuos ſuperiores poſt ipſarum concubinarum dimiſſionem, manifeſtamq; vitæ emendationem fuerit diſpenſatum ad ſuſceptionem quorumcunque bonorum, dignitatum, beneficiorum, vel officiorū ſint inhabiles. Qui ſi poſt diſpenſationem recidiuo vomitu ad huiuſmodi publicum cōcubinatum recierint, ſine ſpe alicuius diſpenſationis ad prædicta prorſus inhabiles

exi-

existant Quod si hi, ad quos talium correctio pertinet eos (vt prædictum est) punire neglexerint, eorum superiores tam in ipsos de neglectu, quã in illos pro concubinatu, modis omnibus digna punitione animaduertant. In Cõcilijs etiam prouincialibus & synodalibus aduersus tales punire negligentes, vel de hoc crimine diffamatos, etiã per suspensionem à collatione beneficiorum, vel alia condigna pœna seueriter procedatur. Et si hi quorum destitutio ad summum Pontificem spectat per Concilia prouincialia aut suos superiores, propter publicum concubinatum reperiantur priuatione digni, statim cum processu inquisitionis ipsius summo Pontifici deferantur. Eadẽ diligentia & inquisitio in quibuscunque Capitulis generalib. & prouincialibus, quo ad suos seruetur, pœnis alijs contra prædictos & alios non concubinarios statutis in suo robore permansuris. Publici autem intelligendi sunt non solum hi, quorum concubinatus per sententiam, aut cõfessionem in iure factam, seu per rei euidentiam, quo nulla possit tergiuersatione celari, notorius est: sed qui mulierem de incontinentia suspectã & infamatam tenet, & per suum superiorem admonitus, ipsam cum effectu non dimittit. Quia verò in quibusdam regionibus nonnulli iurisdictionem Ecclesiasticam habentes, pecuniarias quæstus à concubinarijs percipere non erubescunt, patiendo eos in tali fœditate sordescere: sub pœna maledictionis ęternę præcipit, ne deinceps sub pacto, compositione aut spe alicuius quæstus talia quouis modo tolerent aut dissimulent; alioquin

quin vltra præmissam negligentiæ pœnam, duplum eius quod propterea acceperint, restituere ad pios vsus omninò teneantur & compellantur. Ipsas autem concubinas seu mulieres suspectas, prælati modis omnibus curent à suis subditis, ettiam per brachij secularis auxilium (si opus fuerit) penitus arcere: qui etiam ex tali concubinatu procreatos filios, apud patres suos cohabitare nõ permittant. Iubet insuper hæc S. Synodus, vt etiã in prædictis Synodis & Capitulis hæc constitutio publicetur, & quilibet suos subditos ad iplarum concubinarum diuisionem moneat diligenter. Iniungit præterea omnibus secularibus viris, etiam si regali præfulgeant dignitate, ne vllũ qualecunque inferant impedimentum, quocunque quæsito colore, prælatis ratione sui officij aduersus suos subditos pro huiusmodi concubinatu procedunt. Et cùm omne fornicationis crimen lege diuina prohibitum sit, & sub peccati mortalis pœna necessariò euitandum, monet omnes laicos tam vxoratos quam solutos, vt similiter à concubinatu abstineant. Nimis enim reprehensibilis qui vxorem habet, & ad alienam mulierem accedit: qui verò solutus est, si continere nolit, iuxta Apostoli consilium vxorem ducat. Pro huius autem diuini obseruatione præcepti, hi ad quos pertinet, tam salutaribus monitis, quam alijs canonicis remedijs omni studio laborent.

Ex eodem Concilio, Sessione 28. Vt enim ille sanctissimus & doctissimus Leo Papa inquit. Totius familiæ Domini status & ordo mutabitur si quod requiritur in corpore, non inuenitur in ca-

pite. Integritas etiam præsidentium, salus dignoscitur esse inferiorum.

Ex Concilio Ferrarien. Sessione 3. In quarta deinde parte declarauit, nulla ratione fieri posse, vt pax inter nos componatur, nisi prius scismatis & dissidij nostri causa penitus tollatur, quemadmodum ægris corporibus solet euenire, quæ tunc bene sanantur, cum radices ægritudinis euelluntur.

Ex Concilio Lateranensi, Sessione 6. Fit electio vigintiquatuor prælatorum, qui adsint cum Cardinalibus in his, quæ pertractanda sunt coram Pontifice. Et distributi sunt per classes, vna classis erat ad conferenda pertinentia ad componendam pacem inter principes, & extirpandum schisma. Alia ad tractandum quæ pertinent ad generalem reformationem curiæ. Tertia verò ad ea quæ pertinerent ad fidem & pragmaticam sanctionem.

CAPVT II.

Testimonia de disciplina Ecclesiastica ex classe secunda particularium conciliorum desumpta.

Ex Concilio Ancyrano: Canone 1. Præsbyteros, qui immolauerunt, & postea certamen iterum inierunt, si hoc ipsum ex fide, & nõ aliquo argumento sibimet præparantes, egerunt vt iterum tenere viderentur, aut tormentis subijci pu-

tantur

tentur, tanquam inuiti, si ex fide ergo luctati sunt, & non ex compacto, ad ostentationem, vt caperentur, ipsi fecerunt, hos placuit, honorem quidem sedis propriæ retinere, offerre autem illis & sermonem ad populum facere, aut aliquibus sacerdotalibus officijs fungi non liceat. Canone tertio: Hoc ergo quod eis inuitis & alijs contingentibus contigit, si luctu & mœrore animi; acerbè se ferre demonstrent, ipsique humili per bonam conuersationem habitu incedentes, dolere se, quod inuiti coacti sunt doceant, hos tanquam inculpatos à communione non vetari. Si autem iam prohibiti sunt ab aliquibus à communione, maioris diligentiæ & inquisitionis causa, aut per aliquorum ignorantiam, statim recipi oportet.

Canone quarto: De his qui sacrificare coacti sunt, insuper in templis idolorum cœnauerunt, si qui eorum cum habitu cultiore ad templa protracti sũt, atq; ibi precioſiori veste adhuc mutata cœnæ participes facti sunt idolorum, indifferenter sumentes omnia quæ fuerunt appoſita, placuit eos inter audientes vno anno constitui, tribus autem alijs annis agere pœnitentiam, sed ex ipso triennio per biennium tantummodò orationi communicare, tertio autem anno reconciliati sacramentis.

Canone quinto. Quotquot autem ascenderunt tẽpla cum veste lugubri, & recũbentes inter alios manducauerunt flentes, si compleuerint pœnitentiam triennij temporis, sine oblatione suscipiantur ad communionem, id est, vt ipsi obla-

tione non offerant. Si autem producti ad templa, non manducauerint, biénio maneant in pœnitentia. Tertio verò anno communicent, sed sine oblatione, vt dictum est. In quarto autem anno perfectionem suam recipiant. Episcopum autem hanc habere licentiam oportet, vt perspecta singulorum conuersatione, normam regulamque conuersationis attribuat, id est, vt humanius agens, secundum vitæ modum, tempus alicui pœnitentiæ breuiare: aut etiam prolixius quod correctioni necessarium viderit, addere. Discrutiatur autem omnium harum & precedens vita & posterior, & ita circa eos sacerdotalis se humanitas moderetur.

Canone 6. De his qui mimis tantum cesserunt, aut bonorum oblatione, aut pœna transportationis deterriti, sacrificauerunt, & nunc vsque non pœnituerunt, neque conuersi sunt, modo autem, id est, tempore huius Synodi se obtulerunt, conuersionis suæ consilium capientes, placuit eos vsque ad magnum diem inter audientes suscipi, ac pœnitentiam agere triennio, & post duos alios annos sine oblatione communicare, & ita demum sex annis completis ad perfectum peruenire. Quid si aliqui ante hoc concilium suscepti sint ad pœnitentiam, ex illo tempore imputabitur eis initium sexennij constituti. Canone 7. De his qui in festis diebus paganorum, in remotis eorum locis conuiuijs interfuerunt, & suas nihilominus epulas ibidem portauerunt, & comederunt, placuit vt post biennij pœnitentiam suscipiantur: ita tamen vt vtrum aut cum oblatione

nere

ne recipiendi sint, an ad solam communionem admitti debeant, vnusquisque Episcoporum examinet vitam eorum, & præterita ac præsentia, debita consideratione perpendat.

Canon 8. Hi autem qui secundo vel tertiò sacrificauerunt vi coacti, quatuor annis sese ad pœnitentiam submittant, duobus autem alijs sine oblatione cõmunicent, septimo anno perfectione recipiant communionis.

Canon 9. Quotquot autem qui non solum à fide Dominica deuiarunt, sed etiam insurrexerunt in alios, & fratribus persuaserunt, & rei facti sunt persuasionis, hi per triennium quidem inter cathecumenos habeantur, per aliud autem sepennium pœnitentiæ recipiant locum: alio verò anno, id est decimo, communionem sine oblatione recipiant, vt completo decennio perfectione fruantur.

Canon 16. Quotquot ante 20. ætatis suæ annum tale crimen admiserint quindecim annis in pœnitentia peractis, orationi tantùm incipiant communicare, & quinquennium alterum in communione orationis solius perdurantes, post vigesimum cum oblatione ad communionem suscipiantur. Discutiatur autem & vita eorum, qualis fuerit tempore pœnitentiæ, & iuxta hanc humanitatem consequantur. Quod si quis perseuerantiam abusus fuerit hoc crimine, hic prolixius tempus viginti annorum pœnitentiam suscipiant. Qui verò exacta viginti annorum ætate, & vxores habentes in hoc crimen inciderunt, post viginti

& quinque annos pœnitentia acta, ad communionem orationum admittantur, in qua communione orationum altero qnin quennio perdurantes plenam communionem cum oblatione recipiant. Quod si aliqui & vxores habentes, & excedentes quinquagesimum ætatis sum annum, in hoc prolapsi sunt scelere, ad exitu tantum vitæ communionem mereantur.

Canon 20. Si quis adulterium commiserit septem annis in pœnitentia completis, perfectioni reddatur secundum pristinos gradus.

Canon 21. De mulieribus, quæ fornicantur & partus suos necant, sed & his quæ agunt secum, vt vteros conceptos excutiant, antiqua quidem definito est, vsque ad exitum vitæ eas ab Ecclesia remoueri. Humanius autem nunc definimus, vt eis decem annorum tempus tribuatur.

Canon 22. Qui voluntariè homicidium fecerint, ad pœnitentiam quidem iugiter se submittant. Circa autem exitum vitæ communione digni habeantur. Eos verò, qui nou voluntate sed casu homicidium fecerint, prior quidem regula post septem annorum pœnitentiam communioni sociauit secundum gradus constitutos. Hæc verò humanior definitio quinquennij tempus tribuit.

Canon 23. Qui auguria vel auspicia, siue somnia, vel dominationes quaslibet secundum morem gentilium obseruant, aut in domos suas huiusmodi homines introducunt in exquirendis aliquibus arte malefica, vt domos suas lustrent, confessi quinquennio pœnitentiam agant, secundum

cundum antiquitus constitutas regulas.

Canon vigesimus quartus: Si quis sponsam habens sorori eius forsitan intulerit vitium, eiq; inhæserit tanquam suæ: hac autem decepta, postea vxorem duxerit desponsatam: illa verò quæ vitium passa est, si fortè necem sibi intulerit, omnes hi qui fortè huius sunt conscij, decem annos in pœnitentiam redigantur, secundum canones constitutos.

Ex Concilio Neocæsariensi, Canon 1. Præsbyter si vxorem duxerit ab ordine suo illum deponi debere. Quod si fornicatus fuerit, vel adulterium commiserit extra Ecclesiam abijci, & ad pœnitentiam inter laicos redigi. Canon 2. Mulier si duobus nupserit fratribus abijciatur vsque in diem mortis. Sed propter humanitatem in extremis suis sacramentis reconciliari oportet: ita tamen, vt si fortè sanitatem recuperauerit, matrimonio soluto, ad pœnituntiam admittatur. Canon tertius. De his qui frequenter vxores ducunt, & de his quæ sæpius nubunt, tempus quidem pœnitentiæ his constitutum manifestum est, sed conuersatio & fides eorum tempus abbreuiat.

Ex Concilio Arelatensi primo. Canon 7. De præsidibus, qui fideles ad præsidatum impetu prosiliunt, ita placuit, vt cùm promoti fuerint, literas accipiant Ecclesiasticas communicatorias, ita tamen, vt in quibuscunque locis gesserint ab Episcopo eiusdem loci cura de illis agatur, vt cùm cœperint contra disciplinam

publicam agere, tuuc demum à communione excludantur.

Ex Concilio Gangrensi, Capitulo vndecimo. Si quis contemnendos duxerit agapem facientes, & propter honorem Dei fratres ad se pauperes conuocantes, & noluerint communicare vocationibus eorum, tanquam nihili qui fit ducens, anathema sit. Capitulo 18. Si quis, tanquam hoc continentiæ conuenire iudicans die Dominico ieiunauerit aut in eiusdem diei contemptum, anathema sit. Capitul. 19. Si quis eorum qui in proposito sunt continentiæ præter necessitatem corporalem, & superbiens, ieiunia communia totius Ecclesiæ putauerit contemnenda, perfectam in sua scientia vindicans rationem, anathema sit. Capitulo 20. Si quis per superbiam, tanquam perfectum se existimans, conuentus qui per loca & basilicas sanctorum martyrum fiunt vel accusauerit, vel etiam oblationes, quæ ibidem celebrantur spernendas esse crediderit, memoriasque sanctorum contemnendas anathema sit.

Ex Concilio Arelatensi secundo, Capitulo secundo. Assumi aliquem ad sacerdotium non posse in vinculo coniugij constitutum, nisi fuerit promissa conuersio. Capitulo 12. De his qui in pœnitentia positi vitam excesserunt, placuit nullum communione vacuum debere dimitti, sed pro eo qui honorauit pœnitentiam, oblatio illius recipiatur. Capitulo 19. Si quis autem adesse neglexerit, aut cœtu fratrum antequam dissoluatur cócilium, crediderit deserendum, alienum se à fratri com-

communione cognoscat, nec eum recipi liceat nisi in sequenti Synodo fuerit absolutus. Capitulo 25. Hi qui post sanctam religionis professionē apostatant, & ad seculum redeunt, & postmodum pœnitentiæ remedia non requirunt, sine pœnitentia communionem penitus non accipiant.

Quos etiam iubemus ad Clericatus officium non admitti. Et quicunque ille sit post pœnitentiam habitū secularem non præsumat. Quod si præsumpserit, ab Ecclesia alienus habeatur. Capitulo 28. Secundum constitutionem Synodi Vasensis qui oblationem fidelium suppresserit, aut negauerit, ab Ecclesia, cui fraudem fecerit, excludatur.

Ex Concilio Carthaginensi primo. Canon. 2. Martyrum dignitatem nemo profanus infamet neque ad passiua corpora, quæ sepulturæ tantum propter misericordiam Ecclesiasticam commendari mandatum est, redigat, vt aut insania præcipitatos, aut aliquo tali pacto aut alia ratione peccati disiunctos, non ratione vel tempore competenti, quo martyria celebrentur, martyrum nomine appellet? At si quis ad iniuriam martyrum claritati eorum adiungat infamiam, placet eos, si laici sunt ad pœnitentiam redigi? Si autem sunt clerici post commonitionem, & post cognitionē honore priuari, vniuersi dixerunt. Recte statuit sanctitas vestra. Hoc & singulis conciliis Statutum est. Canon 4. Gratus Episcopus dixit Etsi infinita sunt quæ lege præscripta proficientia sunt disciplinæ, & vnusquisque nostrum tractatu assiduo & commonitione frequenti per singulas

quasque species, proficientes ad disciplinam poterit populos inuitare, tamen aliqua ex eis propter blasphemias suggerenda sunt à nobis, & in Concilio statuenda. Si videtur vobis, pari sententia teneantur etiam hi, qui cum viduis commorantur, & nulla secũ germanitate coniuncti sunt. Vniuersi dixerunt. Iuxta viduos & viduas eadem lex maneat & sententia. Canon 12. Antigonus Episcopus Madurensis dixit. Grauem iniuriam patior, & credo dolere sanctitatem vestram contumeliam meam, & cõputare communẽ iniuriam Optantius, quum se repræsentaret, pactum mecũ habuit, & diuisimus plebes. Manuscriptiones nostræ tenentur epitacia. Contra hoc pactum circuit plebes mihi attributas, & vsurpat populos, vt illum patrem me vitricum nominent. Gratus Episcopus dixit. Factum hoc dolendum est, vt in se illiciat populorum imperitorum animas contra disciplinam, contra Euangelicam traditionẽ, contra pacis placita. Nam si sibi id posse contingere arbitraretur, nunquam profectò in fratrem aliquis deliquisset, vnde aut inita pacta suam obtineant, firmitatẽ conuentus: si senõ cohibuerit, Ecclesiasticam sentiat disciplinam vniuersi dixerunt. Pax seruetur, pacta custodiantur.

Ex Romana Synodo tertia habita a Iulio Papa Primo: Iulius prædictus sanctissimus Episcopus vrbis Romæ dixit sanctæ Dei & Apostolicæ Synodo, & Dei voluntate & gratia, indiuisa cõmunione sancti spiritus in hac consonanter & vnanimiter congregatæ in antiqua alma vrbe Roma ad confirmationem sacram & correctionem fidei

dei nostræ & Christianorum immaculatæ disciplinæ, Ex Antiocheno Concilio: Canon. 2. Omnes qui ingrediuntur Ecclesiam Dei & sacras scripturas audiunt, non autem cum populo in oratione communicant, auersantur autē sanctam assumptionem Domini sacramenti secundum aliquam propriam disciplinam, hos ab Ecclesia abijci oportet donec confitentes fructum pœnitentiæ demonstrent, & deprecati fuerint, vt data venia suscipi mereantur. Non autem licet communicare excommunicatis, neq; cum his per domos ingredi, & cum eis orare, qui Ecclesiæ non participant in oratione: nec in alteram Ecclesiam recipi, qui ab alia excommunicantur. Quod si quis Episcoporum, vel præsbyterorum, vel diaconorum vel etiam qui in canone detinētur, excommunicatis communicare deprehensus fuerit, & hunc oportet communione priuari tanquam Ecclesiæ regulas confundentem. Can. 13. Ipse verò huius indisciplinati ausus, & irrationabilis cœpti dignas causas expendat tanquam depositus à Synodo sancta, & propter huiúsmodi præsumptionem iam prædamnatus. Can. 25. Hunc enim correptionem oportet mereri, id quoque condecet sancta synodo cognoscente. Ex Concilio Laodicensi: Cano. 2. His qui diuersorum, peccatorum lapsus incurrunt, & oratione, & confessione, ac pœnitentia malorum suorum perfectam conuersionem demonstrant pro qualitate peccati pœnitentię tempus attribuendum est propter misericordiam & bonitatem Dei. Qui ergo huiusmodi sunt reuocandi & ad communionem sunt applicandi. Canon quadragesimus. Non oportet vocatos

Epis-

Episcopos ad synodum contemnere, sed adire debere, & aut docere, aut doceri quæ sunt ad Ecclesiæ cæterorumque correctionem vtilia. Quod si contempserit, seipsum videtur accusasse, nisi fortè præ infirmitate ire nō possit. Can. 57. Non debere in Villis & vicis Episcopos ordinari sed visitatores, id est, qui circumeant, constitui. Hos autem qui ante hac ordinati sunt, nihil agere censemus sine conscientia Episcopi ciuitatis. Similiter etiam præsbyteri nihil sine præcepto & consilio Episc. agant.

Ex Concilio Valentino: Quorundam fuit Patrum vtilis & religiosa suggestio retractata de his, quæ nec recipere possumus ob Ecclesiæ sanctitatem, nec tamen vsquequaque consuetudinis causa damnare. Ita per omnes Ecclesias eiusmodi vitiorum germen inoleuit, vt ad plena remedia non facilis sit recursus, certè nō sine verecundia eorum quibus causa contigit succisiuum. Quocirca fratres librato diu moderatq; consilio, ea cautelæ ratio seruata est, quæ & scandala submoueret, & sanctitatem Ecclesiæ custodiret. Canone 1. Sed quia fratrum nostrorum vel imperitiam, vel simplicitatem, vel etiam præsumptionem damnare non possumus, nec per omnes Ecclesias quæ sunt iampridem malè gesta corrigere: placuit etiam de eorum statu qui prius ordinati sunt nihil reuolui, si nulla extrinsecus causa procedit, qua indigni ministerio comprobentur. Canon. 3. Circa eorum verò personas qui se post vnum & sanctum lauacrum, vel profanis sacrificijs dæmonum vel incesta lauatione polluerunt,

eam

eam censuræ formam duximus esse seruandam vt his, iuxta synodum Nicænam, satisfactionis quidem aditus nõ negetur, ne infœlicibus lachrymis vel solarij ianua desperatione claudatur, acturi verò pœnitentiam vsque in diem mortis non sine spe tamen remissionis, quam ab eo plenè sperare debebunt, qui eiùs largitatem & solus obtinet, & tam dives misericordia est, vt nemo desperet? Deus enim mortem nõ fecit, nec delectatur in perditione viuorum. Cano. 4. Nec illud fratres, scribere alienum ab Ecclesiæ vtilitate censuimus, vt sciretis, quicunq; sub ordinatione vel diaconatus, vel præsbyterij, vel Episcoparus mortali crimine dixerint se esse pollutos, à supradictis ordinationibus submouendos, reos scilicet, vel veri confessione, vel mendacio falsitatis. Neq; enim absolui potest is, qui in seipsum dixerit, quod dictum in alios puniretur, cùm omnis qui sibi fuerit mortis causa maior homicida est. Diuina pietas vos in æternum custodiat dilectissimi fratres.

Ex Concilio Telensi. Ex Epistola Syritij Papæ. Quo perpetuò istiusmodi forma seruetur, literas tales dare placuit, non quæ noua præcepta aliqua imperent, sed quibus ea quæ per ignauiam desidiamque aliquorum neglecta sunt, obscrutari cupiamus, quæ tamen Apostolica & patrũ constitutione sunt constituta. Scriptum est: State & tenete traditiones nostras, siue per verbum, siue per epistolam. Illud certè vestram debet mentem, dilectissimi fratres, vehementius excitare, vt ab omni labe seculi istius immunes ad Dei cõ-

spectum

ſpectu ſecuri veniamus. Nec enim erimus immunes, qui prę ſumus plebibus, cum ſcriptum ſit: Cui multum creditum fuerit, plus ab eodem requiretur. Ergo quoniam non pro nobis tantùm, ſed pro populo credito cogimur præſtare rationem populum, per diſciplinam deificam humilem erudire debemus. Ibidem circa finem. Si quis ſanè inflatus mente carnis ſuæ, hac canonis ratione voluerit euagari, ſciat ſe, & à noſtra communione ſecluſum, & gehennæ pœnas habiturũ. Ex Concilio Carthaginenſi 2. Can. 7. Felix Epiſcopus Secemſelitanus dixit: Illud autem veſtræ ſuggero ſanctitati, vt ſi qui pro facinoribus ſuis de Eccleſia pelluntur, & auſi fuerint ad comitatum pergere, aut ad iudicia publica proſilire, aut forſitan Eccleſiæ Catholicæ lumina conturbare, ſi Epiſcopus vel clericus cuiuslibet plebis eos ſine conſenſu ſuſceperit, de his quid cenſetis? Exigonius Epiſcopus Bullenſis Regienſ. dixit. Si quis Epiſcopus communionem tenens Catholicam huiuſmodi homines vanis blandimentis incedentes temerè ſuſceperit, ſciat cum his ſe rectiſſimè deprauatum vel damnatum. Genadius Epiſ. dixit. Ergo rectè ſuggerunt fratres & coepiſcopi, vt qui meritò facinorum ſuorum ab Eccleſia pulſi ſunt (ſi ab aliquo Epiſcopo, aut præsbytero, vel clerico fuerint in communionẽ ſuſcepti, etiam ipſe pari cum eis crimine teneatur obnoxius, refugientes ſui Epiſcopi regulare iudicium. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt. Omnibus placet. Canone 8. Alixius Epiſcopus Eccleſiæ Tagaſtenſis legatus Prouinciæ Numidiæ dixit: nec illud prætermittendũ eſt, vt ſi quis fortè præs-

byter

byter ab Episcopo suo correptus aut excommunicatus tumore vel superbia inflatus, putauerit separatim Deo sacrificia offerenda, vel aliud erigendum altare contra Ecclesiasticam fidem disciplinamque crediderit, non exeat impunitus. Valentinus primæ sedis Prouinciæ Numidiæ dixit. Necessariò disciplinæ Ecclesiasticæ & fidei congrua sunt, quæ frater noster Alixius persecutus est. Canon. 9. Quod disciplinæ incongruum cognoscit esse sanctitas vestra: Canone 11. Victor Episcppus Abderitanus dixit: Roboranda est Ecclesiastica disciplina, ne quisquam Episcoporum alterius plebes, vel Diœcesin suam importunitate pulsare debeat. Qui hoc facere tentauerit, quēadmodum coercendus est? Ex Concilio Carthaginensi 3. Cano. 31. vt penitentibus secundum pectorum differentiam Episcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur. Can. 38. Aduersus istū, quæ pronunciata fuerant, confirmata quidem audiuimus, sed petimus secundum quod uobis mandatum est, vt dignemini dare fiduciam quam necessitate ipsa cogente, liberum sit nobis rectorem prouinciæ secundum statuta gloriſſimorū principum, aduersus illum adire, vt qui miti admonitioni sanctitātis vestræ acquiescere noluit, & emendare illicitum authoritate iudiciaria protinus excludatur. Aurelius Episcopus dixit. Seruata forma disciplinæ non æstimabitur appetitā si à vestra charitate modestius conuentus recedere decreuerit, cum fuerit suo contemptu, & contumacia faciente, etiā authoritate iudiciaria conuentus. Honorati & vrbanus Episc. dixerunt.

Hoc

Hoc enim omnibus placet. Canone 42. At verò quia nonnulli quodam dominatu adepto communionem fratrum abhorrent, vel certè cùm eleuati fuerint quasi in quadam arce, tyrannicam sibi dominationem vindicant, quod plerique stolidi aduersus Episcopos suos ceruices erigunt presbyteri, vel conuiuijs sibi cònciliantes plebẽ, vt persuasu maligno & illicitò eosdem velint sibi collocare rectores, quod quidem insignè mentis tuæ tenemus votum, frater religiosè Aureli, quia hæc sæpè oppressisti, non curando tales petitiones, sed propter eorum malos cogitatus, & praue concinnata concilia hoc dico non debere rectorem accipere eam plebẽ, quæ in diœcesi semper subiacuit, nec vnquam proprium Episco. habuit. Canone 43. Sunt enim plerique conspirantes cùm proprijs plebibus, quas decipiunt (vt dictum est) earum scalpentes aures ad seducendum vitiosæ vitæ homines, vel certè inflati, & ad hoc consortio separati, qui putant propriæ plebi incubandum, & nonnunquam conuenti ad concilium venire refugiunt, & detrectant sua fortè ne prodantur flagitia metuentes. Dico, si placet, circa hos non tantum diœceses non esse seruandas, verumetiam & de propria Ecclesia, quæ illis malè fauerit omninò adnitendũ, vt etiam authoritate publica reijciantur, atque ab ipsis principalibus cathedris remoueantur. Canone 46. Hoc & corrigi charitatis vestræ iudicio & inhiberi de cætero debet, &c. Decretũ ex Gratiani decreto excerptum, quod existimatur esse alicuius Carthaginensis concilij: Præsbyter si for-

si formicationem fecerit quanquam secundum Canones Apostolorum debeat deponi. tamen iuxta authoritatem B. Syluestri, si in vitio non perdurauerit, si sua sponte confessus adiecit vt resurgat, decem annis in hunc modum pœniteat. Tribus quidem mensibus à cæteris remotus, pane & aqua à vespera in vesperam vtatur, tantum autē diebus Dominicis & præcipuis festis modico vino & piscibus, atque leguminibus recreetur, sine carne & sanguine, ouis & caseo vtatur, sacco indutus humo adhæreat, die ac nocte misericordiam Dei omnipotentes imploret finitis tribus mensibus continuis exeat, tamen in publicum non procedat, ne grex fidelis in eo scandalum patiatur. Nec enim debet sacerdos publicè pœnitere, sicut laicus. Postea aliquantisper viribus resumptis, vnum annum & dimidium in pane & aqua expleat exceptis Dominicis diebus, & festiuitatibus quibus vino & sanguine, ouis & caseo iuxta Canonicam mensura vti poterit. Fruito primo anno & dimidio, corporis & sanguinis domini (ne indurescat) particeps fiat, & ad pacem veniat Psalmos cum fratribus in choro ornati ad cornum altaris non accedat, iuxta Beati Clementis voce minora gerat officia. Deinde verò vsque ad expletionē septimi anni omni quidem tempore (exceptis Paschalibus diebus) tres legitimas ferias in vnaquaq; hebdomada in pane & aqua ieiunet. Expleto septimi anni circulo, si fratres apud quos pœnituerit, eius congruam pœnitentiā laudauerint, Episcopus in pristinum honorem, iuxta beati Callixti Papæ authoritate, eum reuo

care poterit. Sanè sciendum, quòd secundam feriam vnum psalterium canendo, aut vnum denarium pauperibus dando, si opus est redimere poterit. Finitis autem septem annis, deinde vsq; ad finem decimi anni, sextum feriam (nulla interueniente redemptione) obseruet in pane & aqua. Eadem quoque pœnitentia erit sacerdoti de omnibus alijs peccatis & criminibus quæ in depositionem eum inducunt. Neque hoc cuilibet oneroſum videatur, si sacerdos pòst lapsum dignè (vt supra dictum est) pœnitens ad pristinos redeat honores. De Clericis scurrilibus: Si quis Clericus, aut monachus verba scurrilia, iocularoria risumq; mouentia loquitur acerrimè corripiatur.

Ex Concilio Carthaginensi 4. Canone 17. Vt Episcopus gubernationem viduarum, & pupillorum, ac peregrinorum non per seipsum, sed per Archipræsbyterum, aut per Archidiaconũ agat. Canon. 24. Sacerdote verbum faciente in Ecclesia qui egressus de auditorio fuerit, excommunicetur.

Canon. 33. Episcopi vel præsbyter. si causa visitandæ Ecclesiæ alterius, Episcopi ad Ecclesiam venerint, & in gradu suo suscipiantur, & tam ad verbum faciendum, quàm ad oblationem consecrandam inuitentur. Canon. 35. vt Episcopus in Ecclesia in consessu præsbyterorum, sublimior sedeat. Intra domum verò collegam se præsbyterorum esse cognoscat. Canon 36.

Præsbyteri qui per diœceses Ecclesias regunt, non à quibuslibet Episcopis, sed à suis nec per iunio-

iuniorem clericum, sed omni anno aut per seipsos, aut per illum qui sacrarium teneat ante Paschæ solennitatem chrisma petant. Cano. 49. Clericus qui absque corpusculi sui inæqualitate vigilijs deest, stipendijs priuatus excommunicetur. Canon 62. Clericum inter epulas cantantem supradictæ sententiæ seueritate coercendum. Canon 68. Ex pœnitentibus (quamuis sit bouus) clericus non ordinetur. Si per ignorantiam Episcopi factum fuerit deponatur à clero, quia se ordinationis tẽpore non prodidit fuisse pœnitentẽ. Si autem sciens Episcopus ordinauerit talem etiam ipse ab Episcopatus sui ordinandi duntaxat potestate priuetur. Cano. 76. Is qui pœnitentiam in infirmitate petit, si casu dum ad eum sacerdos inuitatus venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesim versus fuerit, dent testimonium qui eum audierunt; & accipiat pœnitentiam. Et si continuò creditur morituras, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori eius Eucharistia. Si superuixerit, admoneatur à supradictis testibus petitioni suæ satisfactum, & subdatur statutis pœnitentiæ legibus, quamdiu sacerdos qui pœnitentiam dedit, probauerit. Ex Concilio Taurinatensi. Quum ad postulationem prouinciarum Galliæ sacerdotes conuenissemus ad Taurinatum ciuitatem, atque in eiusdem vrbis Ecclesia autore Domino vel mediatore sederemus auditis allegationibus Episcoporum, eorum (videlicet) qui ad iudicium nostrum fuerant congregati, de singulis negotijs hæc sententiæ forma præcessit ita vt pacis bonum, & instituta ca-

nonum seruarentur, & plurimorum contentionibus adhiberetur vtilis medicina.

Canone 2. Gestorum quoque seriem conscribi placuit ad perpetem disciplinam. Canon. 4. Statuit quoque de Exuperantio præsbytero sancta synodus, qui in iniuriam saluti Episcopi sui Triferij grauia & multa congesserat, & frequentibus cum contumelijs prouocauerat, ita vt nonnulla fecerit contra Ecclesiasticam disciplinam, propter quam causam ab eo fuerat Dominica communione priuatus, vt in eius sit arbitrio restitutio ipsius, in cuius potestate eius fuit abiectio, hoc est, vt quando vel idem Exuperantius satisfecerit, vel Episcopo Triferio visum fuerit, tunc gratiam communionis accipiat. Ex Concilio Toletano primo: Canone 2. Eum verè pœnitentem dicimus, qui post baptismum aut pro homicidio, aut per diuersis criminibus grauissimisque peccatis, publicam pœnitentiam gerens sub concilio diuino fuerit reconciliatus altario. Canon. 5. Præsbyter vel Diaconus vel subdiaconus, vel quilibet Ecclesiæ deputatus clericus, intra ciuitatem fuerit, vel in loco in quo Ecclesia est, aut castella, aut vici sunt, aut villæ, si ad Ecclesiam, aut ad sacrificium quotidianum nõ venerit, clericus non habeatur, si castigatus per satisfactionem, veniam ab Episcopo noluit promereri.

Ex Concilio Mileuitano. Can. 12. Placuit & illud vt preces vel orationes seu Missæ quæ probatæ fuerint in concilio, siue præfationes, siue commendationes, seu manus impositiones ab omnib. celebrentur. Nec aliæ omninò dicantur in Eccle-

sia,

sia, nisi quæ à prudentioribus tractatæ, vel comprobatæ in synodo fuerint, nisi fortè aliquid contra fidem vel per ignorantiam, vel per minus studium sit compositum. Cano. 17. Placuit vt secundum Euangelicam & Apostolicam disciplinam neque dimissus ab vxore, neque dimissa à marito alteri coniungantur, sed ita maneant aut sibimet reconcilientur. Quod si contempserint, ad pœnitentiam redigantur. In qua causa legem imperialem petendam promulgari. Can. 23. Placuit, vt quicunq; conuersus ab hæreticis, dixerit se apud eos pœnitentiam accipere, vnusquisq; Catholicus Episcopus requirat, vbi & ob quam causam apud eosdem hæreticos pœnitentia susceperit vt cum documentis certis hoc ipsum approbauerit, sibi pro qualitate peccati, sicut eidem Episcopo Catholico visum fuerit, tempus pœnitentiæ vel reconciliationis decernat. Cano. 24. Item placuit vt quicunque negligunt loca ad suam cathedram pertinentia, in Catholicam vnitatem lucrari conueniantur à diligentibus vicinis Episcopis, vt id agere non morentur. Quod si intra sex menses à die conuentionis non hoc fecerint, qui potuerit ea lucrari ad ipsum pertineant, ita sanè vt si ille ad quem pertinuisse videbantur, probare potuerit magis illius electam negligentiam ab hæreticis impunè vt ibi sint, & suam diligentiam fuisse præuentam, vt eo modo eius cura solertior vitaretur, cum hoc iudices Episcopi cognouerint) suæ cathedræ loca, restituant. Sanè si Episcopi inter quos causa versatur, diuersarum sunt prouinciarum ille. Primas det iudices, in cuius pro-

uincia est locus de quo contenditur. Si autem ex communi placito vicinos iudices elegerint aut duo eligantur aut tres. Quod si tres elegerint, aut omnium sententiam sequantur aut duorum. A iudicibus autem, quos communis consensus elegerit, non liceat prouocari. Et quisquis probatus fuerit, præ contumacia nolle obtemperare iudicibus cum hoc primæ sedis Episcopo fuerit probatum, det literas vt nullus ei communicet Episcoporum, donec obtemperet. Canon 25. Si in matricibus cathedris Episcopus negligens fuerit aduersus hæreticos conueniatur à vicinis Episcopis diligentibus, vt ei sua negligentia demonstretur, vt se excusare non possit. Quod si ex die quo conuenitur, intra sex menses si in eius prouincia executio fuerit & non eos ad vnitatē Catholicam conuertendos curauerit, non ei communicetur donec impleat.

Si autem executor ad loca non venerit, non ascribatur Episcopo. Si autem probatum fuerit, eum de communione fuisse parum mentitum, dicendo eos communicasse constiterit, etiam Episcop. amittat. Canon 26. Item placuit vt quicunque Episcoporum necessitate periclitantis pudicitiæ virginalis (cum vel petitor præsens, vel raptor aliquis formidatur, vel si aliquo etiam mortis scrupulo periculoso compuncta fuerit, ne non velata moriatur, aut exigentibus parentibus, aut his ad quorum curam pertinet) velauerit virginem, seu velauit intra 55. ann. ætatis, non ei obsit cõcilium, q̃ de isto annorum numero constitutū est, Ex concilio Aphricano Can. 103. Quartum de

vrbano Episcopo excommunicando, vel etiam Romam euocandi nisi ea quæ videbantur corrigenda, corrigeret. Ex Concilio Rhegiensi, Cano. 1. Itaque eos qui tam incondita ac tam instabilia vsurpauerunt, placuit misericordiæ, & charitatis occursu, ita in communionem dilectionemq; recipi vt scirent secundum recentem & saluberrimam Taurinatis synodi definitionem ad perpetuam vitæ istius suffusionem, nullis se de cætero ordinationibus nullis ordinarijs futuros interesse concilijs, qua nihil salubre ab illis statuendum expectaretur, qui tantæ corruptionis detestanda exempla præbuerãt. Ebredunensi Ecclesiæ cui ante omnia maturè visum est consulendum (quia quatuor mensibus, & biennio sacerdote legitimo destituta hoc grauius ęgrotaret) quod clericus innocens disciplinę (vt probatum est) memor, quorundam laicorum insolentia ac varia perturbatione vexatus, etiam in sacerdotibus ac ministris minas ac iurgia, & vim acerbissimam periculosè pernicioſa nuper cæde protulerat, nec poterat differri bonorũ ac disciplinæ mœror, ne vel expectatione videretur contumacium & inquietorũ vitia palpare, quorum conspirationes iniquæ machinationesq; & in præteritum (quantum deprehendi possint) animaduersione Ecclesiastica puniendæ & in futurum mancipandæ erant supplicio. Itaq; ordinationẽ quam canones irritam definiunt inos quoque vacandam esse censuimus, in qua propter missa trium præsentia nec expetitis comprouincialium literis metropolitani quoq; voluntate neglecta, prorsus nihil quod Episc. faceret ostensum est.

Alius Titulus & Canon ex vetusto Codice Cæblacensi.7.

Hæc quæ communi consensu de voluntate domini seruanda sunt, neque quod absit) sine offensa Dei, ac omnium à quanquam transgrediendi definierunt ita dicentes, vt secundum antiquam consuetudinem (si qui ex tempore ruerint) bis in anno conuentus agant, ac certè inter quaslibet anxietates neglectis proprijs & domesticis necessitatibus, gratia simul Deo agentes, quicquid in spiritu considerant consurgentes solum Ecclesiæ remedium, remota vltionis prurigine, atque omni animositate quærant.

Ex Concilio Agathensi. Cùm in Dei nomine ex permissu regis in Agathensem ciuitatem sancta synodus conuenisset, & in sancti Andreæ Basilica consediſſemus, ibique flexis genibus in terra, pro regno eius pro longęuitate populi Dominum deprecaremur, vt nobis cõgregationis promiserat potestatem regnum eius Dominus fœlicitate extenderet, iustitia gubernaret, virtute protegeret, de disciplina & ordinationibus clericorum atque Pontificum, vel de Ecclesiarum vtilitatibus tractaturi in primis id placuit, vt canones & statuta Patrum per ordinem legerentur.

Canon 2. Contumaces verò clerici (prout dignitatis ordo promiserit) ab Episcopis corrigantur, & si qui prioris gradus elati superbia cõmunionem fortasse contempserint, aut Ecclesiam frequentare, vel officium suum implere neglexerit, peregrina eis communio tribuatur, ita vt cũ eas

pœni-

pœnitentia correxerit, reſcripti in matricula gradum ſuum dignitatemque recipiant. Canon 3. Epiſcopi verò ſi ſacerdotali moderatione poſtpoſita innocentes aut minimis cauſis culpabiles excommunicare præſumpſerint, aut ad gratiam feſtinantes recipere fortaſsè noluerint, à vicinis epiſcopis cuiuslibet prouinciæ literis moneatur. Et ſi parere noluerint, communio illis vſque ad tempus ſynodi à reliquis Epiſcopis non denegetur, ne fortè propter excommunicationis peccatum, excommunicati lõgo tempore morte præueniantur. Canon 9. Placuit etiã vt ſi præsbyteri, vel diaconi coniugati ad thorum vxorum ſuarum redire voluerint. Papæ Innocentij ordinatio, vel Siritij Epiſcopi authoritas, quæ eſt his canonibus inſerta, ſeruetur. Quod ſi ad aliquos formula illa Eccleſiaſticæ vitæ, pariter & diſciplinæ quæ à Siritio Epiſcopo ad prouincias commeauit, non probabitur peruenisſe, eis ignorationis venia remittitur, ita vt de cætero incipiant penitus abſtinere. Et ita gradus ſuos in quibus inuenti fuerint ſic retineant, vt ad potiora eis non liceat aſcendere. Canon 15. Pœnitentes tempore quo pœnitentiam petunt, impoſitionem manuum, & concilium ſuper caput à ſacerdote (ſicut vbique conſtitutum eſt) conſequantur. Si autem comas non depoſuerint, aut veſtimenta non mutauerint, abijciantur. Et niſi dignè pœnituerint, non recipiantur. Iuuenibus etiam pœnitentiam non facilè committendam eſſe propter ætatis fragilitatem. Viaticum tamen in omnibus morte poſitis non negandum. Canon 41. Ante omnia clericis vete-

tur ebrietas, quæ omnium vitiorum fomes ac nutrix est. Itaque eum quem ebrium fuisse constiterit (vt ordo patitur) aut triginta dierum spatio communione statuimus submouendum, aut corporali subdendum supplicio. Canon 60. Lapsis, id est, qui in Catholica fide baptizati sunt, si præuaricatione damnabili post in hæresim transierint grandem redeundi difficultatem sanxit antiquitas. Quibus nos annorum multitudine breuiata, pœnitentiam biennij conditioni infra scriptæ obseruationis imponimus, vt tertiò biennio præscripto sine relaxatione ieiunent, & Ecclesiá studeant frequentare. In pœnitentiũ loco standi & orandi humilitatem ita nouerint obseruandá, vt etiam ipsi quum catechumeni egredi commouentur abscedant. Hoc si obseruare voluerint, cóstituto tempore admittendis ad altarium obseruatio relaxetur. Quod si ardua vel dura fortè putauerint, statuta præteritorum canonum implere debebunt. De purgatione Clericorum si conuinci non poterint: Si quis præsbyter vitæ suæ negligens, prauis exemplis mala de se suspicari permiserit, & populus ab Episcopo iuramento seu banno Christianitatis constrictus, infamiam eius patefecerit, & certi accusatores criminis eius defuerint, admoneatur primò seorsum, ab Episcopo, deinde sub duobus vel tribus testibus. Si non emendauerit, in conuentu præsbyterorum Episcopus cum publica increpatione admoneat. Si verò neque sic correxerit, ab officio suspendatur, vsque ad dignam satisfactionem, ne populus in eo scandalum patiatur. Si verò accusatores legitimi

timi non fuerint qui eius crimina manifestis indicijs probare contenderint, & ipse negauerit, tunc ipse cum socijs septem eiusdem ordinis (si valet) à crimine seipsum exurget. Diaconus verò si eodem crimine accusatus fuerit, semetipsum cum tribus expurget.

CAPVT III.

Ex Decreto Iuonis.

PErquirendum est, si aliqua fœmina sit, quę per quædam maleficia, & incantationes mentes hominum immutare se posse dicat, id est, vt de odio in amorem, vel de amore in odium conuertat, vt bona hominum aut damnet, aut subripiat. Et si est quæ dicat cum dæmonum turba in similitudinem mulierum transformata, certis noctibus equitare super quasdam bestias, & in eorum consortio annumeratam esse. hæc talis omnimodis scopis correcta ex parochia eijciatur.

Ex Concilio Arausiceno primo, Canon. 3. Qui recedunt de corpore pœnitentia accepta, placuit sine reconciliatoria manus impositione eos communicare, quod morientis sufficit consolationi secundùm definitiones Patrũ, qui huiusmodi cõmunionem congruenter viaticũ nominauerunt. Quod si superuixerint, stent in ordine pœnitentium, vt ostensis necessarijs pœnitentiæ fructibus, legitimam communionem cum reconciliatoria manus impositione recipiant. Canon 7. In Ecclesia manumissos, & per testamentum Ecclesiæ commendatos, si quis in seruitutem vel obsequium,

quium, vel ad coloniarum conditionem imprimere tentauerit, animaduersione Ecclesiastica coercebitur. Canon. 10. Si quis Episcoporum in alienæ ciuitatis territorio Ecclesiam ædificare disponit, vel per fundi sui negotio, aut Ecclesiastica vtilitate, vel pro quacunque sua opportunitate permissa licentia ædificandi (quia prohibere hoc nefas est) non præsumat dedicationem, quæ illi omnimodè reseruatur, in cuius territorio Ecclesia assurgit: reseruata verò ædificatori Episcopo hæc gratia, vt quos desiderat clericos in re sua videre ipsos ordinet is in cuius ciuitatis territorio est: vel si ordinati iam sunt, ipsos habere acquiescat. Et omnis Ecclesiæ ipsius gubernatio ad eum (in cuius ciuitatis territorio Ecclesia surrexit) pertinebit. Quod si etiam secularium quicunque ædificauerit Ecclesiam, & alium magis quam eium in cuius territorio ædificat inuitandum putauerit, tam ipse qui contra constitutionem ac disciplinam gratificare vult, quem omnes Episcopi, qui ad huiusmodi dedicationem inuitantur, à cóuentu abstinebunt. Canon 29. Hæc quæ subscripsimus cum eorum quoque concordia qui consensus dederunt, rata deinceps inter nos ac nostros haberi volumus, & habenda sancimus, non prætereuntes eas qui synodo aut per se, aut per consensus suos, vel ad vicem sublegatos destinando adesse detrectant, vt quid sibi de illis placeat, qui Patrum statuta despiciunt innotescat, non quod nobis temporum qualitate difficile sit ad sanctã synodum conuenire adijciẽtes, quod si similibus deinceps paginis pro salubritate Ecclesiastica, ac reme-

remedijs congregare conuentus voluerimus,con stituamus vt nullus conuentus denunciatione sol uatur.Ex eodem partim,& partim ex alio Codice decretorum,librorum sexdecim,lib.11.cap.7. Reconciliatio excommunicati:Cum aliquis excommunicatus, vel anathematizatus pœnitentia ductus veniam postulat, & emendationem promittit,Episcopus qui eum excommunicauit, ante ianuas Ecclesiæ venire debet, & duodecim præsbyteri cum eo,qui eum hinc & inde circumstare debent. Vbi etiam esse debent illi quibus iniuria vel damnum commissum debet emendari: aut si iam emẽdati est eorum testimonio comprobari. Deinde interroget Episcopus, si pœnitentiam iuxts quod canones præcipiunt,pro perpetratis sceleribus susciperevelit. Et si ille terræ prostratus veniam postulat,culpam confitetur, pœnitentiã implorat,& de futuris cautelam spondet, tunc Episcopus apprehensa manu eius dextra,in Ecclesiam illum introducat, & ei communionem, & societatem Christianam reddat, & septem Psalmos pœnitentiales decantet cum istis precibus Kyrieeleyson.Pater noster, Et ne nos. Saluum fac seruum tuum.Deus meus sperantem in te. Mitte eis Domine auxilium de sancto. Et de Sion tuere eum.Nihil proficiat inimicus in eo. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. Esto eis Domine turris fortitudinis. A facie inimici. Domine exaudi.Dominus vobiscum.&c.Oratio: Præsta quæsumus Domine huic famulo tuo dignum pœnitentiæ fructum, vt Ecclesiæ tuæ sanctum, à cuius integritate deuiauerat peccando,admissorum veniam

niam consequendo reddatur innoxius. Per Christum Dominum nostrum. Amen. Alia oratio. Maiestatem tuam quæsumus, Domine sancte, pater omnipotens, æterne Deus, qui non mortem sed peccatorum vitam semper inquiris, respice flentem famulum tuum, attende prostratum eius plãctum in gaudium tuæ miserationis conuerte, scinde delictorum sacco, & indue cum lætitia salutari, vt post longam peregrinationis famem de sanctis altaribus satietur, ingressusque cubiculũ regis, in ipsius aula benedicat nomen gloriæ tuæ semper. Amẽ. Alia oratio. Deus misericors, Deus clemens, qui secundum multitudinem miserationum tuarum peccata pœnitentium deles, & præteritorum criminum culpas venia remissionis euacuas, respice super hunc famulum tuum N. & remissionem omnium peccatorum suorum sibi tota cordis confessione poscentem deprecatus exaudi, innoua in eo pijssimè pater, quicquid terrena fragilitate corruptum, vel quicquid diabolica fraude violatum est, & vnitati corporis Ecclesiæ membrum redemptionis annecte. Miserere Domine gemituum, miserere lachrymarum eius, & non habentem fiduciam, nisi in tua magna misericordia, ad tuæ sacramentum reconciliationis admitte. Per Christum Dominum nostrum. Post hæc secundum modum culpæ pœnitentiam ei iniungat, & literas per Parochiam suam dirigat, vt omnes nouerint eum in societate Christiana receptum. Alijs etiam Episcopis hoc notum faciat. Nullus autem Episcopus alterius parochiarum excommunicare, vel recõciliare præsumat, sine

sine consensu vel conscientia proprij Episcopi. Ex Concilio Vasensi primo. Canon. 6. verbi grat. Inimicus est alicui pro actibus suis vos nolite expectare, vt ipse vobis dicat, cum illo nolite amici esse, sed prudenter obseruare debetis, & voluntati eius videlicet qui Ecclesiæ curam gerit absque commonitione obsecundare, & auerti ab eo cui ipsum sentitis aduersum: sed nec loqui his quibus ipse non loquitur, vt vnusquisq; qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum sibi gratiam reparare, citius festinet recõciliari ei qui omnibus præest, vt per hoc redeat ad salutem, cùm obedire cęperit monitis præsidentis, &c. quæ in consequentibus denotant amicos eorum, qui veritati inimici sunt. Sciat itaq; deinceps clerus ad reatum, sed & populus fidelium ad culpam sibi asscribendũ, si quis in hoc vitiorum maiorum confortator & disciplinæ subuersor cognoscitur. Ex Concilio Carpentoracensi: Licet omnia quæ Ecclesiastica regula præcepit obseruari in multis canonibus contineantur inserta, noscuntur tamen causæ pro quibus necesse habẽt sacerdotes Domini, quod ad iustitiam pertinet secundum discipl. Eccl. ordinare. Ex Concil. Arel. 3, Canon 3. Quia dignum est, vt seueritatem Ecclesiasticæ disciplinæ sentiat, qui toties salubriter à sanctis Patribus instituta obseruare contemnit. Canon 4. Et si fortè aliquis clericorum regulam disciplinæ Ecclesiasticæ subterfugiens, fuerit euagatus quicunque eum susceperit, & non solum Pontifici suo non reconciliauerit, sed magis defensare præsumpserit, Ecclesiæ communione priuetur.

Ex

Ex Arelatensi Concilio iuxta Gratianum, non tamen ponit quoto, Monasteria, vel Monachorum disciplina ad eum pertineat Episcopum, in cuius sunt territorio cõstituta. Ex venetico Concilio: Quoniam nos in Ecclesia Venetica causa ordinandi, Episcopatus congregauit rectum esse credimus de regula Ecclesiastica, quæ nobis donante Domino credita est, & de districtione, cuius curam non sine culpa nostra omittemus habita collatione, vt quæ in priorum patrum statutis vidimus omissa, & procedente tempore exnimia licentia prælabente seculari libertate præsumpta statutis celeberrimis sanciremus. Quod in notitiam beatitudinis vestræ, quia præsentia vestra, nobis necessitate faciente fraudata est credimus deferendum, vt si probabile duxeritis, id quoque & vestra authoritate firmetur, & districtione serueatur.

Canon. 6. In Monachis quoque par sententiæ forma seruetur. Quos si verborum increpatio nó emendauerit, etiam verberibus statuimus coerceri.

Ex Concilio Turonico primo: Seuerino viro clarissimo Cons. sub die 18. Calend. Decemb. cùm ad sacratissimam festiuitatem, quo Domini Martini receptio celebratur, in ciuitate Turonorum Beatissimi sacerdotes, quorum subscriptio subter adiema est, venissent, necessariò crediderunt, vt quia per longam incuriam in aliquo de rebus, Ecclesiasticæ disciplinæ regula fuisset vitiata, diffinitionem suam, quæ cum Patrum authoritate concordat præsentis scripturæ emanationem firma-

firmarent, non quæ prius illicitè commissa sunt reuoluentes, sed in posterum vniuersorum vtilitati prospicientes, vt secundum Euangelica præcepta, & Apostolicam doctrinam Patrum statuta seruantes, Ecclesia Domini pura & immaculata permaneat. Ex Concilio Terraconensi: Canone 1. Si quis hæc à nobis statuta contempserit, si clericus est, loci sui dignitate priuetur. Si verò religiosus, vel monachus in cella monasterij inclusus, pœnitentiæ lamentis incumbat, vbi singulari afflictione panis & aquæ victum ex Abbatis ordinatione percipiat. Canon 7. De Diœcesanis Ecclesijs, vel clero id placuit diffiniri, vt præsbyteri, vel diaconi, qui mihi constituti sunt cum cleri cis septimanas obseruant, id est, vt præsbyter vnam faciat hebdomadam, qua expleta succedat Diaconis ei, similiter ea scilicet conditione seruata, vt omnis clerus die sabbati ad vesperam sit paratus, quo facilius die Dominico solennitas cum omnium præsentia celebretur, ita tamen vt omnibus diebus vesperas & matutinas celebrẽt: quia desistente clero (quod est pessimum) comperimus, in basilicis nec luminaria ministrari. Si qui sanè negligentiæ vitio hæc implere noluerint, nouerint se secundum statuta canonum pro modo personarum canonicæ disciplinæ subdendos.

Ex Concilio Epaunensi: Canon 19. Abbas si in culpa reperiatur aut fraude, & innocentem se asserens ab Episcopo suo accipere noluerit correptionem, ad metropolitani iudicium deducatur. Canon 29. Lapsi, id est, qui in Catholica baptizati,

si præuaricatione damnabili post in hæresim transierint, grandem eis difficultatem redeundi sanxit antiquitas. Quibus nos annorum multitudine priuatis, pœnitentiam biennij conditionibus infrascriptæ obseruationis imponimus, vt præscripto biennio tertia die sine dilatione ieiunent, & in Ecclesiam studeant frequentare pœnitentiam locum standi, orandi, humilitatem nouerint obseruandam, & etiam si ipsi cum catechuminis procedere commonentur, abscedant. Hoc si obseruare voluerint, constituto tempore admittentur ad altarium, & relaxatio obseruetur. Quam si arduam vel duram fortè putauerint, statuta præteritorum canonum complere debebunt.

Ex Synodo Romana prima Canone 2. atque ideo caueamus in posterum, ne subuersio disciplinæ, aut audacia præsumentium gestiat tentare similia, & pari adunatione tractemus expressis scilicet sententijs sancientes, quid circa Romani Episcopi ordinationem debeat custodiri. Canon 5. Et adiecit: Ea quæ ad sopiendos veternosæ præsumptionis errores vel infensæ rebus Ecclesiasticis ægritudinis morbos, quibus vniuersalis afficiebatur Ecclesiæ deliberatio religioni congrua paciqúe constituit, firmitatem perpetem sortiantur, vt præstante Deo quem custodem rerum constat esse bonarum, synodalis ordinatio vigeat, atque omnes sine personæ alicuius distinctione constringat. Contra quam si quis sub qualibet occasione venire præsumpserit, indita superius districtione plectetur. Et subscripserunt Episcopi

humero septuaginta duo.

Ex Synodo Romana tertia, Canone primo. Bene quidē fraternitas vestra Ecclesiasticis legibus obsequuta, sub diuini timore iudicij, quæ erāt statuenda definiuit, & ad iustitiæ cumulum peruenit dum sufficienter vniuersa complectitur, nec adiectione donationis inuasit, & iugum disciplinæ Ecclesiasticæ fecit respuere, quos propterea schisma fecisse apud vos constitit, quibus misericordiam tamen, quam Deus mandat vniuersis impendi (sicut oportuit) non negastis, si duritia cordis eorum non sibi acquirat pœnam, dum contemnit oblata remedia, quorum excessus enarrare difficile est.

Ex Synodo Romana quinta: Canone quinto. Si quis hęc quę hodie in hac synodo prohibita sunt, infringere præsumpserit, aut volūtariè transgredi tētauerit, si clericus est gradu proprio penitus careat: si verò monachus aut laicus fuerit, communione priuetur. Et si non emendauerit vitium anathemate feriatur. Canone 6. Adiecitque & dixit: Ea quæ ad suscipiendos veternosæ præsumptionis errores, vel infensæ Pontificibus præsumptionis morbos, quibus status affligi solet Ecclesiæ seruorumque eius deliberationem religioni congrua pacique constituit, perpetua seruentur firmitate, vt annuente Deo quem custodem rerum constat esse synodalis ordinatio vigeat, atque omnis qui sine personæ alicuius distinctione venire præsumpserit, imposita superius districtione plectetur. Vniuersa Synodus dixit: vt fiat rogamus, dictum est decies: ve

ſcandala amputentur,& inſidiæ atque detractiones erga Epiſcopos vitentur, rogamus. Dictum eſt duodecies.

Ex ſexta Synodo Romana: Quoniam religioſus ſancto ſpiritu congregante conuentus hortatur, vt quæcunque pro diſciplina Eccleſiaſtica neceſſaria ſunt,cura diligentiore tractemus.Nos enim & Apoſtolicæ ſedis moderamine compellimur, & Eccleſiaſticarum rerum diſpoſitione conſtringimur,ſic canonum paternorum decreta librare, & retrò præſulum anteceſſorumque noſtrorum decreta metiri,vt quæ præſentium neceſſitas temporum reſtaurandis Eccleſijs relaxanda expoſcit, adhibita diligenti conſideratione quantum fieri poteſt auxiliante Domino temperemus:quia nos (qui potiſſimi ſacerdotis adminiſtramus officia) tranſgreſſionum culpa reſpiciet, ſi in cauſis Dei deſides fuerimus inuenti, qui meminimus quod timere debemus,qualiter comminetur Dominus negligentiæ ſacerdotum.Sanè reatu maiore deliquit qui potiore honore perfruitur, & grauiora facit vitia peccaminum ſublimitas dignitatum. Ideo tacere non debemus, ſed ea quæ neceſſaria fore agnouerimus viriliter corrigere & emendare ſatagamus, & ea quæ nociua ſunt extirpare (prout Dominus dederit)non negligamus. Abuniuerſis Epiſcopis & presbyteris acclamatum eſt: Exaudi Chriſte,Symmacho Papæ vita. Dictum eſt ſexies:Hæc confirmamus,& hæc docemus. Dictum eſt octies:Doctrinæ veſtræ gratias agimus ingentes.Dictum ex eadem Synodo: Vnde precamur vt antiquorum Patrum regulas, quæ modo propter

incuriam quorundam quasi oblitæ habentur, renouantes: & tale iudicium super eis fiat vt aut manifestè hæretici, quia Ecclesiam Dei scindunt & anathematizati, atque ab Ecclesia Dei extorres habeantur, aut per satisfactionem Ecclesiæ ad pœnitentiam & demum iuxta regulas Ecclesiasticas ad reconciliationem, & si digni inuenti fuerint, ad communionem recipiantur. Ibidem: Debet tamē esse prouisio, vt vindictam admonitio manifesta præcedat, & res vsurpatas iniustè qui abstulit, aut iniustè ablatas retinet æquitate patrocinante legibus restituat. Quod si neglexerit, & necessitas compulerit, demum prædonem sacerdotalis districtio maturata percellat. Neque quisquam per internas res Deum defensare nitatur, quia Dei potentia cunctorum regnorum terminos singulari donatione concludit, quod si præsumpserit, & ipsius offensam, & prædictæ damnationis periculum sustinebit. Competitoribus etiam huiusce modi frena districtionis imponimus, qui facultates Ecclesiæ sub specie largitatis regiæ, vel cuiuscunque potestatis improba subreptione peruaserint. Sera namque de his rebus pœnitudine commouemur, cùm iam transactis temporibus contra huiusmodi personas canonum suffulti præsidio, se sacerdotes Domini erigere debuissent, vt non mansuetudo indulgentiæ ad similia perpetranda improborum audaciam adhuc quotidiè prouocaret. Nunc tardè iniuriarum mole depressi, damnis quoque duris compellentibus excitamur: Quod si is cui res Dei competit in alijs quam vbi res agitur, maximè solet territorijs

commorari, sacerdotem loci ipsius vbi habitat Episcopus, illi huiusmodi prauitate contentus neglectu personę literis instructum reddat. Tunc antistes ipsius fratris anxietate comperta, aut persuasorem rerum Dominicarum admonitione corrigat aut prætaxata canonica districtione condemnet. Vnde & Canonibus in Gangrensi Ecclesia Apostolica authoritate conditis, de fructuum oblationibus quæ ministris Ecclesiæ debentur, & de his quæ in vsus pauperum conferuntur, scriptum habetur. Si quis oblationes Ecclesiæ accipere vel dare voluerit, propter conscientiam Episcopi, vel eius cuius huiuscemodi sunt officia commissa, nec cum eius voluerit agere consilio, anathema sit.

Et iterum in eodem Concilio. Si quis oblata Deo dederit vel acceperit præter Episcopum, vel eum qui constitus est ab eo ad dispensandá misericordiam pauperibus, & qui dat, & qui accipit, anathema sit. Valdè iniquum ergo & ingens sacrilegium est, vt quæcunque vel pro remedio peccatorum, vel salute vel requie animarum suarum vnusquisque venerabili Ecclesiæ contulerit, aut certè reliquerit, ab his quibus hæc maximè seruari conuenit, id est, Christianis, & Deum timentibus hominibus, & super omnia à principibus & primis regionum in aliud transferri vel conuerti. Propterea qui hæc non præuiderit, & aliter quam scriptum est, prædia Ecclesijs petierit, vel acceperit, aut possederit vel defenderit aut retinuerit, nisi citò se correxerit, quo

quo iratus Deus animas percutit, anathemate feriatur, sitque accipiendi & danti & possidenti anathema, & institutæ pœnæ contubernium assiduum. Nec aliquo se ante tribunal Christi obstaculo muniat, qui à religiosis animabus ad substantiam pauperum derelicta, contra fas sine aliqua pietatis consideratione dispergit: Ab vniuersis Episcopis & præsbyteris acclamatum est. Vt hæc penitus abscindatur rogamus. Dictum est quinquies: Vt hæc amputentur, precamur. Dictum est sexies: Vt res Ecclesiæ quibus traditæ sunt intemerato iure seruentur, rogamus. Dictum est septies: Vt secundum hoc quod persequuti estis synodali conuentu per omnia fiant, vnanimiter deprecantes rogamus. Dictum est octies: Vt in præsumptoribus vindicetur, rogamus.

Dictum est decies: Vt disciplina seruetur, rogamus. Dictum est vndecies: Quæ malè admissa sunt per vos corrigantur. Dictum est duodecies: Vt illicita facta amputentur, ita vt deinceps non fiant, rogamus. Dictum est tredecies: At Apostolica ordinatio illibata seruetur. Dictum est quatuordecies: Dignus Papa quod non licet, nou fiat. Dictum est quindecies: Exaudi Christe, Symmacho vita. Dictum est sexdecies: Vt canones custodiantur rogamus. Dictum est quindecies: Vt ordinatio Apost. seruetur. Dignus Papa, dignus Doctor. Dictum est nouemdecies: Hæc omnes vnanimiter confirmamus, & vt vnanimiter seruentur, rogamus. Dictum est vigesies.

Hæc timenda, hæc seruanda sunt. Dictum est vigesies: Per Dominum Petrum, & perpetuò seruentur rogamus. Dictum est vigesies: Qui hæc violarit in se, iuxta prætaxatum modum inueniat: Dictum est vigesies: Et facto silentio Symmachus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ vrbis Romæ dixit: Præsentis diffinitionis formam, quæ iuxta sanctorum Patrum est statuta sententias, in omnium Ecclesiarum notitiam, peruenire decernimus, ne cuiquam pro sua possit ignoratione licere, quod non licet. Et qui talia præsumpserint, sciant se prætaxato condemnatos esse modo. Similiter & hoc ad omnium Ecclesiarum notitiam vestram cunctorum exhortatione & iudicio censemus peruenire, & ab omnibus firmiter teneri, quia Episcoporum res Ecclesiæ non dubitantur esse, si in eorum facultatibus simili fuerit crudelitate grassatum, peruersores rerum memoratarum prædictæ canonum districtionis feriantur vindicta; vt qui moribus proprijs, ac nulla cõscientiæ castigatione corriguntur, saltem Ecclesiasticæ & canonicæ vindictæ perfodiantur aculeis. Generaliter verò quicunque res Ecclesiæ confiscare, aut competere, aut peruadere periculosa sua infestatione præsumpserit, nisi se citissimè per Ecclesiæ de qua agitur satisfactione correxerit, perpetuo anathemate feriatur. Similiter & hi qui res Ecclesiæ iussu vel largitione principũ, vel quorundam potentum, aut quadam inuasione aut tyrannica potestate retinuerint, & filijs vel hæredibus suis (vt à quibusdam iam factum audiuimus) quasi hæreditarias reliquerint, nisi citò res

tò res Dei admoniti à Pontifice agnita veritate reddiderint perpetuò anathemate feriantur.

Iniquum enim esse censemus, vt potius custodes chartarum, quam defensores rerum creditarum (vt præceptum) est iudicemur. Sanandum est ergo hoc celerius, ne longius execrandus animis morbus inlerpat, vt si medicus cùm viderit huius terreni corporis aliquem esse languorem, magnum suæ artis æstimat documentum, si citò quis illius interuentu desperatus euadat: vel cùm posteà vulnus aspexerit, adhibet fomenta vel cætera, quibus illud posset quod curatũ fuerat vulnus obduci, ac si id manens sanari non poterit ne corpus reliquum sua tale corrumpat, ferro amputet quod nocebat, quo reliquum integrum seruet intactum.

Præcidendum id ergo est quod velut puro sanoque nimium corpori vulnus obrepsit, ne cum tardius abstergitur in ipsis penè visceribus mali non haurienda sentina confidat. Ferro enim abscindenda sunt vulnera, quæ fomenta non sentiunt. Similiter & illi extorres debent fieri ab Ecclesia, qui sacerdotali admonitione non corriguntur, dicente Domino. Auferre malum à vobis, vniuersa synodus surgens acclamauit, vt ista fiat rogamus. Dictum est octies. Ista seruentur, precamur, dictum est decies: vt in perpetuum maneant, & vestra authoritate firmentur. Dictum est duodecies. Exaudi Christe Symmacho Papæ vita dictum est duodecies.

Et facto silentio Symmachus Episc. Ecclesiæ Catholicæ vrbis Romæ synodo præsidens dixit.

In hoc cognoscimus omnes quia Deum diligimus, si mandata eius faciamus. Hæc est enim charitas Dei, vt mandata eius custodiamus, & mandata eius grauia non sunt. Iustus enim est Dominus & omnia iudicia eius iusta sunt, atq; omnes viæ eius misericordiæ & veritas & iudicium. In manu Dei potestas terræ cui execrabilis est omnis iniquitas. In manu Dei potestas hominis, & super faciem scribæ imponit honorem suũ. Perdit Deus memoriam superborum, & iniqua gerentium, & reliquit memoriam humilium & bonorum hominum. Hoc autem pro certò habet omnis qui rectè colit Deum: quia vita eius si in probatiõe fuerit, coronabitur, & si in tribulatione liberabitur: si verò in correctione fuerit ad misericordiam perueniet. Omne enim quod irreprehensibile est Catholica defendit Ecclesia. Nõ licet ergo Imperatori vel cuiquam pietatem custodienti aliquid contra mandata diuina præsumere, nec quicquam quod Euangelicis propheticisque, & Apostolicis regulis obuiat agere. Iniustum enim est iudicium, & definitio iniusta regio metu, vel iussu à iudicibus ordinata, non valet. Nec quicquam quod contra Euangelicã, vel propheticam, aut Apostolicam doctrinam, constitutionemque eorum, siue sanctorum Patrum actum fuerit stabit: & quod ab infidelibus aut hæreticis factum fuerit, omnino cassabitur. Nocium ergo sancti prædecessores mei damnare confidenter studuerunt, quorum & pusillitas mea (licet impar & minima) pro suscepto tamen diuina dignatione ministerio pedissequam cuperet existere. Va

re. Væ enim erit nobis qui huius ministerij onus susceptum habemus, si veritatem saluatoris nostri Iesu Christi quam Apostoli prædicauerunt, prædicare neglexerimus. Væ erit nobis si silentio veritatẽ oppresserimus, qui erogare numularijs iubemur, id est, Christianos populos imbuere & docere. Quid in ipsius Christi futuro dicturi sumus examine, si sermonum eius veritatem cõfundimur prædicare. Quid erit de nobis cum de commissis nobis animabus & de officio suscepo rationem iustus iudex Christus Deus noster districtam exegerit? Ideò nos oportet semper nocina resecare, & auxiliante Domino profutura erigere. Vnde obiurgando, hortando, suadendo, blandiendo, consulendo prodesse quibus possumus festinemus. Lingua nostra bonis fomentum sit prauis aculeus, timidos retundat, iratos mitiget, pigros exacuat, desides hortãdo succendat, refugẽtibus suadeat, asperis, blandiatur desperatos consoletur, vt quia doctores dicimur, viã salutis gradientibus ostendamus. Simus in custodia vigilantes aditus, contra hostis insidias soliciti nuntiamus: & si quando ouẽ prædictam de cõmissis gregib. error abduxerit, toto illam annisu ad caulas reuocare dominicas contendamus, vt de pastoris nomine quod habemus non supplicium, sed præmium consequamur. Quia ergo in omnib. diuinæ gratiæ adiutorio opus est omnipotentis Dei assiduis precib. clementiã exoremus, quatenus ad hęc nobis operanda & velle tribuat, & posse cõcedat, atq; in ea nos via cũ fructu boni operis q̃se pastor pastorũ esse testatus est, dirigat, vt sine quo nihil agere possumus, per ipsũ oĩa implere valeamus.

Vniuer-

Vniuersa synodus surgens acclamauit. Placent omnia, vt perpetua stabilitate firmentur, rogamus. Dictum est octies. Et adiecit. Exaudi Christe Symacho vita. Dictum est octies: vt hæc intemerato iure custodiantur, precamur. Dictũ est duodecies: qui hæc sponte violauerit, perpetuò anathemate feriatur, rogamus. Dictum est quindecies vt decreta nostra confirmes, precamur. Dictum est decies & octies. Et facto silentio, Symachus Episc. Ecclesiæ Catholicæ vrbis Romæ dixit. Acclamationes vestras, synodiq́ue iudicium præsentia gesta suscipiant. Et adiecit: Ea quæ ad sopiendos veternosæ præsumptionis errores, vel infensæ rebus Ecclesiasticis ægritudinis morbos, quibus vniuersalis afficiebatur Ecclesia, deliberatio religioni congrua paciq́; constituit, firmitate perpete serientur, vt præstante Deo, quem custodem rerum constat esse bonarum, synodalis ordinatio vigeat, atque omnis qui fine personæ alicuius districtione venire præsumpserit, indicta superius districtione plectatur.

CAPVT IIII.

Ex Concilio Ilerdensi.

CAnone 16. Tamen quia ipsa sanctio (quod peius est) à multis clericis nunc cognoscitur violari, ita vt non iubente sacerdote expectorato affectu, totaq́ue disciplinę seueritate posthabita, immaniter quæ in domo Pontificali reperiuntur inuadunt, & abradunt, ideò nunc hac huius placiti constitutione inter nos censura placuit custodiri,

stodiri, vt defuncto antistite, vel etiam adhuc in supremis agente, nullus clericorum cuiuslibet ordinis officij graduſve sit, quicquam de domo præsumat, vel quod de vtilitate instrumenti domus esse agnoscitur, id est, mobilis & immobilis rei Ecclesiasticæ conetur inuadere, nihil furto, nihil domo supprimens, auferens atque abscondens, sed is cui domus commissa est subiunctis sibi cum consilio vno, vel duobus fidelissimis clericis, omnia vsq; ad tempus Pontificis subsistuendi debeat conseruare, & his qui in domo inueniuntur clericis consuetam alimoniam administrare.

Ex Concilio Valentino Hispaniæ Canon. 6. vt nullus alienum clericum, secundum decreta canonum, sine consensu Episcopi sui audeat ordinare, sed nec vllum sanctorum sacerdotum quispiam ordinet, qui localem se futurum primitus non sposponderit, vt per hæc nullus à regula, vel disciplina Ecclesiastica deuiare permittatur impunè.

Ex Concilio Aurelianensi primo: Can. 7. Quod si nec sub tali se confusione correxerit, donec emendet errorem communione fratrum habeatur indignus, minores (vt dignum est) distringantur. Canon. 21. Abbates pro humilitate religionis in Episcoporum potestate consistant. Et si quid extra regulam fecerint, ab Episcopis corrigantur. Qui semel in anno in loco vbi Episcopus elegerit, accepta vocatione conueniant. Monachi autē Abbatibus omni obedientia & deuotione subiaceant. Quod si quis per contumaciam exciterit inde-

indeuotus, aut per aliqua loca vagari aut peculiare aliquid præsumpserit, omnia quæ acquisierit, ab Abbatibus auferentur, secundum regulam Monasterio profutura.

Ipsi autem qui fuerant peruagati, vbi inuenti fuerint, cum auxilio Episcopi tanquam fugaces sub custodia reuocentur. Et reum se ille Abbas futurũ esse cognoscat, qui in huiusmodi personis nõ regulari animaduersione distrinxerit, vel qui susceperit monachum alienum Canon 30. Clerici verò qui ad opus sanctum adesse contempserint, secundum arbitrium Episcopi Ecclesiasticá suscipiant disciplinam.

Ex Concilio Cæsaraugustano. Canon. 5. Item lectum est, vt hi qui per disciplinam, aut sententiam Episcopi ab Ecclesia fuerint separati, ab alijs Episcopis non sint recipiendi.

Ex Concilio Toletano 2. Can. 3. Quatenus malæ consuetudinis abrasa rubigo, in posteris radicis suæ veneno serpere nõ possit. Ex Synodo quadam Hierosolymitana ex actis quintæ Synodi Constantinopolitanæ excerpta.

Recordantes solum venerabiliũ virorum, qui apud vos sunt lætamur. Nam cum sine vultus interpellatione fit alloquutio per epistolas, est animum vertere ad ipsos. propter hoc ergo solum & nunc me motum esse ad scribendum & ex ipso momento alloquendi vos, delectatus sum sicut in omnibus diuitijs. Nam sicut vnguentum euacuatum, muneris tui sic odorẽ, nedum non præsentis, sed absentis sentimus: in eminentia morum vestrorum, ad ipsum medium cordis posita,

læti-

lætitia implemur, audientes virtutum vestrarum fertilissimã vtilitatem, nam sermo de vestra charitate quotidie versatur inter nos, cũ multi quidem quæ à vobis reformata sunt, narrent: maximè verò communis frater, imò communis benefactor Deo amantissimus presbyter Eusebius (veritatem dico, & non mentior) magnus generaliter & cõtinuus de vobis sermo est, maximè ab ipsius sanctitate, qui libenter narrat quę apud vos sunt, sicut fides recta vita irreprehensibilis, mansuetudo magna, & simpliciter dicendo, omnis virtutũ chorus vobis à Deo datus est, vt & Iacobi sedem accipere, & custos orthodoxæ fidei esse mereamini. Ex Concilio Aurelianensi 2. Can. 7. Itaque Metropolitanus Episcopus à comprouincialibus clericis, vel populis electus congregatis in vnum omnibus comprouincialibus Episcopis ordinetur, vt talis (Deo propitio) ad gradũ huius dignitatis accedat, per quem regula Ecclesiæ in melius aucta, plus floreat. Ex Concilio Aurelianensi 3. Canon. 6. De clericorum præmittenda conuersione id omnimodo obseruetur, ne vllus ex laicis ante annualem conuersionem vel ætatem legitimam, id est, viginti quinque annorum diaconus, & triginta præsbyter ordinetur, ita vt de ipsis quoque, qui ordinandi sunt, clericis regulari custodiatur studio, ne aut duarum vxorum vir, aut renuptæ maritus, aut pœnitentiam professus, aut senius corpore, aut qui publicè aliquãdo arreptus sit, ad suprascriptos ordines promoueatur. Quod si sciens Episcopus contra hæc statuta agendum esse crediderit, is quidem

qui

qui ordinatur, suscepto iuxta anteriores canones priuetur officio, sed ille pro ordinationis temeritate sex mensibus à celebrandis officijs sequestretur. Quod si Missas intra statutum temporis facere præsumpserit, anno integro omnium fratrum charitate priuetur. De quorum promotionib. si quis clericus aut ciuis testis extiterit, quorum testimonio dum creditur, frequenter Pontificis ignorantia præuenitur, cùm agnitum fuerit ordinationem illicitè celebratam, anno integro à communione pellatur. Qui si infirmitate deciderit, eis viaticum non negetur.

Canon. 11. Si qui clerici ministeria suscepta, quacunque occasione agere sicut & reliqui detrectant, & excusationem de patrocinijs quorumcunque (ne officium impleant prætendunt, ac sacerdotes suos sub huiusmodi causa æstimant per inobediẽtiam contemnendos) inter reliquos clericos canonicos, ne hac licẽtia alij vitientur, nullatenus habeantur, neque ex rebus Ecclesiasticis cum canonibus stipendia aut munera vlla percipiant. Canon 16. De raptu virginum consecratarum, seu in proposito sub deuotione viuentium id statuimus, vt quicunque sacratæ vel deuotę, id est religionem professæ vitium præsumpserit, à communione Ecclesiastica vsq; ad exitum repellatur, viatico tantùm ei infirmitatis periculo reseruato. Quod si quæ rapta dicitur cum raptore habitare consenserit, & ipsa excommunicatione simili feriatur. Quæ & formam de pœnitentibus ac viduis in proposito manentibus, definita sub districtione Ecclesiastica conseruet. Quod si quis

facer-

sacerdos sciens, huiusmodi personis communicauerit, anno integro pacem Ecclesiasticam non habebit. Cano. 20. Si quis clericorum circa se districtionem Episcopi sui putat iniustam, iuxta antiquas constitutiones recurrat ad synodũ. Canone 22. Similis etiam de his qui oblationes defunctorum legaliter dimissas, quolibet ordine assignare tardauerint, vel detinere præsumpserint districtionis Ecclesiasticę iuxta priores canones forma seruetur. Canone 27. Quod si inuentus fuerit quis in operibus suprascriptis quæ interdicta sunt se exercere, qualiter emendare debeat, non in laici districtione, sed in sacerdotis castigatione consistat. Can. 28. De Missis nullus laicorum antè discedat, quam dominica dicatur oratio. Et si Episc. præsens fuerit, eius benedicto expectetur. Sacrificia verò matutina. Missarum, siue vespertinorum, ne quis cum armis pertinentibus ad bellum, expectet. Quod qui fecerit, in sacerdotis potestate consistat, qualiter eius districtione debeat castigari. Ex Aruernensi synodo: Inspectisque canonibus, id nobis rationabile visum est, vt quamuis Ecclesiasticæ regulæ penè omnia comprehendant, quædam tamen vel adderentur noua, vel repeterentur antiqua. Canon. 1. In primus placuit, vt quotiens secundum statuta Patrum sancta synodus congregatur, nullus Episcoporum aliquam primo causam suggerere audeat, quam ea quæ ad emendationem vitæ, ad serenitatem regulæ ad animę remedium pertinent, finiantur.

Canone 2. Sit in eligendis sacerdotibus cura

præcipua, quia irreprehensibiles esse conuenit, quos præesse necesse est corrigendis.

Cannone 16. Quod si antistes culpam hanc in præsbytero aut diacono suo distringere canonico rigore noluerit ipse seueritate sententiæ, vel scueritatis sententia feriatur. Ex Synodo Aurelianensi quarta: Canone 2. Si quis hanc regulam perruperit, tanquam transgressor disciplinæ à sacerdotibus censeatur. Canone 22.

Item seruo sæculari sacerdotum prædas vel captiuitates exercere non liceat, quia iustum est, vt quorum domini redemptionis debent præstare suffragium, per seruorum suorum excessum disciplina Ecclesiastica non maculetur.

Canone vigesimo quinto. Si quæ parochiæ in potentatuum domibus cõstitutæ sunt, vbi obseruantes clerici ab Ecclesia ciuitatis admoniti secundum qualitates ordinis sui fortasse, quod Ecclesiæ debent sub specie Domini domus implere neglexerint corrigantur, secundum Ecclesiasticam disciplinam. Et si ab agentibus potestatem vel ab ipsis rei Dominis de agendo officio Ecclesiæ ab aliquo prohibentur, autores nequitiæ à sacris cæremonijs arceantur, donec subsequuta commendatione in pace Ecclesiastica sacris cæremonijs misceantur. Canon 36. Placuit præterea vt cuncti Metropolitani de comprouincialibus suis in Prouincia sua annis singulis synodum debeant congregare, vt dum in vnum se fraternitas iungit, semper & censura teneatur & charitas. Canone trigesimum septimo. Quod si quisque salubriter perspicit instituta indecenter transgredi

gredi quacunque occasione tentauerit, nouerit se Deo, & cunctæ fraternitati culpabilem esse futurum quia iustum est, per vnitatem antistitum, vt Ecclesiastica fulgeat disciplina & inconuulsa maneat constitutio sacerdotum.

Ex Synodo Turonica secunda: Ecclesiasticæ disciplinæ debet esse suffragium, congregatio sacerdotum, nec aliud erit suæ solicitudinis tam peculiare conscribere quam quod ad fundamentum religionis proficere recognouerit, operari non cesset, vt cum pastoralis cautela propagatur in ouilis custodia, paucorum veneranda decreta sint salutis publicæ documenta. Et quoniam quod omitti non decet oportet implere, præsertim cum cuius ad animarum intellectualium (de quibus Deo cura est) forma præcessit traditionis lex ad Pontifices manauit, necesse est vigilantissimè prouidere, repulso corpore vt quioquid ab antiquis Patribus statutum de tramite canonico, quarundam personarum temeritate cernitur imminutum, reuocandum est in statũ pristinum, vt possint malè admissa corrigi, & non admittenda damnari. Magna est enim in ipsa seueritate pietas per quam tollitur peccandi facultas. Nam vbi insana libertas generat vulnera sacerdotalis districtio dat medelã. Quapropter (Christo auspice) in Turonica ciuitate concilio concordanti, iuxta conuiuentiã gloriosissimi Domini Chariberti regis annuentis coadunati pro pace & instructione Ecclesiæ oportunum credimus subter annexa decreta conficere, & subscriptionibus proprijs roborare (vt retundantur

noxia, propagentur aptata ne taciturnitate silentij vitiosorum criminum nutriri videretur licentia, non abscindi, & quæ opportuna erant, pro qualitate temporis adijci, non paterentur negligi, sed procurentur impleri. Canon 11. Si quis Episcopus ad distringendum eos, qui in hac facilite perdurant, negligens apparuerit, sicut in ipsa sancta Basilica est publicè recitatum, ex consensu communi, atque totius populi sententiam prædecessorum canonum se incurrer eomnino cognoscat, sic tamen vt tam metropolitanus suis comprouincialibus, quam comprouinciales metropolitano suo si resistere, aut contenere Episcopum clerici sui præsumpserint, dent omnino solatium. Et quia dixit sancta scriptura, Frater fratrem adiuuãs exaltabitur quisquis pro causa Dei fratri suo solatium commonitus dare distulerit, vsque ad synodum remoueatur. Nam si Episcop. se contemni sentiens fratres suos in solatio suo non commouerit, ipse sciat, qualiter reddat Domino rationem. Canone 20. Et qui deberent esse forma præcepti, ipsi inueniantur in vrna peccati. Rectius est, vt caput morbidum, si curari non potest, amputetur, quam grex pro eodem inficiatur. Talis ergo sacerdos, & pastor non debet à populo venerari, sed renui, qui non formam disciplinæ, sed vitij docet dum seipsum non corrigit.

Cano. 26. Sacerdotalis tamen debet esse prouisio, vt vindictam admonitio manifestè præcedat, vt res vsurpatas si iniustè quis tulerit, adhibita æquitate restituat. Quod si neglexerit & necessitas

ceſſitas compulerit poſtea prædonem ſacerdotalis diſtrictio maturata procellat, neque quiſquam per interregna res Dei nitatur defenſore, quia Dei potentia cunctorum regnorum terminos ſingulari dominatione concludit. Canon. 28. Cauta enim eſt in ſalute prouiſio ad effugiendã culpam delicti, aditum delinquẽtibus repellere. Ex Concilio Parienſi 1. Admonet Pontifices temporum qualitas, & improbæ neceſſitatis præcauenda conditio, vt non ſolùm rerum prẽſentium ſed & futurorum quoque vtilitas congrua promiſſione tractetur, quatenus quos cuſtodiæ ordinatio, ac pro amore diuino ſolicitudinis cura conſtringit, & prouidiſſe ſequentia & opportunè eis vigilaſſe probentur. Et quia ſibi ſacerdotes in hoc maximè conſulunt, ſi importunorum voluntatibus obuiaſſe noſcuntur, coniuncti in vnum Chriſto opitulante Pariſijs pro vtilitatibus Eccleſiarum, vnde non leuiter rationem ſumus quandoque reddituri inquantum diuina pietas virtutem dare dignata eſt, tentauimus ſalubri conſideratione proſpicere ne dũ periculoſa abuſione ordinatio ſuperna negligitur, in nobis aliorum crimina vindicentur.

Ex Concilio Aurelianenſi quinto: Ad diuinam gratiam referendum, eſt cum vota principum cõcordant animis ſacerdotum. Vt dum fit Pontificale concilium normam viuendi teneat recapitulatio antiquam canonum, vt locus & tempus, quia eſt in quibuſcunq; titulis veteribus adhærens noua conſtitutio ſanctionum. Igitur clementiſſimus princeps triumphorum titulis inuictiſ-

uictissimus Dominus Childebertus cum pro amore sacræ fidei studio religionis in Aurelianensium vrbem congregasset in vnum Dominos sacerdotes, cupiens ex ore Patrum audire quod sacrum est, & quod pro Ecclesiastico ordine promoueretur pastorali, & quod aduenientibus sit norma, & præsentibus sit disciplina, atque conueniens à præsenti tempore in posterum custodiri (præstante Deo) signanter est titulis prænotatum. Canon 2. Nullus sacerdotum quemquam rectæ fidem hominem, pro paruis & leuibus causis à communione suspendant, præter eas culpas, pro quibus antiqui Patres ab Ecclesia arceri insserunt committentes. Cauon 9. Nullus ex laicis absque annua conuersatione præmissa Episcopus ordinetur, ita vt intra anni ipsius spatium à doctis & probatis viris, disciplinis & regulis spiritualibus plenius instruatur. Quod si hoc quisquis Episcoporum transcendere quacunque conditione præsumpserit, anno integro ab officio vel charitate fratrum habeatur extraneus. Cano. 20.

Id etiam miseratione tua condiximus custodiri, vt qui pro quibuscunque culpis in carceribus deputantur, ab Archidiacono seu à præposito Ecclesiæ diebus singulis Dominicis requirantur, vt necessitas vinctorum secundum præceptum diuinum misericorditer subleuetur, atque à Pontice instituta fideli & diligenti persona, quæ necessaria prouideat, competens victus de dono Ecclesiæ tribuatur. Canon. 22. His quoque (Deo propitio) constitutis (quod præcipuè in omnibus Patrum conciliis habetur scriptum) congrua diffinitione san-

ne ſancimus, vt intra anni circulum vnuſquiſque metropolitanus Epiſcopus, iunctis in vnum locũ comprouincialibus ſuis intra prouinciam ſuam ſtudeat habere concilium, vt aut ſi quæ exceſſerint charitatis emendentur ſtudio, aut ſi pax regalis, vel diſciplina in cunctis (Deo adiuuãte) permanſerit, autore bonorum omnium Deo de charitate, & præſentia gratulentur. Hæc ergo (Deo propitio) cõſtanter & vnamiter definita ſeruãtes etiam præteritorum ſtatuta canonum, his decernimus vt (Chriſto autore) deinceps inconuulſa vniuerſa ſeruentur, vt mauente concorditer, quæ diuina inſpiratione ſalubriter in præſenti tempore definita ſunt amodo & habeant vigorem, & cuſtodiant charitatem. Canon. 23. Quod ſi gentilis Dominus fuerit, aut alterius ſectæ, qui à conuentu Eccleſię probatur extraneus, is qui ſeruum repetit, perſona requirat bonæ fidei Chriſtianũ, vt ipſe in perſona Domini pro ſeruo præſtet ſacramentum, quia ipſi poſſunt ſeruare quod ſacrum eſt, qui poſt tranſgreſſionem Eccleſiæ metuunt diſciplinam.

CAPVT V.

Ex Concilio Parienſi ſecundo.

PLacere nobis, quod eum in monaſteriũ duxerunt, præſentibus etiam decretis vnanimiter profitemur, & quia ſine dubio culpas eius eſſe capitales canonum autoritate monſtratur, vtique confeſſione propriæ linguæ deiectioni ipſe ſe fecit obnoxium. Igitur tam aperta confeſſione ſecundum

cundum sententiam canonum quæ de huiusmodi transgressione, in Aurelianensi synodo nuper habita sunt decreta, à metropolitano, cui redigendi actio vel ordinatio de comprouincialibus Ecclesiæ manet in memorata vrbe scripta seruetur, ac regulariter peragantur, vt disciplinæ modus maneat, & qui tanto ordini præsunt, adiuuante Christo bonæ vitę autoritate viuentes, quę secundum ordinē sacrum possitis ordinare prouideāt, vt nec falsa obiectio culpæ maculet innocentes: & illi qui inuenti & comprobati in culpa fuerint, in nulla districtione habeātur immunes.

Ex Concilio Toletano tertio: Post damnationē hæresis Arrianæ, & fidei sanctæ Catholicæ expositionem, hoc sanctum præcepit concilium, vt quia à nonnullis vel hæresis, vel gentilitatis necessitate per Hispaniarum Ecclesias canonicus prætermissus est ordo dum & licentia abundaret transgrediendi, & disciplinæ optio negaretur, dum omnis excessus hæresis probaretur patrocinio, & abundantia mali temporis procul esset districtio disciplinæ. At nunc pace Ecclesiæ Christi misericordia reparata, quod priscorum canonum autoritas prohibet, sit resurgente disciplina inhibitum, vt agatur omne quod præcepit fieri. Permaneant in suo vigore Conciliorum omnium constituta, simul & synodicæ sanctorum Præsulum Romanorum epistolæ. Nullus deinceps ad promerendos honores Ecclesiasticos cōtra canonum statuta aspiret indignus. Nihil ex hoc fiat, quod sancti Patres Spiritu Dei pleni sanxerunt debere non fieri. Et qui præsumpserit, seueri-

ſeueritate priorum canonum diſtringatur. Canó 11. Quoniam comperimus, per quaſdam Hiſpaniarum Eccleſias, non ſecundum canonem, ſed fœdiſſimè pro ſuis peccatis homines agere pœnitentiam, vt quoties peccare libuerit, totiens à præſbyteris ſe reconciliari expoſtulent; & ideo pro coercenda tam execrabili præſumptione, id à ſancto concilio iubetur, vt ſecundum formam canonum antiquorum detur pœnitentia, hoc eſt vt prius eum quem ſui pœnitet facti à communione ſuſpenſum faciat inter reliquos pœnitentes ad manus impoſitionem recurrere: Expleto autem ſatisfactionis tempore, ſicuti ſacerdotalis cõtemplatio probauerit, eum communioni reſtituat. Hi verò qui propria vitia vel infra pœnitentiæ tempus, vel poſt reconciliationem relabuntur, ſecundum priorum canonum ſeueritatem damnentur. Canon 12. Quicunque ab Epiſcopo, vel præsbytero ſanus vel infirmus, pœnitentiam poſtulat, id antè omnia Epiſcopus ſeruet & præſbyter, vt ſi vir eſt, ſiue ſanus ſiue infirmus, prius eum tondeat, aut in cinere & cilicio habitum mutare faciat, & ſic pœnitentiam ei tradat. Si verò mulier fuerit, non accipiat pœnitentiã, niſi prius aut velata fuerit aut mutauerit habitum. Sæpius enim laicis cum fœminis tribuendo deſidiosè pœnitentiam, ad lamẽtanda rurſus facinora poſt acceptam pœnitentiam, relabuntur. Canone 17. Ergo & ſacerdotes locorum eorundem, in quibus ſceleris huius immanitas peragitur, ſancta ſynodus præcipiendo conuenit vt idem ſcelus cum iudice curioſius quærant, & ſine capitali vindicta a-

criori disciplina prohibeant.

Ex Concilio Matisconensi primo: Canone 8. Vt nullus clericus ad iudicem secularem quemcunque alium fratrē de clericis accusare vel ad causam dicendam trahere, quomodocunque loco præsumat, sed omne negotium clericorum, aut in Episcopi sui, aut in præsbyteri, aut Archidiaconi præsentia finiatur. Quod si quicunque clericus hoc implere distulerit, si iunior fuerit vna minus de quadraginta ictus accipiat, si certè honoratior triginta dierum inclusione mulctetur.

Ex Concilio Matisconensi secundo: Canon 5. Omnes igitur reliquas fidei sanctæ Catholicæ causas, quas temporis longitudine cognouimus deterioratas fuisse, oportet nos ad statum pristinum reuocare, ne nobis simus aduersarij dum ea quæ cognoscimus ad nostri ordinis qualitatem pertinere, aut nō corrigimus, aut (quod nefas est) silentio præterimus. Leges namque diuinæ consulentes, sacerdotibus ac ministris Ecclesiarum, pro hæreditaria portione omni populo præceperunt, decimas fructuum suorum locis præstare, vt nullo labore impediti, per res legitimas spiritalib⁹ possint vacare ministerijs, quas leges Christianorum congeries longis temporibus custodiuit intemeratas. Nunc autem paulatim prævaricatores legum, penè Christiani omnes ostenduntur, dum ea quæ diuinitus sancita sunt adimplere negligunt. Vnde statuimus ac decernimus, vt mos antiquus à fidelibus reparetur, & decimas Ecclesiasticis famulantibus ceremonijs populus omnis

nis inferat,quibus ſacerdotes,aut in pauperum vſum,aut captiuorum redemptionem prorogatis ſuis orationibus pacem populo ac ſalutem inpetrent. Si quis autem contumax noſtris ſtatutis ſaluberrimis fuerit,à membris Eccleſiæ omni tempore ſeparetur. Canon 15. Et quia ordinatione ſacerdotum (annuente Deo) congruit de omnibus diſponere,& cauſis ſingulis honeſtum terminum dare,vt per hos reuerendiſſimos canones & præteritorum canonum viror, ac florida germina maturis fructibus eniteſcant, ſtatuimus vt ſi quis quempiam clericorum honoratorum in itinere obuium habuerit, vſque ad inferiorem gradum honoris veſtranter (ſicut condecet Chriſtianum) illi colla ſubdat prout is officia & obſequia fideliſſima Chriſtianitatis iure promeruit. Et ſi quidem ille ſecularis equo vehitur,clericuſque ſimiliter,ſecularis galerum de cap.auferat,& clerico ſynceræ ſalutationis munus adhibeat.Si vetò clericus pedes graditur, & ſecularis vehitur equo,ilicò ad terram defluat,& debitum honorem prædicto clerico ſyncerę charitatis exhibeat,vt Deus, qui vera charitas eſt.in vtriſq; lętetur,& dilectiõe ſua vtrumq; aſciſcat. Qui verò horũ aliqua, quæ ſpiritu ſanctu dictante ſancita ſunt tranſgredi voluerit, ab Eccleſia, quã in ſuis miniſtris de honorat,quãdiu Epiſcopus illius Eccleſiæ voluerit,ſuſpendatur. Canon 16. Illud quoque rectum nobis viſum eſt diſponere, vt quæ vxor ſubdiaconi, vel exorciſtæ,vel acolythi fuerat,mortuo illo ſecundò ſe non audeat ſociare matrimonio. Quod ſi fecerit, ſeparetur, & in cœnobijs puellarum Dei trada-

tradatur,& ibidem vsque ad exitum vitæ suæ permaneat.

Ex Concilio Romano 1. Gregorius sanctissimus Apostolicus,ante corpus beatissimi Petri in synodo residens dixit: Hinc maximè nimium dolens & ingemiscens dico, quia aliquot ex Christianis in occidentis partibus constitutos audio tenere contra catholicã fidem & contra patrum statuta agere, ita vt cõsecratas fęminas ducere præsumãt mulieres, & propinquas coniugio sortiantur. Quod opportunum est spiritali amputare mucrone, atque si vestræ placet sanitati, radicitus euellere, nè seges boni agricolæ iniquorum iuxta horrentibus frutetis sordescat.

Ex Concilio Antisiodorensi: Can. 20. Quod si pręsbyter(quod nefas est dicere)aut diaconus,aut subdiaconus post acceptam benedictionem infantes procreauerit,aut adulterium commiserit, & archypręsbyter hoc Episcopo,aut Archidiacono non intimauerit,integro anno non communicet. Canon 23 Si monachus in monasterio adulterium commiserit, aut peculiare habere præsumpserit,aut furtum fecerit, & hoc Abbas per se nó emendauerit,aut Episcopo, aut Archidiacono nó intimauerit, ad pœnitentiam agendam in alio monasterio retrudatur. Canon 43. Quicunque iudex, aut secularis præsbytérum, aut diaconum, aut quemlibet de clero,aut de iunioribus absque audientia Episcopi, aut Archidiaconi, vel Archypræsbyteri iniuriam inferre præsumpserit, anno ab omnium Christianorum consortio habeatur extraneus. Can. 44. Si quis ex secularibus institutio-

tionē aut commonitionem Archipresbyteri sui contumacia faciente audire distulerit, tamdiu à liminibus sanctæ Ecclesiæ habeatur extraneus, quamdiu tam salubrem institutionem adimplere studuerit, insuper & mulctam quam gloriosissimus rex Dominus præcepto suo instituit sustineat.

Ex Concilio Spalensi secundo: Capitulo 3. Desertorem autem clericum cingulo honoris atq; ordinationis suę exutum, aliquo tempore monasterio religari conuenit, sicque postea in ministeriū Ecclesiastici ordinis reuocari. Nam non proderit in talibus purgationibus alteri licētia, nisi fuerit in eis propter correptionem disciplinæ subsequuta censura. Canone 7. Septimo examine relatum est nobis venerandissimum quondam Agaxium Cordubensis vrbis Episcopum frequenter chorepiscopos, vel præsbyteros destinasse, (qui tamen iuxta canones vnum sunt) qui absente Pontifice altaria erigerent, basilicas consecrarent (quod quidem non est mirum, id præcepisse virum, Ecclesiasticæ disciplinæ non ignarū) & statim à seculari militia in sacerdotale ministerium delegatum.

Ex Concilio Toletano quarto. Anno tertio, regnante Domino nostro gloriosissimo principe Sisenando, die Nonarum Decemb. dum studio amoris Christi ac diligentia religiosissimi Sisenādi Regis Hispaniæ atque Gallitiæ sacerdotes apud Toletanam vrbem in nomini Domini conueniissemus, vt eius imperijs atque iussis commoti à nobis agitaretur, de quibusdam Ecclesiæ disci-

pli-

sciplinis tractatus, primum gratias saluatori nostro Deo omnipotenti egimus, post hæc antefato ministro excellentissimo & glorioso regi, cuius tanta erga Deum deuotio extat, vt non solum in rebus humanis, sed etiam in causis diuinis solicitus maneat. Hic quippè dum in basilica beatissimæ & sanctissimæ martyris Leocadiæ omniũ nostrum pariter iam cœtus adesset, pro merito fidei suæ cum magnificentissimis & nobilissimis viris ingressus primum coram sacerdotibus Dei humi prostratus, cũ lachrymis & gemitibus pro se interueniendum postulauit. Deinde religiosa prosecutione synodum exhortatus est, vt paternorum decretorum memores ad confirmanda in nobis iura Ecclesiastica studium præberemus, & illa corrigere, quæ dum per negligentiam in vsum venerunt, contra Ecclesiasticos mores licentiam sibi de vsurpatione fecerunt. Talibus ergo eius monitis congaudentes, necessarium extitit, iuxta eius nostrumque votum tractare, quæ competunt, siue in sacramentis diuinis, quæ diuerso atque illicitò modo in Hispaniarum Ecclesijs celebrantur, seu quæ in moribus praue vsurpata noscuntur. Canone 3. Nulla penè res disciplinæ mores ab Ecclesia Christi magis depulit quàm sacerdotum negligentia, qui contemptis canonibus ad corrigendos Ecclesiasticos mores synodum facere negligunt. Ob hoc à nobis vniuersaliter definitum est, vt quia iuxta Patrum antiqua decreta bis in anno difficultas temporis fieri cõcilium non finit, saltem vel semel à nobis celebretur ita tamen, vt si fidei causa est, aut quælibet

alia

alia Ecclesiæ communis, generalis totius Hispaniæ,& Gallitiæ synodus conuocetur. Si verò nec de fide,nec de communi Ecclesiæ vtilitate tractabitur,speciale erit concilium, prout vniuscuiusque Prouinciæ metropolitanus elegerit peragendum esse. Omnes autem qui causas aduersus Episcopos ac iudices,ac potentes,aut contra quoslibet alios habere noscuntur,ad idem concilium concurrant: & quæcunque examine synodali à quibuslibet prauè vsurpata inueniuntur, regis executoris instãtia iustissimè hisquibus iura sunt reformentur,ita vt pro compellendis iudicibus, vel secularibus viris ad synodum metropolitani studio quidam executor à principe postuletur.

Canone 23.Prona est omnis ætas ab adolescentia in malum. Nihil enim incertius,quam vita adolescentium. Ob hoc constituendum oportuit, vt si qui in clero puberes aut adolescentes existunt, omnes in vno conclaui atrij commorẽtur, vt lubricæ ætatis annos non in luxuria, sed in disciplinis Ecclesiasticis agant, deputato probatissimo seniore, quem & magistrum disciplinæ, & testem vitæ habeant. Quod si aliqui ex his pupilli existunt,sacerdotali tutela foueantur, vt & vita eorum à criminibus intacta sit, & res ab iniuria improborum. Qui autem his præceptis resultauerint Monasterijs deputentur,vt vagantes animi,& superbi seueriori regula distringantur.

Canon. 26. Quandó presbyteri aut diaconi per parochias constituuntur,oportet eos primũ professionem Episcopo suo facere, vt castè & purè viuant sub Dei timore,vt dum eos talis professió obli-

obligauerit, vitæ sanctæ disciplinam retineant. Canon. 28. Si quis Episcopus, aut præsbyter, siue diaconus, vel quilibet ex ordine clericorum magos aut aruspices, aut ariolos, aut certè augures, vel sortilegos, vel eos qui profitentur, artè magicam, aut aliquem eorum sublimia exercentem, consuluisse fuerit deprehensus, ab honore dignitatis suæ depositus, monasterij censuram excipiat: ibique perpetuæ pœnitentiæ deditus, scelus admissum sacrilegij soluat. Canon. 35. Episcopum per cunctas diœceses parochiasque per singulos annos ire oportet, vt exquirat quo vnaquaque basilica in reparationem sui indigeat. Quod si ipse aut languore detentus, aut alijs occupationibus implicatus, id explere nequiuerit, præsbyteros probabiles, aut diaconos mittat, qui & redditus basilicarum, & reparationes & ministrantium vitam inquirant. Canone 50. Quapropter monemus eos qui Ecclesijs præsunt, vt vltrà talia non præsumant. Sed hoc tantum sibi in monasterio vendicent sacerdotes quos præcipiunt canones, id est, monachos ad conuersationem sanctam præmonere, Abbates aliaque officia instituere, atque extra regulam facta corrigere. Canone 54. Quicunque ex sæcularibus accipientes pœnitentiam totonderunt se, & rursus prævaricantes laici effecti sunt, comprehensi ab Episcopo suo, ad pœnitentiam ex qua recesserunt, reuocentur.

Quod si aliqui per pœnitentiam irreuocabiles sunt, nec admoniti reuertuntur, vt verò apostatæ coram Ecclesia anathematis sententia condemnentur.

nentur. Non aliter & hi quæ à parentibus seipsos religioni deuouerunt, & posteà habitum sæcularem sumpserunt, vt ijdem à sacerdote comprehensi ad cultum religionis acta prius pœnitentia reuocentur. Quod si conuerti nō possunt, velut apostatæ anathematis sententiæ subijciantur. Quæ forma seruabitur etiam in viduis, virginibusque sacris ac pœnitentibus fœminis, quæ sanctimonialem habitum induerunt, & postea aut vestem mutauerunt, aut ad nuptias transierunt. Canone 74. Post instituta quædam Ecclesiastici ordinis, vel decreta, quæ ad quorundā pertinent disciplinam, postrema nobis cunctis sacerdotibus sententia est, pro robore nostrarum legum, & stabilitate gentis Gothorum Pontificale vltimum sub Deo iudice ferre decretum.

Ex Concilio Toletano quinto. Canon. 2. Summa autem nobis vigilantia, & grandi religionis cura prouidendum est, vt mala, quæ assiduè prohibita perpetrantur, circumspecta disciplina Ecclesiastica extirpentur. Non enim est in cassum scriptum: Pestilente castigato stultus sapientior erit. Quamobrem quoniam præponderante onere delictorum, experientia penè semper, ac sæpè fieri dicimus, quod magnoperè vitare debemus, quod etiam custoditur, cum hoc quod diuinis sacramentis spopondimus, temeritate non violamus, ideò frequenter compescendum, quod crebrò inuenitur transgressum. Cano. 3. Inexpertis & nouis morbis nouam decet inuenire medelam.

Ex Concilio Toletano 6. Cano. 4. Sæpè pullu-

lantia prauitatis germina, licet sæpissimè Patrũ iusta nouerimus seueritate damnata, quia tamen crebris conspiciuntur denuò vigere radicibus iustitiæ acriore vigore radicitus amputare sancimus.

Ex Concilio Bracarensi primo. Can. 18. Propositis his capitulis & relectis. Lucretius Episc. dixit: Quoniam etiam ea quæ à Catholicis abominata sunt & damnata, manifestius & apertius etiam ignorantibus declarata sunt, necessariũ post hac arbitror, si vestræ sanctitati videtur, vt instituta nobis sanctorum Patrum, recensitis antiquis canonibus innotescant: quæ & si non omnia, certè vel pauca quæ ad instructionem clericalis disciplinæ pertinent, relegantur. Canone 38. Item placuit, vt ex laico ad gradũ sacerdotij antè nemo veniat, nisi prius anno integro in officio lectorum vel diaconatus, disciplinam Ecclesiasticam discat: & sic per singulos gradus eruditus, ad sacerdotium veniat. Nam satis reprehensibile est, vt qui nondum didicit, iam docere præsumat dum & antiquis hoc Patrum institutionibus interdictum sit.

Ex Concilio Bracarensi 2. Martinus Bracarensis Ecclesiæ Episc. dixit. Inspiratione hoc Dei credimus prouenisse sanctissimi Patres, vt per ordinationem gloriosissimi filij nostri regis, ex vtroque Concilio conueniremus in vnum, vt non solum de visione alterutra gratulemur, sed etiam ea, quæ ad ordinationem & disciplinam Ecclesiasticam pertinent, pariter colloquamur. Scriptũ est enim in Euangelio dicente domino: Vbicunque

que fuerint duo vel tres in nomine meo congregati, ibi ero in medio eorum, Nitigis Lucensis Ecclesiæ Episcopus dixit: Nec aliud potest credi, nisi ea quæ ad vtilitatem nostrarum pertinent animarum diuina inspiratione & inchoari & perfici oportere. Et ideo vnanimes omnes atque idipsum, in duo sentientes, quæcunque ad instructionem nostram pertinent, in medium prolata desideramus agnoscere.

Martinus Episc. dixit: Arbitramur vestram beatitudinem recordari, quia cum primum in Ecclesia Bracarensi Episcoporum concilium congregatum est, post multa quæ ad concordiam rectæ fidei fuerant roborata, aliqua etiam quæ regularum sanctorum canonum continent discretionē firmauimus. Quorum vtilitas, vt possit euidentius in memoriam reuocari, ipsa (si vobis placet) epistola vestra in præsentia relegatur. Omnes Episcopis dixerunt. Oportet omnimodè, vt in omnium auribus, qui hic assistunt, recitetur. Recitatis ergo capitulis superioris Concilij, quę prolixitatem facerent, his gestis minimè sunt inserta. Martinus Episcop. dixit: Hæc ergo quæ modo sunt recitata, quæ nobis tunc aut varia, aut dubia, aut inordinata sunt visa auxiliante Deo directa sunt, vt suam inuiolabiliter obtineant firmitatem. Quæ autem tunc in memoriam non venerunt, aut onerosum fuit, in illo primo Concilio multa simul ingerere, necessariū videtur, modò ad notitiam sanctæ charitatis deferri eo specialiter prospectu, vt spirituali ventilata examine purgentur. Sancti enim Patres præcessores

nostri, aut generales synodos vndiq; colligi, pro vnitate rectæ fidei fecerunt, sicut in Nicæa contra Arrium trecenti decem & octo, & in Constantinopoli centum quinquaginta contra Macedonium, & in Epheso contra Nestorium ducenti, & in Chalcedonia contra Eutychen sexcenti triginta aut certè speciales synodos per suas vnusquisque Prouincias, pro resecandis contentionibus, vel emendandis aliquorum negligentijs, collegerunt, & prout excessus culparum, aut qualiscunque excessus exegit, per singulas, quasque diuinas canonum sententias, mediãte inter eos Dei spiritu conscripserunt, quas oportet nos relegere & tenere. Et quia opitulante Christi gratia, de vnitate & rectitudine fidei in hac Prouincia nihil est dubium, illud nobis modo specialius est agendum, vt si quid fortasse extra Apostolicam disciplinam per ignorantiam, aut per negligentiam reprehensibile inuenitur, in nobis recurrentes ad testimonia sanctarum scripturarum, vel antiquorum canonum instituta, adhibito communi consensu, omnia quæ displicuerint, rationabili iudicio corrigamus.

Ex Concilio Toletano 7. Magisque semper est magnoperè prouidendum, quicquid vel Ecclesiasticis moribus, vel publicæ vtilitati, (sine qua queti nõ viuimus) oportunum esse perpenditur. Nam licet & ante constitutiones canonum extent, quæ ad omnem possunt correctionem sufficere, si quis eas dignetur libenter attendere, tanto tamen luminis claritas Apostolici magis emicat, quãto fuerit studiosius sæpissimè cõtrectata.

Non

Non parum proficit ad emendationem multorũ, si dum ea quæ constituta sunt, per fraternam collationem ad memoriam reducantur, & illa etiam adijciantur, quæ aut deesse videntur, aut omnino constituenda competenter existimantur. Quis enim nesciat, quanta sint hactenus per tyrannos, & refugas, transferendo se in externas partes, illicitè perpetrata, & quam nefanda eorum superbia iugiter frequentata, quæ & patriæ diminutionem afferrent, & exercitui Gothorum indesinentem laborem imponerent. Quod si quidem laicorum insania fuisset factum, tolerandum à nobis forsitan aliquoties videretur. Illud tamen est vehementius stupendũ, quia (quod peius est) tanta ex religionis proposito in hac interdum præsumptione præcipites efferuntur, vt ad non leuem confusionem nostram pertineat, si res vllatenus inulta remaneat, quam & mundana lege & Ecclesiastica conuenit instanter disciplina corrigere.

Ex Concilio Toleta. 8. Regendorum membrorum causa, salus est capitis, & fœlicitas populorum. Canon. 3. Proinde quia & vsitatum est tantum malum, & maiorum frequenter constat mucrone succisum, nos quoque huic vulneri cancroso ignitum (quod superest,) adhuc inijcimus ferrum.

Canone 10. Nos quoq; membra capitis huius & perfidiæ malum, & concupiscentiam, quæ radix malorum est omnium, & auaritiam, quæ inuenitur seruitus idolorum, pari simul igne ac mucrone, totoque artificio radicitus euellamus

ac deseremus. Ex Concilio Nono Toletano: Sed quia nequaquam rectè subditos iudicat, qui non seipsum prius iustitiæ censura castigat: aptum nobis & expedibile visum est, arctè nostris excessibus imponere modum, & sic errata corrigere subditorum. Tunc namque melius iudiciorum exordia ducuntur, cum vita iudicum antè disponitur, eo quòd potius iudicij forma completur, cum negotiorum principijs æquitas iudicantium antefertur.

Ex Concilio decimo Toletano: Canone 5. Omnibus fœminis quæ iam in præteritum religionis veste probantur indutæ fuisse nihil excusationis valeat in oppositionem quælibet obiectio, quamuis diuersis ac callidis adumbrare se velint fallaciæ argumentis, sed ad sacratissimam sanctionem disciplina sanctior eas teneat religatas atq; subnexas.

Ex Concilio Cabilonensi Cano. 11. Peruenit ad sanctam synodum, quòd iudices publici contra veteranam consuetudinem, per omnes Parochias vel monasteria, quas Moses Episcopus circuire consueuit, ipsi illicita præsumptione videantur discurrere: etiam & clericos vel Abbates, vt coram eis compareant, iuuitos atque districtos antè se faciant exhiberi. Quod omnimodo religioni non connenit, nec canonum permittit authoritas. Vnde omnes vnanimiter censuimus, sententiantes vt deinceps ista debeant emendare. Et si præsumptione vel potestate, qua pollent, excepta inuitatione Abbatis aut Archipresbyteri, in ipsa monasteria vel parochias aliquid fortasse præsumpserint,

rint,à cõmunione omnium ſacerdotum eos conuenit ſequeſtrari. De oratorijs quæ per Villas fiunt,nonnulli ex fratribus & Epiſcopis noſtris reſidentes in ſancta ſynodo, querimonias detulerunt, quod oratorium per Villas potentum iam longo conſtructorum,tempore & facultatum ibidem collatarum,ipſi quorum Villæ ſunt,Epiſcopi adminiſtrationi contra dicant, ita vt nec ipſos clericos, qui ad ipſa oratoria deſeruiunt ab Archidiacono coerceri permittunt. Quod conuenit emendari,ita duntaxat,vt in poteſtate ſit Epiſcopi & de ordinatione clericorum, & de facultate ibidem collata qualiter ad ipſa oratoria & officium diuinum poſſit impleri,& ſacra libamina conſecrari. Quod ſi quis contradixerit iuxta priſcos canones cõmunione priuetur. Can.18. Quod qui inuentus fuerit faciens,ſub diſciplina diſtrictionis omnimodo corripiatur. Canon.19. Multa quidem eueniunt, quæ dum leuiter corriguntur, ſæpius ad maiora conſcendunt. Valde enim omnibus noſcitur eſſe indecorum, quod per dedicationes baſilicarum,aut feſtiuitates martyrum ad ipſa ſolemnia confluentes,chorus fœmineus turpia quidem & obſcœna cantica decantare videntur,dum aut orare debeant, aut clericos pſallentes audire. Vnde conuenit,vt ſacerdotes loci,talia à ſeptis baſilicarum vel portionibus ipſarũ ac etiam ab ipſis atrijs vetare debeant & arcere. Et ſi voluntariè noluerint emendare aut excommunicari debeant,aut diſciplinę aculeum ſuſtinere.

Ex Concilio Toletano vndecimo : Eramus enim hucuſq; pro labentis ſeculi colluuione inſta-

biles; quia annosa series temporum, subtracta lu-
ce conciliorum, non tam vitia auxerat quàm ma
trem omnium errorum ignorantiã ociosis men-
tibus ingerebat. Hactenus enim florentem Do-
mini vineã deuastauerunt apri frendentes: spon-
sam Christi, quam sui pretiosissimi sanguinis ef-
fusione conciliauit, conspurcare & polluere co-
nata est hæreticorum subdola machinatio, & in-
consutilem Domini vestem diuidere, vnitatem
fidei scindere, charitatis tollere fomenta, cum
suo proprio pertinaciter sensui volens inhærere,
sacræ scripturæ puritatem suæ prauitatis intel-
ligentia prophanet. Præterea sacrosanctam Ec-
clesiam Dei vulnerant etiam custodes eius, qui
cùm deberent ob dignitatis excellentiam cæte-
ros per suæ virtutis inuitationem prouocare ad
charitatis & vnitatis obseruantiam, tanquam sal
infatuatum, potius scandali, quam ædificationis
dant materiam. Hinc cernentibus quomodo Ba-
bylonicæ confusionis olla succensa nunc tempo-
ra auerteret Conciliorum, nunc sacerdotes Do-
mini de resolutis moribus irretiret: purpuratæ
enim meretricis sequebantur incitamenta, quia
Ecclesiastici conuentus non aderat disciplina,
nec erat qui errantium corrigeret partes, cũ ser-
mo diuinus haberetur exolus. Et quia non erat
adiuuandorum Pontificum vlla præceptio, cres-
cebat immanis vita deteriorum. Cùm tandem
diuina clementia, operib. manuum suarum pro-
conditione condolens praua in directa reducens,
suũ sanctũ Sabaoth nouis propaginibus ac præla
tis nouellis fœcundare volens, negligentiæ sur-
rogans

rogans diligentiam, pro ignorantia disciplinam immittens, pro socordia solertiam, pro schisma-te vnitatem inducens, pro Zizania veræ pacis vinculum largiens, pro caducis cœlestium desideria infundens, pro turpibus honesta sectari stimulans, à terrenis & infimis ad sublimia erigēs nos, in hac lachrymarum valle potius morientes quā viuentes, in hoc vasto periculorum mari vagantes sine remige, sine clauo huc illucq; tempestatū fluctibus per abrupta collisos, in continua malorum acie confligentes, vbi nos circunstant mille discrimina, vbi versutissimus insidiator hostis, mille nocendi artibus instructus: ex alto cœli domicilio respiciens, & tempori ætatis nostrę se occursuram præbuit & saluti, præparans nostris seculis religiosi principis mentem deuotam, pariter & instructam. Cuius prouidæ solicitudinis voto & lux Conciliorū renouatorū resplenduit, & alterna charitas se mutuò in corrigendis vel instruendis moribus excitauit, dum & aggregan di nobis hortatu principis glorioſi facultas data est, & opportuna corrigendis præparata est disciplina, & qui decursis longe ante temporibus post decem & octo scilicet labentium annorum excursum, in vnum meruimus aggregari conuentum, mereri possimus spiritali gratia sanitatem. Nec enim nostris iste alienus est à salute. Sic quippè mulier illa in Euangelio, ter senis annorum excursibus curua, quæ figuram totius humani generis gestabat, sub sacramēto huius numeri saluti pristinæ redonatur. Nos ergo per tot annos curuo nostri ordinis persistente statu, in eo

quod nulla nos Conciliorum definitio iungeret, nullus etiam conuentus Ecclesiastici ordinis adunaret, tandem diuinæ voluntatis imperio, & religiosi principis iussu, euocati in Toletanam vrbem conuenimus. Canone 3. Quisquis autem horum decretorum violator extiterit, sex mensibus communione priuatus, apud Metropolitanũ sub pœnitentiæ mensura permaneat corrigendus, quatenus apud illum & præteritæ trãsgressionis culpam lachrymas diluat, & necessariam officiorum doctrinam studiosè addiscat. Sub ista ergo regula disciplinæ, non solùm metropolitanus totius suæ prouinciæ Põtifices vel sacerdotes astringat, sed etiam cæteri Episcopi subiectos sibi Ecclesiarum rectores, obtemperare his institutionibus cogant. Canon 7. Cùm iuxta antiquæ institutionis edictum, plus erga corrigẽdos agere debeat beneuolentia, quàm seueritas: plus cohortatio, quam commotio: plus charitas quàm potestas: relatum est nobis, quod quidam ex fratribus plus liuore odij quam correctionis studio subditos insequentes, dum se simulant spiritualem eis adhibere correctionem, indiscretã subitò afferunt mortem, cùm inauditos à se proijciunt, & illicitis eos iudicijs sub pœnitentia puniunt. Non ergo de cætero peruersis voluntatibus sit liberum, simulare quod fingunt, sed quotienscunque quilibet ex subditis corrigendus est aut publica debet à sacerdote disciplina curari: aut si aliter rectoribus placet duorum vel trium fratrum spiritualium testimonio peculiariter adhibito & modus criminis agnoscatur, & modus pœnitentiæ irrogetur: ita tamen

men vt si exilio vel retrusione dignum esse cognouerit, aut quid aliud peculiare decreuerit, modus pœnitentiæ quam coram tribus fratribus sacerdos transgressori indixerit, speciali debeat eius, qui sententiam protulit, manus propriæ subscriptione notari. Sicque fiet, vt nec transgressores sine testimonio excidiuũ vitæ suæ incurrant: nec rectores accusatos se de quorumlibet interemptionibus erubescant. Canon 10. Quanquam omnes qui sacris mancipantur ordinibus, canonicis regulis teneantur astricti: expedibile tamen est, vt promissionis suæ vota sub cautione spondeant, quos ad promissionis gradus Ecclesiastica probat disciplina. Solet enim plus timeri quod singulariter pollicetur, quàm quod generali spõsione concluditur. Et ideò placuit huic sancto Concilio, vt vnusquisque qui ad Ecalesiasticos gradus est accessurus, non ante honoris consecrationem accipiat, quàm placita sibi annotatione promittat, vt fidem Catholicam syncera cordis deuotione custodiens, iustè & piè viuere debeat, & vt in nullis operibus suis, canonicis regulis contradicat, atque vt debitum per omnia honorem atque obsequij reuerentiam præminenti, sibi vnusquisque dependat, iuxta illud beati Papæ Leonis edictum: Qui se scit aliquibus esse præpositum, non molestè ferat aliquem sibi esse prælatũ: sed obedientiam quam exigit, etiam ipse dependat.

Pœna tamen iuxta Ecclesiasticæ consuetudinis morem, & placitis talium inferẽda, & ab his qui transgressores fuerint persoluenda est.

Cano-

Canone 16. Post hæc religioso domino nostro & amabili principi nostro VVambano regi, gratiarum actiones persoluimus, cuius ordinatione collecti, cuius & studio aggregati sumus. Qui Ecclesiasticæ disciplinæ his nostris seculis, nouus reparator occurrens, omissos Conciliorum ordines non solum restaurare intendit, sed etiam annuis recursibus celebrandos instituit, vt ad alternam morum correctionem annuo tempore alacriter concurrentes, iuxta prophetæ vaticinium, quod in nobis defractum est, allegetur: & quod abiectum est, reducatur.

Ex Concilio Bracarensi tertio: Post huius sanctæ fidei sacramentum, relatus est in concione omnium nostrum error manifestus pariter & diuersus, qui tanta debet disciplinæ arte retundi, quanta & peruersitate comprobatur infundi. Canon. 6. Cùm beatus Apostolus arguere obsecrare, vel increpare in omni patientia præcipiat, extra hanc doctrinam, nouimus quosdam ex fratribus tantis cædib. inhonoratos efferuescere, quantas poterant latrocinantium promereri personæ. Et ideo qui gradus iam Ecclesiasticos meruerunt, id est, præsbyteri, Abbates, & leuitæ, qui exceptis grauioribus & mortalibus culpis, nullis debent verberibus subiacere, non est dignum, vt passim vnusquisque prælatus honorabiliora membra sua, prout voluerit & ei placuerit, verberibus subijciat & dolori: nedum incautè subdita percutit membra, ipse quoque debitam sibi subditorum reuerentiam subtrahat, iuxta illud quod quidam sapiens dixit: Leuiter castigatus, reue-

reuerentiam exhibet castiganti, asperitatis autē nimiæ increpatio, nec increpationem recipit nec salutem. Et ideo si quis aliter quam dictum est prædictos honorabiles subditos licentia perceptæ potestatis elatus, malitia animi tantum crediderit verberandos, iuxta modum verberū quæ intulerit, excommunicationem pariter & exilij sententiam sustinebit.

Ex Concilio Toletano duodecimo: Can. 7. Omnis disciplina sic subiectos debet arguere, vt spem veniæ non videatur auferre nec funditus curuationis indicere iugū, sed in tempestate semper adhibere consilium.

Ex Concilio Toletano 13. Communi vigore iustitiæ & temperamento misericordiæ dirimere procuretis, quo cùm omni reuerentia Patrum præcedentiū regulis subditi, totius vnanimitatis vestræ sententia non aliunde quam ex veritatis fonte procedat. Sicque & his quæ præmissa sunt solidum deliberationis stylum promptissimè apponatis, & reliqua adhuc quæ necessaria sunt in peragendis Ecclesiasticæ regulæ disciplinis & diriminda tractetis, & dirempta religiosioribus diligenter conscribatis.

CAPVT VI.

Ex Concilio Romano, sub Gregorio Papa 3. celebrat.

QVod oportunum est spiritali amputarè mucrone atque si vestræ placet sanctitati, radicitus euelli, ne seges boni agricolæ, zizaniorum iuxta

iuxta horrentibus frutetis fordescat. Sanctissimi Episcopi seu venerabiles respondérunt: Verè cognoscimus gratia sancti spiritus cor Apostolatus vestri succensũ, & vt radicitus tantæ miseriæ squalores à fidelium mentibus detergantur, & quasi vulnus corpori infixum, aditu talis miseriæ obserato salutari antidoto curetur, sicut prequisum est, interdictione anathematis, ne denuò hoc quispiam Romanus, Longobardus, vel cuiuscunque sit gentis, sacrique baptismatis vnda lotus attentet, vt non tali piaculi mole oppressus, præcipitationem incidat, aut voragine mergatur iniquitatis, vitari debeat, atque radicitus euellatur.

Ex Synodo Francica: Et vt Monachi & ancillæ Dei monasteriales, iuxta regulam sancti Benedicti, cœnobia vel xenodochia sua ordinare, gubernare, & viuere studeant, & vitam propriam degere secundum prædicti Patris ordinationem, non negligant.

Ex Concilio Arelatensi 3. Canone 1. Sanctæ etenim fidei mysterium oris nostri confessione pandentes, ad capitula, quæ ob disciplinam Ecclesiasticam moresque male errantium componendos necessaria sunt, vnanimitatis nostræ articulum flectere, & quæ oportuna sunt discretis capitulis diffinire oportet.

Ex Concilio Turonensi, Canone 25. Monasteria Monachorum, in quibus olim regula B. Benedicti patris conseruabatur, sed nunc fortè qualicunq; negligentia surrepente, remissius ac dissolutius custoditur, vel certè penitus abolita negligitur, bonum videtur, vt ad pristinum reuertantur statũ

& Ab-

& Abbates eorum in eodem habitu ac vita, quam ipsa regula præcipit eos incedere viuere studeãt: quoniam aliqua sunt Monasteria, in quibus iam pauci sunt monachi, qui prædicti patris regulam suis Abbatibus promissam habeant, quippe cùm ipsi Abbates magis canonicè quam monachicè inter suos conuersari videntur.

Ex Concilio Cabilonensi, Canon 2. vt ea quæ legendo perscrutantur, opere compleant, iuxta illud: Coegit Iesus facere & docere. Et illud: Et memoriã tenentibus vt faciant ea. Et illud: Beati qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt ea. Non enim qui operantur iniquitatem, in vijs eius ambulauerunt. Et, quia non auditores legis, sed factores eius iustificabuntur. Et Regnum Dei non in sermone, sed in opere. Et sint subditis norma viuendi, ita videlicet, vt & verbis & exemplis populo ad æternam patriam pergenti ducatum præbeant, vt vita eorum & doctrina nequaquam discordent: sed quæ dicunt, faciant, & quæ faciunt docere studeant. Et prædicatione assidua plebem admoneat, & falce iustitiæ è credentium mentibus vitiorum spinas eradicent, & verbi Dei semine agros mentis eorum ad fœcunditatẽ perducant.

Canon 15. Dictum est etiam, quod in plerisque locis Archidiac. super præsbyterõs parochianos quandam exercent dominationem, & ab eis census exigant, quod magis ad tyrannidem, quam ad rectitudinis ordinem pertinet. Si enim Episcopi, iuxta Petri Apost. sententiã, non debent dominãtes esse in clero, sed forma facti gregis ex animo:

multo

multo minus isti hoc facere debent, sed contenti sint regularibus disciplinis,& teneant propriam mensuram. Et quod eis ab Episcopis iniungitur, hoc per parochias suas exercere studeant, nihil per cupiditatem & auaritiam præsumentes. Canon.18.Dictum est nobis,quod in quibusdam locis Episcopi & comites ab incestuosis, & ab his qui decimas non dant, vades accipiant,& à presbyteris pro quibusdam negligentijs, & inter se pecuniam diuidant: quod penitus abolendũ decreuimus, ne fortè auaritiæ locus detur. Et constituimus, vt incestuosi iuxta canonicam sententiam pœnitentia mulctentur.Canone 22.De Abbatibus verò & monachis idcirco hic pauca scribimus, quia penè omnia monasteria regularia in his regionibus constituta,secundum regulam Sancti Benedicti se viuere fatentur, quæ beati Benedicti documenta per omnia demonstrant,qualiter eis viuendum sit.Canon.25. Pœnitentiam agere iuxta antiquam canonum constitutionem, in plerisque locis ab vsu recessit,& neque excommunicandi, neque reconciliandi antiqui moris ordo seruatur, vt à Domino Imperatore impetretur adiutorium, qualiter si quis publicè peccat,publica mulctetur pœnitentia:& secundum ordinem canonum,pro meritò suo excommunicetur,& reconcilietur.Canone 34. Si ergo medici,qui corporibus medicinam inferre conantur, nequaquã propter personæ cuiuslibet acceptionem,his quos sanare cupiunt cauterio,aut ferro, aut duris alijs quibuslibet rebus parcunt: multò magis idipsum his obseruandum est,qui non corporum,

porum, sed animarum medici existunt. Neque enim pensanda est pœnitentia quantitate temporis sed ardore mentis & mortificatione corporis. Cor autem contritum & humiliatum Deus non spernit. Canon 37. Cum igitur omnia Concilia canonum, qui recipiuntur sint a sacerdotibus legenda & intelligenda, & per ea sit eis viuendū, & prædicandum: necessarium duximus vt ea quæ ad fidem pertinent, & vbi de extirpandis vitijs & plantandis virtutibus scribitur, hoc ab eis crebro legatur, & benè intelligatur, & in populo prædicetur. Canon. 38. Modus autem pœnitentiæ peccata sua confitentibus, aut per antiquorum canonum institutionem, aut per sanctarum scripturarum authoritatem, aut per Ecclesiasticam consuetudinem (sicut superius dictum est) imponi debet, repudiatis ac penitus eliminatis libellis; quos pœnitentiales vocant quorum sunt certi errores incerti authores. De quibus rectè dici potest: Mortificabant animas quæ non moriuntur, & viuificabant animas quæ nō viuebant. Qui dum pro peccatis grauibus leues quosdam & inusitatos imponunt pœnitentiæ modos, consuunt puluillos, secundum propheticum sermonem, sub omni cubitō manus; & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis ad capiendas animas. Canone 51.

Quia ergo cōuenit in Ecclesia diuersarum conditionum homines esse, vt scilicet nobiles & ignobiles, serui, coloni, inquilini, & cætera huiuscemodi nomina: oportet vt quicunque prælati sunt, clerici siue laici, clemēter erga eos agant &

misericorditer eos tractent, siue in exigendis ab eis operibus, siue in accipiẽdis tributis & quibusdam debitis: sciant quoque eos fratres suos esse, & vnum secum habere Patrem, qui clamant: Pater noster qui es in cœlis: vnam matrem sanctam Ecclesiam, quæ eos intemerato sacri fontis vtero gignit. Disciplina igitur eis misericordissima & gubernatio oportuna adhibenda est: disciplina ne indisciplinatè viuendo, authorem suum offendant: gubernatio, ne in quotidianis vitæ commeatibus prælatorum adminiculo destituti, fatiscant.

Ex Concilio Aquisgranensi 1. Cano. 134. Quanquam contemptores canonicarum institutionũ, Episcopali præcipuè iudicio plectendi sunt, qua pœna (vt ait B. Augustinus) in Ecclesia nulla maior esse potest: demonstrandum tamen est, qualem cæteri prælati, qui illis dignitate inferiores esse noscuntur, in locis sibi commissis, vbi canonicè viuitur, erga subiectos quosque delinquentes, & ea quæ propriè ad eorum propositum pertinent, obseruare nolentes, adhibere debeant correctionis modum. Sed quia omnis ætas, vel vnius cuiusque intelligentiæ capacitas, proprias debet habere mensuras, & iuxta modum culparũ mensura extendenda est correptionis: Et hæc omnia iure pendent in prælatorum iudicio, quo & discretissimè temperanda sunt, necesse est, vt ijdem prælati, circa delinquentes medici peritissimi imitentur factum scilicet, vt adhibita magnæ discretionis cura, qnod cuique congruat, quodque conueniat, adhibeant. Hoc summoperè perpendentes,

dentes, vt iuxta quantitatem vulnerum, exhibeant fomenta curationum, quatenus, nec alteri subtrahant, quod iuuat.

Omissis igitur his, quorum ætati delinquenti parcendum non est (sed potius iuxta Salomonē) eorum latera ne indurescant virgis assiduè tundenda sunt: quomodo erga cæteros delinquētes, iuxta authoritatem diuinam & sanctorum Patrū exempla traditionesq; id fieri oporteat strictim breuiterque ostendatur. Si quis frater in congregatione canonica constitutus, horas canonicas frequentare neglexerit: Ecclesiamque non religiosè sed pompaticè vel incompositè intrauerit & opus Dei negligenter executus fuerit, ad collationem venire distulerit, obedientiam à magistris sibi iniunctam agere recusauerit in legendo vel cantando, vel in cæteris Ecclesiasticis disciplinis iuxta vires studium non adhibuerit: ad missam non necessitate, sed vitio tardè occurrerit: è claustris sine licentia exierit: per licentiam verò egressus, extra constitutum siue placitum moras fecerit in plateas ire, aut in biuijs residere tentauerit: in dormitorio aliquid indecens aut inhonestum verbis, aut actibus perpetrauerit: alicubi nisi in dormitorio cum cæteris absque causa ineuitabili dormire præsumpserit: fratribus charitatis officio obedienter seruire neglexerit discordiam, quam (dicente scriptura) Dei anima detestatur inter fratres seminauerit, & huic institutioni contumax aut superbus, aut murmurans, seu in aliquo contrarius extiterit, cæteraq; huiusmodi agere tentauerit: hic

primo ſecundum Domini præceptum non ſolũ ſemel, aut ſecundo, aut tertio, quinimò crebrius admoneatur: Et ſi his admonitionibus non ceſſerit, publica obiurgatione corripiatur. Quod ſi & his reuiſus fuerit, cæteris ſibi alimentis interdictis, pane tantum, vſque ad dignam ſatisfactionem, vtatur, & aqua. Si verò nec ſic ſe correxerit ſeparetur à menſa, & à ſocietate fratrum in choro pſallentium remoueatur, & ſeorſum in loco huiuſmodi negligenter à prælatis conſtituto ſtare cogatur, vt ſaltem rubore ſequeſtrationis emendetur. Deinde ſi his modis correptus, incorrigibilis extiterit, & ætas permiſerit, quia (iuxta Salomonem) ſtultus verbis non corrigitur, cógrua verberum adhibeatur caſtigatio, quibus vtpotè filius verberetur, quatenus (ſecundum B. Gregorij ſententiam) qui iubentis verba non audiunt, verberibus admoneantur, vt ad bona deſiderio pœnæ trahant, quos præmia non inuitant. Cæterùm ſi talis fuerit, quem aut ætas, aut qualitas perſonæ verberari non ſinit publica obiurgatione, & ieiuniorum continua affliction, & ſequeſtrationis rubore huiuſmodi corripiatur, vſque dum digna pœnitentiæ ſatisfactione veniã conſequatur. Si verò vterque, & qui flagellatur, & quem flagellari ætas, aut qualitas perſonæ prohibent, adhuc incorrigibiles extiterint, ſit locus intra clauſtra canonicorum, ſicut multis in locis noſcitur eſſe, quò ad temporis retrudentur & ſecundum modum culpæ caſtigentur: vt iuxta Apoſtolũ, traditi Sathanę in interitum carnis ſpiritus ſaluus ſit in die Domini. Quod ſi etiam

iam tot saluberrimis admonitionibus & castigationibus necdum paruerint: fiat pro eis ab omni congregatione cõmunis oratio, vt à Domino sanentur. Postremò si inemendabiles & incorrigibiles apparuerint, ne per plures eorum dira serpant contagia, necesse est vt à cæterorum societate, vtpotè oues morbidæ secretæ, ante præsentiam deducantur Episcopi, vt ab eo canonica authoritate publicè damnentur. Si verò quis in collegio canonicorum culpam criminalem admiserit, huic nulla est danda dilatio, quin aut sponte pœnitentiam pro admisso crimine gerat, aut si id agere recusauerit, coram Episcopo deducatur, vt ab eo publica mulctetur pœnitentia.

Meminisse enim oportet rectores quia columba est in diuinis scripturis Ecclesia appellata, quæ non vnguibus lacerat, sed alis piè percutit. Vnde etiam illis summoperè obseruandum est, vt (sicut præmissum est iuxta modum culparum, & personarum, atque ætatum), omnino ipsa temperata sit correptio, vt nec vitium desidiæ inolescat, nec correptio mansuetudinis modum excedat: ne (vt ait B. Maximus) aut solutior leuitas conniuentiam præbeat peccanti, aut immoderata seueritas à lapsu non reuocet delinquentem. Sed & hoc illis nihilominus cauendum est, ne errata delinquentium, alicuius rei liuore feriant: sed potius (vt B. Augustinus) sint criminum perscrutores, & hominum liberatores. Oderint vitia, diligant homines.

Oderint quod instinctu Diaboli ingestum est: diligant quod Dei bonitate creatum est. Teneant in manu baculum & virgam: baculum videlicet, quo aliorum virium imbecillitates spiritualiter sustineant: virgam verò qua vitia delinquentium zelo rectitudinis feriant. Delinquentibus interea, & excommunicatis fratribus nequaquã debent cæteri fratres fauere, aut eos suis adulationibus decipere, aut eorum errata defendere, sed potius opem ferre, vt æquitatis censura districtè corrigantur. Canon. 35.

Solerter rectores Ecclesiarum vigilare oportet, vt pueri & adolescentes, qui in congregatione sibi commissa nutriuntur, vel erudiuntur, ita iugibus Ecclesiasticis disciplinis corrigantur, vt eorum lasciua ætas & ad peccandum valdè procliuis, nullum possit reperire locum, quo in peccati facinus proruat. Quapropter in huiuscemodi custdiendis, & spiritualiter erudiendis, talis à prælatis constituendus est, vitę probabilis frater, qui eorum curam summa gerat industria, eosque ita arctissimè constringat, qualiter Ecclesiasticis doctrinis imbuti, & armis spiritualibus induti, & Ecclesiæ vtilitatibus decenter parere, & ad gradus Ecclesiasticos quandoque dignè possint promoueri. Libuit præterea ob ædificationem congruam, & instructionẽ negotij de quo agitur quandam sanctorum Patrum sententiam huic operi miserere, quæ ita se habet. Prona est omnis ætas ab adolescentia in malum. Nihil incertius, quam vita adolescentium. Ob hoc constituendũ oportuit, vt si quis in clero puer est, aut adolescentes

centes existunt, omnes in vno conclaui atrij commorentur, vt lubricæ ætatis annos, nõ in luxuria, sed in disciplinis Ecclesiasticis agant, deputati probatissimo seniori, quem & integrum doctrinæ & testem vitæ habeant. His ita præmissis oportet, vt probatissimo seniori pueri ad custodiendum, licet ab alio erudiantur, deputentur. Frater verò, cui hæc cura committitur, si eorum curam parui penderit, & aliud quam oportet, docuerit, aut eis in aliquo cuiuslibet læsionis maculam ingesserit, seuerissimè correptus, ab officio amoueatur & fratri alij id committatur, qui eos & innocentis vitæ exemplis informet, & ad opus bonum peragendũ excitet. Ex Concilio Ticinensi: De Monasterijs autem virorum seu fœminarum, quæ secundum regulam sancti Benedicti, vel secundum canonicam authoritatem disposita esse debent quia inspiratio omnipotentis Dei (credimus) cor veteri moderamine incitauit ipsi gratias referimus. Nam quod iam maxima ex parte ordinem suum amiserint, omnibus est manifestũ. Quæ vt ad pristinum reducantur, in Domini ac genitoris vestri, ac vestra glorioſa disposition consistit. Ex Concilio VVormatiensi. Canon. 25. Pœnitentibus, secundum differentiam peccatorum, sacerdotis arbitrio pœnitentiæ decernantur. Debet itaque sacerdos in pœnitentia danda singulorum causas singulatim considerare, originem quoque modum culparum & affectus gemitusque delinquentium diligenter examinare, manifesteque cognoscere, temporum etiam & personarum locorum quoque & ætatum quali-

tates inſpicere, vt etiam pro conſideratione locorum, ætatum vel temporum ſeu pro qualitate delictorum atque gemituum vnuſcuiuſque delinquentis, à ſacris regulis oculos non reflectat. Canone ſeptuageſimo nono, Vt Epiſcopi inceſtuoſos punire & inueſtigare ſtudeant, omninò decreuimus. Qui ſi pœnitere noluerint, de Eccleſia expellantur, donec ad pœnitentiam reuertantur. Quod ſi ſacerdotum noluerint admonitionibus aurem accommodare, volentes in priſtinis perdurare criminibus, oportet eos per ſecularis potentiæ diſciplinam à tam praua conſuetudine coerceri.

Ex Concilio Romano ſub Nicolao primo habito: Quia igitur vſque adeò hæc venenata pernicies hactenus inoleuit, vt vix quælibet Eccleſia valeat reperiri, quæ hoc morbo non ſit aliqua ex parte corrupta: eos qui vſque modo gratis ſunt à Simoniacis conſecrati, non tam cenſura iuſtitiæ, quàm intuitu in acceptis ordinibus manere permittimus: niſi fortè alia culpa ex vita eorum contra canones eis exiſtat. Tanta quippè talium multitudo eſt, vt dum rigorem canonici vigoris ſuper eos ſeruare non poſſumus: neceſſe ſit vt diſpenſatione ad piæ condeſcenſionis ſtudium noſtros animos ad præſens inclinemus.

Ex Concilio Moguntiacenſi ſecundo. His verò breuiter prælibatis, ponamus ante oculos adhuc peccatorum noſtrorum vulnera, & congrua eis quæramus medicamina: Can. 7. Vnde viſum eſt S. Concilio, ne in antea talia exiſtant, iaculo ſpiritali eos percutere: vt ſi quis clerico aliquam iniu-

iniuriam seu calumniam ingesserit, à liminibus sanctæ Ecclesiæ arceatur, vsque ad condignam satisfactionem.

Ex Concilio Triburiensi: Celebratum est sub Imperatore Arnulpho, à viginti duobus Episcopis Germanorum, Triburiæ Concilium, anno incarnationis Domini 895. tam sancta sanè intentione & diligentia, ad resecandum omnem palmitem inutilem, ad extirpãdam cuiuslibet hæreseos radicem, ad tollendam schismatis occasionem, ad corrigenda clericorum vitia, ad præcauenda populorum scandala, breuiter ad reformandos mores & status non modò clericorum sed & laicorum, vt Gratianus pleraque eius capitula, diligenti studio recitauerit in volumine decretorum Canone 30. In memoriam B. Petri Apostoli, honoremus sanctam Romanam & Apostolicam sedem, vt quæ nobis sacerdotalis mater est dignitatis, esse debeat regula Ecclesiasticæ religionis. Canone 37. Quidam de sapientibus ait: Premit insontes debita sceleri noxia pœna, iustusque tulit crimen iniqui. Canone 40. Idcirco acutissimo ferro, & totius generis artificio resecanda, per quæ cælestia regna sunt occludenda.

Ex Concilio Salegunstadiensi, Canon 17. Et illud sub anathemate præceptũ est, vt nullus præsbyterorum cuiquam pœnitenti carrinam diuidere præsumat, si infirmitas non interuenerit. Canõ 18. Quia multi tanta mentis suæ falluntur stultitia, vt in aliquo capitali crimine inculpati, pœnitentiam à sacerdotibus suis accipere nolint, in hoc maximè confisi, vt Romam euntibus Apostolicus

licus omnia sibi dimittat peccata. 5. visum est Cõcilio, vt talis indulgẽtia illis non prosit, sed prius iuxta modum delicti, pœnitentiam sibi datam à suis sacerdotibus adimpleant: & tunc Romam ire si velint ab Episcopo proprio licentiam & literas ad Apostolicum de ijsdem rebus deferendas accipiant. Canon 19. Decretum est etiam in eodem Concilio, vt omnis pœnitens, dum carinam suam ieiunat, de loco in locum non migret: sed ibi permaneat, vbi suam acceperit pœnitentiam, vt proprius sacerdos sibi præbeat testimonium: si autem ob hostiles insidias ieiunare non poterit, suus sacerdos eum confratrum suorum alicui, vbi pacificè possit ieiunare, diligentissimè commendet. Canon 20. In eodem quoque Concilio decretum est, vt nullus præsbyterorum quenquam, nisi iussu Episcopi in Ecclesiam introducere presumat, cui pro aliquo delicto illam ingredi non liceat.

Ex Concilio Oxonienſi: Canone 32. Et si fortè concubinæ eorum monitione, postea proposita, ab eis non recesserint, ab Ecclesijs Dei quas infamare præsumunt, expellantur, nec admittantur ad Ecclesiastica sacramenta: & si nec sic duxerint, abstinendum, excommunicationis mucrone percellantur, & tunc demum contra eos inuocetur brachium seculare: ipsos autem clericos per subtractionem officij & beneficij, canonica admonitione præmissa, volumus coerceri.

Ex Formula visitationis, Diœcesis Colonienſis: Quanquam ad visitationis executionem duo requirantur: Instructio scilicet & Coertio, doctrina

& vir-

& virga disciplinæ, quæ pari gradu incedere oporteat. Quia tamen hæc visitatio nostra noua & rata est populusque tam delicatas habet aures, vt omnis seueræ increpationis, priusquam ad pœnitentiam cordis conuersus fuerit, sit impatiens. Propterea hortamur visitatores nostros, vt Paulinam sententiam & exemplum potissimum spectent, nempè, vt sint patientes ad omnes, consolentur pusillanimes, suscipiant infirmos. Post nō omittant corripere etiam inquietos. Expedientius enim est, vt visitatores nostri nunc omnium primum, potius videantur in charitate & mansuetudinis spiritu ac lenitatis, quàm in virga veniſſe. Quare præcipua eorum cura erit, vt contristent quidem eos ad quos mittuntur, sed secundum Deum ad pœnitentiam & salutem. Coertio tamen (vt diximus) moderata, maximè in contumaces nequaquam omittenda est, aut ad nos referendum. Ibidem: Post inquisitionem si qui notati fuerint, illi euocentur. Qui si errata spontè confessi fuerint, ad disciplinam Abbatis iuxta regulæ formam remittendi sunt, sic tamen, vt Abbati mādetur, ne Christianæ lenitatis modum excedat, quòd habita ratione personæ, cēsuram potius mitigari quàm exasperari conuenerit in haud præfractis. Ibidem: Præterea Archipræsbyteri seu Decani isti rurales scire debent se vocatos in partem solicitudinis Episcopalis, propterea debent esse vigiles, & diligenter respicere, vt intra limites suorum Decanatuum per omnes Parochos præsbyteros ac clericos secundum formam Ecclesiasticam ac Cōcilij nostri prouincialis doceatur

ac vi-

ac viuatur. Quod si compererint alicuius Parochi doctrinam & verbi prædicationem de hæresi aut nouatione suspectam, aut vitam probrosam, eundem ad se aduocabunt, & præcedente correptione fraterna monebunt, vt à tali vel doctrinæ, vel vitæ impuritate desistant, ac rectam viam Catholicæ fidei, pietatis ac charitatis inambulent. Quòd si hic peruicax esse malit, præsertim quod ad impuritatem doctrinæ attinet, debebit hoc ipsum Decanus ruralis ad visitatores nostros, aut nos scripto referre vt apponamus securim ad radicem.

CAPVT VII.

Interrogationes 88. faciendæ in visitatione desumptæ ex Burchardo lib. 1. habentur etiam in Isidori Decretis M. S.

EST in hac Parochia homicida, qui hominem aut spontanea voluntate, aut cupiditatis aut rapacitatis causa, aut casu, aut nolens, aut coactus, aut pro vindicta parentum, aut in bello, aut iussu Domini, aut proprium seruum occiderit?

Interrogatio 2. Est aliquis parricida, aut fratricida, qui patrem, matrem, sororem, fratrem, auunculum aut aliquem parentum interfecerit?

Interrogat. 3. Est aliquis qui præsbyterum, aut diaconum, aut aliquem clericorum occiderit, vel aliquo membro detruncauerit?

Interrogatio 4. Est aliquis vel aliqua, qui infantem proprium oppresserit, vel vestimentorum pondere suffocauerit, & si hoc factum est ante bapti-

ptiſmum, aut poſt baptiſmum, aut ſi infans infirmatus per negligentiam parentis abſque baptiſmo obierit?

Interrogatio 5. Eſt aliquis vel aliqua qui alterius partum excuſſerit, vel ſi ipſa fœmina propria voluntate ſuum partum vel conceptum excuſſerit & abortiuum fecerit?

Interrogatio 6. Eſt aliqua fœmina quæ in fornicatione ſuſcipiens, timens ne manifeſtaretur, infantem proprium aut in aquam proiecerit, aut in terra occultauerit quod morte dicunt?

Interrogatio 7. Eſt aliquis qui vxorem ſuam abſque lege, aut certa probatione interfecerit?

Interrogatio 8. Eſt aliqua fœmina quæ virum ſuum, vel aliquem hominem per herbas venenatas, vel mortiferas potiones interfecerit, vel alium hoc facere docuerit?

Interrogatio 9. Eſt aliquis, vel aliqua qui hoc fecerit vel alium facere docuerit, vt vir non poſſit generare, aut fœmina concipere?

Interrogatio 10. Eſt aliquis qui proprium ſeruum extra iudicium occiderit, & aliqua fœmina quæ ancillam propriam necauerit, furore zeli inflammata?

Interrogatio 11. Eſt aliquis qui diabolo impellente ſemetipſum occiderit.

Interrogatio 12. Eſt aliquis qui in bello publico homines vulnerauerit, & neſcit ſi de illo vulnere aliquis perierit? Etſi alicui imputatur, quod hominem occiderit, & ipſe hoc denegauerit?

Interrogatio 13. Eſt aliquis qui in conſilio fuerit vt homo interficeretur, & non fuit in facto, & tamen

tamen per eius consilium & exhortationem interfectus est?

Interrogatio 14. Est aliquis qui truncationes manuum, pedum, linguæ & testiculorum fecerit, & oculos alterius eruerit?

Interrogatio 15. Est aliquis coniugatus, qui cum alterius vxore adulterium perpetrauit vel vxor cum alterius viro?

Interrogatio 16. Est aliquis vxorem habens qui concubinam simul habuerit ancillam propriam, aut aliam fœminam?

Interrogatio 17. Est aliquis qui vxorem legitimam dimiserit & altari se coniunxerit, & aliam in coniugium acceperit?

Interrog. 18. Est aliqua mulier quæ virum proprium dimiserit, & alteri se coniunxerit?

Interrog. 19. Sunt aliqui interueniẽte repudio, qui ab inuicem sunt separati, & sic maneant?

Interrog. 20. Est aliquis qui absque consensu vxoris derelicto legitimo coniugio in monasterium intrauerit?

Interrog. 21. Est aliquis qui suam coniugẽ quamuis culpabilem sine Episcopi iudicio reliquerit.

Interrogatio 22. Est aliqua mulier quæ conscio viro suo fornicata fuerit?

Interrogat. 23. Est aliquis vxore carens, qui cum alterius coniuge fornicatus fuerit: aut si qua mulier non habens virum cum alterius marito?

Interrogatio 24. Est aliquis non habens vxorẽ, qui cum fœmina quæ virum non habet fornicatus fuerit? Interrogatio 25. Est aliqua laica virgo quæ mæchata fuerit cum adolescente?

Inter-

Interrogatio 26. Est aliquis qui desponsatam puellam non duxerit,& fidem sponsaliorum fregerit?

Interrogatio 27. Est aliquis qui alterius sponsam rapuerit,& sibi sociauerit?

Interrogatio 28. Est aliquis qui quamcunque fœminam virginem aut viduam per raptum traxerit & sociauerit sibi in matrimonium: etsi aliqui sint qui in hoc consentientes & adunantes fuerint?

Interrogatio 29 Est aliquis qui cum Iudæa, vel si Iudæus vel paganus cum aliqua Christiana mœchatus fuerit?

Interrogatio 30. Est aliquis qui sanctimonialem,vel viduam Deo sacratam rapuerit & in coniugium sumpserit, vel ipsis consentientibus cum eis fornicatus fuerit?

Interrogatio 31. Est aliquis qui viuente marito coniugem illius adulterasse accusatur, & eo in proximo defuncto eandem sumpsisse dignoscitur?

Interrogatio 32. Est aliqua mulier quæ dicat quod vir eius non possit coire, & ob hanc causam dissidium quærit, & alium virum velit accipere;

Interrogatio 33.Est aliquis qui cum commatre spiritali mœchatus fuerit, vel eam in matrimonium acceperit: similiterque cum filiola quam ex sacro fonte susceperit, aut ante Episcopatum tenuit?

Interrog.34.Est aliquis qui propinquam & cõsanguineã suam in matrimonium accepit, aut cũ

ea

ea fornicatus est?

Interrogatio 35. Est aliquis qui irrationabiliter, id est, contra naturam cum masculis & mutis misceatur animalibus?

Interrogatio 36. Est aliqua mulier quæ lenocinium fecerit?

Interrogatio 37. Est aliquis qui in sua domo cõsentit cum proprijs ancillis, vel genitiarijs suis adulteria perpetrare?

Interrogatio 38. Interrogandum si aliquis fur, aut sacrilegus sit in eadem plebe, qui Ecclesias Dei infregerit, vel aliquid de Ecclesia furatus sit, aut publicè rapuerit, vel latenter surripuerit, aut si aliquis rapax & raptor & damnator Ecclesiæ Dei est.

Interrogatio 39. Interrogandum si aliquis periurus sit, aut si scieus & pro cupiditate terrena peierauerit: & si nesciens, aut si coactus iussu senioris, aut pro membris aut pro vita redimenda: aut si aliquis scienter non solum peierauerit, sed etiam alios in periurium duxerit?

Interrogatio 40. Interrogandum si aliquis scienter contra aliquem falsum testimonium protulerit, & quale damnum aliquis per hanc testificationem habuerit?

Interrogatio 41. Interrogandum si aliquis hominem liberum aut seruum alterius, aut peregrinum, aut aduentitiũ furatus fuerit, aut cùm blandientem seduxerit & vendiderit, & extra patriam in captiuitatem duxerit, aut si aliquis Iudæo vel pagano Christianum mancipium vendiderit, aut si ipsi Iudæi Christiana mancipia in suo seruí-

seruitio habeant, vel vendant?

Interrog. 42. Interrogandum si aliquis sit magus ariolus aut incãtator, diuinus aut sortilegus: vel si aliquis vota ad arbores, vel ad fontes, vel ad lapides faciat, aut ibi caedelã seu quodlibet munus deferat, veluti ibi quoddam numen sit, quod bonum aut malum possit inferre?

Interrogatio 43. Perscrutandum si aliquis subulcus, vel bubulcus siue venator vel cæteri huiusmodi diabolica carmina dicat super panem, aut super herbas, aut super quædam nefaria ligamenta, & hæc aut in arbore abscondat, aut in biuio, aut in triuio proijciat, vt sua animalia liberet à peste & clade & alterius perdat.

Interrogatio 44. Perquirendum si aliqua fœmina sit quæ per quædam maleficia & incantationes mentes hominum se immutare posse dicat, id est, vt de odio in amorem, aut de amore in odiũ cõuertat, aut bona hominum, aut damnet aut surripiat? Et si aliqua est quæ se dicat cum dæmonũ turba in similitudinem mulierum transformatã certis noctibus equitare super quasdam bestias, & in eorum consortio inuentam esse?

Iterrog. 45. Interrogandum si aliquis sanguinem morticinium aut dilaceratum à bestia comederit?

Interrog. 46. Est aliquis qui iurauit quod Deo contrarium est, vt fratri nunquam reconcilietur, quod est peccatum vsque ad mortem?

Interrogat. 47. Est aliquis qui bibit de liquore in quo mustella vel mus siue aliquod immundũ animal necatum est?

Interrogatio 48. Est aliquis qui ieiunium quadrageſimale vel 4. temporum ſiue letaniæ maioris, vel rogationum, ſiue indictum ab Epiſcopo ieiunium pro quacunque plaga non obſeruauerit?

Interrogatio 49. Est aliquis qui bibit aut manducauit, aut portauit ſuper ſe quo exiſtimauerat ſe Dei iudicium peruertere poſſe.

Interrogatio 50. Est aliquis qui in Calendis Ianuarij aliquid fecerat quod à paganis inuentum eſt, & dies obſeruauit & lunam & menſes, & horum effectiua potentia aliquid ſperauerat in melius aut in deterius poſſe conuerti?

Interrogatio 51. Est aliquis quodcunque opus inchoans, qui aliquid dixerat, aut quacunque magica arte aliud fecit, niſi vt Apoſtolus docet omnia & in nomine Domini facienda? Neque enim dæmones in noſtrum adiutorium debemus inuocare, ſed Deum in collectione ſimiliter herbarú medicinalium, ſymbolum & orationem Dominicam dicere oportet & nihil aliud.

Interrogatio 52. Quęrendum etiam ſi mulieres in lanificijs ſuis vt ſupra dictum eſt omnia in nomine Domini?

Interrogatio 53 Est aliquis qui ſupra mortuum nocturnis horis carmina diabolica cantaret & biberet, & manducaret ibi quaſi de eius morte gratularetur, & ſi alibi mortui in vigilijs nocturnis niſi in Eccleſia cuſtodiantur?

Interrogatio 55. Est aliquis qui non communicet vel tribus tęporibus in anno, id eſt in Paſcha, Pentecoſte, & Natali Domini niſi pro mortiferis crimi-

criminibus,& Episcopi & sacerdotum iudicio, à communione fuerit remotus?

Interrogatio 56. Est aliquis qui in die Dominica vel in præcipuis festiuitatibus, quicquam operis faciat: & si ad Matutinas, & ad Missam, & ad Vesperas, his diebus impræternissè omnes occurrant?

Interrogatio 57. Est aliquis excommunicatus qui pro nihilo duxerit excommunicationem: & si aliquis cum excommunicato communicauerit?

Interrogatio 58. Est aliquis qui modum pœnitentiæ sibi iniunctum non custodierit?

Interrogatio 59. Est aliquis qui patrem aut matrem inhonorauerit, aut percusserit aut maledixerit?

Interrogatio 60. Est aliquis qui vomitum post acceptam Eucharistiam per ebrietatem fecerit?

Interrogatio 60. Est aliquis qui suam decimationem Deo & sanctis eius retraxerit?

Interrogatio 62. Est aliquis tam peruersus & Deo alienus, vt saltem Dominica die ad Ecclesiā non venerit?

Interrogatio 63. Si porcarij & alij pastores Dominica die ad Ecclesiam non veniant, & Missas nō audiunt similiter in alijs festiuitatibus?

Interrogatio 64. Est aliquis qui ad confessionē non veniret, vel vna vice in anno, id est in capite quadragesimæ, & pœnitentiam pro peccatis suis non susciperet?

Interrogatio 65. Est aliquis qui ebrietatem assiduam sectetur Apostolo dicente, neq; .n. ebrioſi

regnum Dei possidebunt?

Interrogatio 66. Est aliquis qui contempto suo præsbytero in aliam Parochiam iret ad Ecclesiã, & ibi communicaret, & suam decimam daret?

Interrogatio 67. Inquirendum de mendicis, qui per Parochiam discurrunt: & vnusquisque pauperem de familia sua pascat?

Interrogatio 68. Interrogandum si in vnaquaque plebe Decani sint per villas constituti viri veraces, & Dominum timentes, qui cæteros admoneant, vt ad Ecclesiam pergant, ad Matutinas, ad Missam, & ad Vesperam, & nihil operis in diebus festis faciant, & si eorum quisquam transgressus fuerit statim præsbytero annuncient, similiter de luxuria & omni opere prauo?

Interrogatio 69. Est aliquis qui bannum Episcopi aut præsbyteri sui, & excommunicationem parui pendit?

Interrogatio 70. Perquirendum si parochiani præsbytero suo debitum honorem impendant, aut si est aliquis qui eum verbo vel facto inhonoraret, & eius monita sperneret?

Interrogatio 71. Est aliquis qui peregrino, aut viatori hospitium contradixerit?

Interrogatio 72. Inquirendum est quas festiuitates colant?

Interrogatio 73. Interrogandum si patrini filiolis suis symbolum & orationem dominicam insinuent aut insinuare faciant?

Intertogatio 74. Perquirendum si quatuor, aut quinque, vel plures interfecerunt hominem?

Intur

Interrogatio 75. Est aliquis qui contradixerit Episcopo aut eius ministris, vt coloni aut serui pro commissis criminibus virgis nudi cedantur?

Interrogatio 76. Interrogandum si aliquis peregrinum, qui de sua patria propter paganorum infestationem, vel persecutionem fugit, hac de causa quia in domo eius mansit, & diebus aut annis loco mercenarij illi seruiunt pro proprio seruo velit habere, & vendere, aut dare alicui præsumat?

Interrogatio 77. Est aliquis qui iniusta mensura suam annonam, aut vinum vendat, quum Dominus dicat æquus sit tibi modius, & æquus sextarius?

Interrogatio 78. Denunciandum etiam quam magnum piaculum sit, vsuras exigere, & de alieno fœnore velle ditescere, & quod sacri canones tales ab Ecclesia eijci præcipiant?

Interrogatio 79. Est aliquis qui propter cupiditatem Iudæum vel paganum interfecerit?

Interrogatio 80. Est aliquis insaniens qui aliquem hominem occiderit?

Interrogatio 81. Est aliquis qui arborem succideret, & dum operi necessariò insisteret aliquis subtus arborem deueniens improuisè opprimeretur?

Interrogatio 82. Est aliquis qui coniurationes & conspirationes sectaretur?

Interrogatio 83. Est aliquis qui Ecclesiam aut clericum fatigare præsumpserit?

Interrogatio 84. Inquirendum de refugis &

perfidis clericis & laicis?

Interrogatio 85. Percontandum de confratrijs & fraternitatum societatibus, qualiter in parochia pergaantur?

Interrogatio 86. Interrogandum si cantica turpia & risum mouentia, aliqnis circa Ecclesiã cantare præsumat?

Interrogatio 87. Perquirendum si aliquis Ecclesiam intrans fabulis vacare consueuit, & non diligenter auscultat diuina eloquia, & si antequá Missa finiatur de Ecclesia exierit?

Interrogat. 88. Interrogandum si oblationem, id est, panem & vinum, viri & fœminæ ad Missas offerant, & si non viri coniuges offerant, pro se suisque omnibus, vt in canone continetur.

Ex Concilio Rhotomagensi: Dominica igitur præcepta adimplentes membrum putridum & insanabile, quod medicinam non recipit ferro excommunicationis à corpore Ecclesiæ abscindamus ne tam pestifero morbo reliqua corporis veluti veneno inficiantur.

Ordo visita. Ex Rhotomag. Conc. Cùm Episcopus suam diœcesim circuit, Archidiaconus vel Archipræsbyter eum præire debet, vno aut duobus diebus per parochias quas visitaturus est. Et plebe conuocata annunciare debet proprij pastoris aduentum. Et vt omnes exceptis infirmis ad eius synodum die denominata impræterm isse occurrant, & omnimodo authoritate sanctorum canonũ præcipere, & minaciter denunciare debet. Quod si quis absque graui necessitate defuerit, procul-

proculdubio à communione Christiana sic repel lendus, deinde ascitis secum præsbyteris, qui in illo loco seruitium debent exhibere Episcopo, quicquid de minoribus & leuioribus causis corrigere potest, emendare satagat, vt Pontifex veniens nequaquam in facilioribus negotijs fatigetur, aut sibi immorari amplius necesse sit ibi, quã expensa sufficiat. Ait enim Dominus ad Mosen de huiusmodi cooperatoribus. Vt tecum, inquit, sustentent onus populi, & non tu solus graueris. Et beatus Ioannes Baptista aduentum Domini præcucurrit prædicando dicens: Pœnitentiam agite. Et idem: Parate viam Domino. Siquidem Episcopus vicem Christi agere videtur, & ideo cum gaudio, timore, & summa reuerentia à plebibus sibi subiectis suscipiendus est: vt illis cum laude dicatur quod Apostolis discipulis dicit: Testimonium, inquit, vobis perhibeo quod ita suscepistis me sicut angelum Dei sicut Dominum Iesum.

CAPVT VIII.

Ex morum decretis Cap. 22.

FIde dignorum relatio ad nostrum auditum perduxit: quantum in multis Monasterijs sit à primæ institutionis puritate recessum. Siquidem illorum cœnobitæ, sic vitam monachalem regularem reiecerũt, vt & moribus & nomine habitu religioso haderi & nominari vereãtur. Quod si in præmissis gubernaculum discipl. con-

temnatur: hoc solum restare videmus, vt religio naufragetur. Rebus itaque in deteriora prolabentibus obuiam ire volentes: statuimus vt Abbates, abbatissæ, priores, prioriſſæ, & alij religiosorum superiores, quocunque nomine censeantur: sic sua monasteria in cultu diuino, vita & moribus, vestimentis monachalibus, cibis & potibus reformentur: & suos religiosos & moniales, ad vitam regularem monasticam, secundum institutiones suorum ordinum & alias regulares reducant: quod in eis nihil reperiatur, quod diuinam maiestatem & simplicium animos offendere possit. In præmissis autem, per diœcesanos in suis visitationibus diligens inquisitio fiat. Et quæ reperierint deformata: reforment, & omninò corrigant: quæ super prædictis facta fuerint sequenti concilio referant. Et ne notorium illum abusum, quo nonnulli regularem apostasiam incurrendo, sine habitu regulari etiam in publicum incedere non erubescunt: sub dissumulatione pertransire videamur: statuimus quod canonici regulares de cætero: super veste exteriori togam lineam, tam intra quam extra monasterium, ferre omninò teneantur. Nisi fortè super huiusmodi toga non deferenda: priuilegium habeant, quod suis diœcesanis exhibere infra duos menses, à die publicationis cóputatos habeant. Qui viso priuilegio, super alio habitu patenter distincto à vestimentis clericorum secularium, ordinabunt vt expedire & iuris esse videbitur.

Ex Concilio Colonienſi: Episcopi munus in duobus tantum consistit. Primum in impositione manuum

manuum,quæ est ordinum Ecclesiasticorum collatio ac institutio ministrorum. Deinde in visitatione Diœceseos. Vtrunque beatissimus Apostolus ad Titum dilectum filium,Cretæ Episcopum scribens complectitur: Huius inquit rei gratia, reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt corrigas & cõstituas per ciuitates præsbyteros, sicut & ego disposui tibi, Alterum verò idem Apostolus cum à Mileto discessum maturaret, profecturus Hierosolymam, ac certus quod amplius haud visurus esset faciem eorum omnium, per quos transiuit prædicans regnum Dei, vocatis illo ad se ab Epheso Ecclesiæ præsbyteris Apostolica vehementia inculcat,cum ait:attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Et quoniã scio,inquit, quod intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi:& ex vobis ipsis exurgent viri,loquentes peruersa, vt abducant discipulos pòst se, propterea vigilate: Cui muneri, vt ambo illa Apostolici ordinis eximia luminaria, nimirum Petrus,ac illius collega Paulus, satisfacerent, alter transiuit & inuisit vniuersos,alter perambulauit Syriam & Ciliciam,confirmans Ecclesias,præcipiens custodire præcepta Apostolorum & seniorum, nimirum non tantum verbo, sed & exemplo Episcopos commonentes, vt qui speculatores in Dei Ecclesia constituti sunt ac appellantur, Prouinciæ sibi mandatæ vigilantissimè intendant,fidem,conuersationem,mores & vitam singulorum explorent, examinentq; ac prouideant

ne alicubi quis in ea vocatione ad quam à Deo vocatus est torpescat.

Ex eodem Concilio. Præcipuæ ergo causæ omnis mali sunt fastus, luxus & auaritia, à quibus Clerici potissimum malè audiunt.

Ex Concilio Colonienſi: Capitula verò disciplinæ (quæ vocant) multò maiori diligentia obseruentur atque hactenus. Id ita fiet, si non tam prophanæ, quam res sacræ in his tractentur. Si de moribus inquiratur singulorum, & quod olim sancti Patres fecisse dignoscuntur: ex temporali oratione interdum commonerentur fratres. Et in primis ad sacras literas capessendas instigarentur, atque vt in his optimas horas collocarent, incitarentur, quod hic reperiatur vitæ fons scaturiens, ex quo qui haurit non sitit in æternũ. Hic thesaurus Euangelicus (propter quem oportet vendere vniuersa) reconditus sit, ex quo prudens ille paterfamilias profert, noua & vetera.

Ex eodem Concilio: In corripiendis vero magistratibus, correctioni quoque fraternæ locus est, quemadmodum Ioannes reprehendit Herodem. Sic enim legimus: Dicebat enim Ioannes Herodi, non populo: Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Qua si nihil promoueas, postulanda & expectanda prouisio prælatorum, ac maiorum magistratuum est: qui si dissimulent, etiam consultum magis vt vltio remittatur ad Deum, quã vt tantum scandalum inde deterius subsequatur.

Ex eodem: Quod omnibus Christianis præcepit Paulus dicens: Rogamus autem vos fratres, corri-

corripite inquietos cõsolamini pusillanimes, sucipite infirmos patientes estote ad omnes. Hoc eum qui à confessionibus est maximè conuenit obseruare, nimirum vt consolando erigat pusillanimes per immensam Dei misericordiam præfractos autem obiurget, tremendumque Dei iudicium ante oculos ponat. Denique vti prudentissimus medicus, pro morbi qualitate temperabit medicinam, obfuturus magis quam profuturus, si putauerit vno collyrio omnium mederi morbis. Monendi ergo qui confitentur singuli secundum ordinem, statum, ac ętatem, atque id per locos quosdã eos ex scriptura depromptos, quos in promptu habere debet Parochus.

Ex eodem: Fraternitates (quæ vocantur) & in honorem aliquorum sanctotum in Ecclesijs fiũt; speciem quidem pietatis habent: sed quales hac tempestate seruantur, nempè in quibus tam clerici quam laici potissimum commessationibus est ebrietatibus vacant, interdum etiam varijs conspirationib. aduersus potestates intenti sunt, si non omninò sublatas, saltem correctas ac reformatas volumus, omninò sublatas malimus, ac reditus seu census earundem, vel in vsus pauperum, vel parochi expendi nobis magis placuerit. At cum hæ sodalitates forsan præter publicum offendiculum ac pauperum (qui ab eis eleemosynas ex constitutione accipiunt) præiudicium commodè tolli non possint videbimus inter visitandum, vt saltẽ tollantur abusus, vt prima seruetur institutio, & examinentur formulæ earum & statuta, vt ratio ac calculus singulis annis per

proui-

prouisores (vt vocant) earundem fraternitatum coram Parochis Eceleſiarum reddatur, vt ſuperantes fructus ac reditus in pauperum ſeu Eccleſiæ vſum ad vtilitarem conuertantur, aut etiam inde aliquid Parocho ad victum decidatur.

Ex eodem: Viſitatione ergo monaſteriorum quâ maximè opus eſſe intelligimus, quam & canones nobis imponunt. In hac verò oportebit omnia ad regulam ordinis monaſtici exigere, nihil non ad pietatem & vitæ ſanctimoniam dirigere, & quicquid mali exempli aut improbæ conſuetudinis irrepſit, penitus tollere ac eradicare. Profecerit quoque hic examinari regulas, ſtatuta, & conſuetudines, tolli ſuperſtitioſa.

Ex eodem: Viſitandæ quoque in primis & reformandæ erunt domus hoſpitalium militum Theuthonicorum, præterea ordinis Diui Ioannis Baptiſtæ ac Antonitarum atque initio prouidendum, vt in ijſdem domibus cultus diuinus ritè ac debitè peragatur, vt hoſpitalitas pro pauperibus ſeruetur, vt vita ac conuerſatio regularis ſecundum inſtitutionem primam ac regulam (quam illi profeſſi ſunt) illic geratur, vt ab ipſis veſtes ordini ac profeſſioni dignæ ac conuenientes publicè deferantur, vt commeſſationes crapulæ, ac omnis luxus prohibeatur, vt prædæ illæ bonorũ mobilium, quæ poſt mortem prælatorum per primores ordines fieri, ac in cæteras regiones deferri peſſimo omnium exemplo cõſueuerunt, amodo nequaquam fiant. Sed quicquid parſimonia defuncti prælati coaceruatum ac relictum fuit, vel neceſſarijs vſibus Eccleſiæ, aut ſucceſſorum,

aut

aut pauperum eius regionis, vbi religiosa ista domus sita est applicetur. Ibidem: Postremò, vitam conuersationem ac mores Canonissarum, quæ sæculares ob id appellantur, quòd perpetuæ castitatis ac reliqua vota monastica non emittant reformari omninò ducimus, necessarium. Nam vitam agunt plus nimio licentiosam, ac plærisq; scandalosam. Quæ vt in ordinem & Ecclesiasticam quandam disciplinam quo ad fieri potest reuocentur, nobis quum visitationē aggrediemur, curandum est.

Ex eodem Concilio Colonienſi: Vsum ergo excommunicationis præsertim aduersus publicè criminosos in lucem reuocari conuenerit: deinde posthac in alijs causis excommunicatio tantū in manifestè contumaces feratur. Cauebit autem in primis Iudex, ne hanc aliasve censuras Ecclesiasticas, vel ex iniustis, vel ex leuibus causis vel iuris ordine non seruato, vel ex odij fomite proferat vnquam. Quum enim excommunicatio pœna sit, qua nulla maior est in Ecclesia: nec sit excommunicandus quis, nisi pro peccato lethali, quòd anathema sit æternæ mortis damnatio, nec infligenda veniat, nisi his qui aliter corrigi non possunt, debebit Iudex non antè excommunicare quempiam, quàm cognouerit, id vel causæ grauitatem, vel eius qui extra communionē ponendus est, apertam contumaciam præcepto iusto acquiescere nolentis exigere. Ibidem: Clerici in grauissimis criminibus deprehensi, iuxta canonicas sanctiones puniantur. Expedit enim, vt publicè delinquentes & Ecclesiam Dei scandalizantes publi-

publicè quoque arguantur,& puniantur. Quamobrem tales vel à nobis deprehensi vel extra territoria nostra per magistratus capti, ac nobis iuxta sanctiones canonicas traditi, dignam sui sceleris pœnam recipient. Quod si tam graue fuerit vt degradatione dignum sit facinus, ipsos curiæ tradi seculari, ne clericali priuilegio gaudeant, quo se per flagitia reddiderunt indignes.

Ex Concilio Colonienſi. Ex superioribus verò liquet plus satis, quo ordine visitatio instituenda sit. Si quidē in primis ab Ecclesias nostras metropolitana ac cathedrali inchoandum. Dehinc singulæ collegiatæ simul cum mouasterijs & virorum & mulierum inuisendæ. Post hæc ad Parochiales Ecclesias omnes in nostris ciuitatibus ac diœcesibus constitutas(vbi maxima cura opus erit)transeundum:ibi non solum Parochi, sed alij etiam(quotquot ibidem commorantur)sacerdotes ac clerici aduocandi. Atque interim non prætermittendæ scholæ & bibliothecæ, vbi illæ reperientur, ac postremò hospitalia pauperum diligenter perlustranda erunt.

Ex eodem: Denique Archidiaconi, qui Episcoporum oculi dicuntur, ac Decani isti rurales in suis deinceps synodis,quæ sancita fuerint, in Prouinciali seu Episcopali Concilio publicabūt. Et ad eundem modum (qui in visitatione præscriptus est)vitijs extirpandis ac virtutib.inserendis studeant, criminibus publicis magis per pœnitentias canonicas,quam pecunię exactione puniendis intenti.Ex eodē:Quod vt rectè ac prudēter fiat Archidac. nostris incūbit, ne vllos inidoneos

Officia-

Officiales aut Decanos rurales deligant aut admittant, sed ad has functiones viros tantum assumant cum doctrina præstantes, tum vitæ innocentis, inculpataq; qui nullius criminis labe notabiles officium suũ irreprehensibiliter exequantur. Ibidem: Ex vetustissima quadam inquirendorum criminum formula relictũ est, vt Archidiaconi anno bissextili circumeant, & peccata enormia emendent, quæ sequitur in hęc verba.

In Concilio publico ab Episcopo habito primitus iurare debent de viris singulis fidelissimi quique liberi & serui, tres vel quatuor, seu etiam plures, vt rei veritas omninò inquiratur. Iuramẽtum autem illud huiuscemodi esse debet. Quicquid in Villa in qua habitat, veraciter sciat vel serio audierit actum contra fidem rectam Christianitatem Episcopum aut eius nũtium, quantũ recordari possit & scientia subministrat, non lateat. Post iuramentum verò Episcopus per singula recitare debet, quæ prius iuramento comprehendit hoc est: Si vir supervxorem suam aliquam clanculo corripit: Si cum duabus cognatis, siue mulier cum duobus propinquis fornicassit: Si cõmatrem spiritualem aut filiolam suam stupro violauit: Si qua mulier partum suum necauit, vel conceptum quocunq; modo excussit: Si quis cognatum suum voluntate aut casu occidit, seu morbidum fecit & necdum ad publicam pœnitentiã venit: Si mulier maritum suũ, aut maritus vxorem suam iniquo consilio interemit: Si quis virũ aut fœminã veneno aut aliqua alia potiõe occidit, & qui hoc scilicet veneno machinatur:

Eutychiani Pontificis ordinatio vide Reformationes Vercellẽsis.

Si

Si sciat diuinatrices vel augures, etiam illos qui per incredulitatem illas inquirant: Si sciant meretrices, quia meretrix appellatur, si vno contempto, cum alijs fornicatur, licet nupta non sit. Si illos etiam sciant, qui cum excommunicatis excommunicantis communionem habent: Si illos sciant, qui conuicti sunt periurium perpetrasse: Si & illos nouerint qui vota Deo non dicata, contra fidem Ecclesiasticam colunt & ad Christi Ecclesias venire contemnunt: Illos etiam, si sciant, qui indictum ieiunium negligunt. Hæc omnia dum Episcopus habet recitata, iuratores per iuramentum commoneat, cæteros verò omnes nobiles & ignobiles, per bannũ Christianitatis constringat vt supradictas res minimè celent, ac si in die iudicij antè tribunal Domini nostri Iesu Christi rei occultatione præfatarum rerũ nefandarum inueniantur. Hoc enim indicet & per bannum contestetur, vt nemo per vllius timorem aut fauorem vel etiam amicitiam, præfata reticeat, veraciter scita. Neque per odium, neque per inimicitiam vllam quicquã alicui irroget, quod veraciter nõ possit probare. Horum aliqua si antea in præsentia Episcopi allata essent, eiusque iudicio terminata, postea iterata, comperta fuerint, veluti in initio referantur, & Episcopali decretò constituantur. Ibidem: Præscripta quidem formula quã antiquitatis causa retulimus, successu temporis in abusum quod negare non possumus, deducta est, quod non fidelissimi quique sed leues delatores, non qui veraciter sciant, aut seriò audiuerint, idque à probatis: neque vno tantum

tum sed pluribus hisque fide dignis minimeque maleuolis, sed frequentius absque omni delectu vel leues acfutiles, vel inuidi ac rapaces calumniatores dilationi comperiantur asciti. Quodque pro manifestis criminibus non canonicæ pœnitentiæ, sed pecuniariæ potissimum mulctæ à delinquentibus fuerint exactæ, permissis interim delinquentibus haud præter graue populi offendiculum in publica scelerum infamia perseuerare.

Ibidem. Quæ omnia magna correctione indigent quam volente ac adiuuante Deo, inter visitandum adhibebimus, nimirum curaturi, vt viris exploratæ virtutis tantum hoc officij delegetur.

Ex Reformatione Cleri Germaniæ: Cap. 15. Præterea cum nihil æquè cõueniat omnibus nostris, ac eos esse mundos qui vasa Domini portant, & in sacrario operantur, quales sacerdotes constituit ipse Dominus, qui quotidiè sacrosancta tractant, & in illis versantur.

Igitur volumus, atque iuxta sanctiones canonicas fœliciter à diuinis Patribus institutas sancimus, vt castè continenterque viuant. Sacerdotes concubinarij, incontinenterque vitam agentes, Canonum pœnis in ordinem redigantur, nulla consuetudine, nulla conniuentia imò damnosa prælatorum negligentia patrocinante.

CAPVT IX.

Ex Statutis Synodalibus Episcopi Hildemensis.

INdemnitatibus Ecclesiarum & beneficiorum, quæ frequenter propter eorum longam, vacationem, grandia in spiritualibus & temporalibus dispendia patiuntur, occurrere volentes: Statuimus, vt quilibet Archipræsbyter seu eius locum tenens, singulis anuis ad minus bis scilicet in quibuslibet sex mensibus, semel in præsentia confratrum suorum in capitulari congregatione, de omnib. beneficijs infra Archipræsbyteratum suũ vacantibus curatis & non curatis, quæ vltra tempus collatoribus & patronis, ac eorum nominibus diligentius inquirat, nobis seu Vicario nostro in spiritualibus illa cum patronorum & collatorum nominibus, quam primum commodè possit (sic tamen quòd istud vltra duorum mensium spatium non differatur) post inqnisitionem huiusmodi in scriptis notificet, quòd si facere omiserit, pœnam suspensionis ab officio diuinorum (dictorum duorum mensio spatio lapso) incurrat, quam etiam pœnam quilibet cõfratrum, qui super præmissis requisitus ea Archipræsbytero scienter cælauerit, incidat simili modo verum quia nonnulli prætextu literarum Apostolicarũ quas se impetrasse mentiuntur, Ecclesiastica beneficia vacantia, propria temeritate in periculũ animarum occupare præsumunt. Ordinamus vt de cætero quilibet Archipresbyter seu eius locum tenens, tam eorum, qui infra suum

Archi-

Archipræsbyteratum Ecclesiastica beneficia vigorem literarum Apostolicarũ assequuntur, quã etiam beneficiorum & patronorum, eorundem nomina infra mensis spatium à tempore assequutionis huius computandum, nobis vel Vicario nostro rescribat seu notificet. Alioquin similem pœnam, vt præfertur, dicto mense lapso incurrant. Præterea statuimus & ordinamus, vt quilibet Archipræsbyter seu eius locum tenens, infra proximos, tres menses à publicatione præsentiũ, omnes suos confratres cæterosq; præsbyteros seculares & religiosos, infra suum Archipræsbyteratũ beneficia Ecclesiastica obtinentes: seu officiantes, de quorum titulis inuestituris, seu institutionib. ac prouisionibus sibi nõ constat, ad ostendendum sibi inuestituras titulos, aut institutiones seu prouisiones beneficiorum suorum, authoritate nostra inscriptis cum insertione pœuæ suspensionis requirat, & de cætero nullum infra suum Archipræsbyteratum, ad officiandum aliquod beneficium Ecclesiasticum, nisi prius ostenderit sibi titulum, inuestituram, aut institutionem & prouisionem sigillatas scienter toleret vel admittat. Quod si Archipræsbyter quem piam talium literas suas vt præfertur sibi non ostendentem in regimine & officiatione Ecclesiastici beneficij contra præmissa, tolerare præsumpserit, ipsum vt suprà mandatur non suspendendo, ex tunc alijs 15. diebus elapsis, Archtpræsbyter ipse suspensionis sententiam propter huiusmodi negligentiam incurrat ipso facto. Sit etiam forma suspensionis, quã in scriptis Archipræsbyteri ferant. Quia tu

monitus vt titulum vel prouisionem tui beneficij ostenderes infra quindecim dierum spatium huiusmodi mandato non paruisti nec titulum ostendisti, idcirco authoritate mihi concessa, te in his scriptis à diuinis suspendo ac suspensum denuntio, quam formam etiam in alijs censuris infligendis, iuxta causarum exigentiam volumus obseruari.

Considerantes quòd Archipræsbyteri rurales pro eo constituuntur, vt clericorum honestatem & confratrum vtilitatem procurent excessus earum referant. Mandata nostri Vicarij & officialium nostrorum debitè exequantur, & singula quæ à superioribus mandantur, ad notitiam confratrum suorum deducant, quæ tamen ab Archipræsbyteratibus suis absentes nequeant adimplere, statuimus & ordinamus vt quilibet Archipræsbyter diœcesis nostræ Hildesemen. teneatur intra suum Archipræsbyteratum facere residentiam personalem decernentes vt absentes à suis Archipræsbyteratibus Archipræsbyteri, nisi infra mensem proximum à publicatione præsentium ad residentiam, se cum effectu receperint, & etiam illi qui de cætero à suis Archipresbyteratibus se absentauerint & animo alibi residendi seu domicilium, extra Archipræsbyteratum suum constituendi & fouendi, in absentia huiusmodi per vnum mensem manserint, suis Archipræsbyteralibus lapso mensis spatio prædicto, sint eo ipso priuati. Moxque Camerarius teneatur confratres capitulares pro electione alterius Archipresbyteri conuocare, & alium Archipresbyterum

rum eidē eligere. Quod si camerarius infra quindecim dies post lapsum dicti mensis facere neglexerit, sit eo ipso ab officio diuinorum suspensus.

Hac insuper constitutione, vniuersis & singulis Archipræsbyteris præcipimus, vt notorios excessus & præsertim illos in quibus Ecclesia scandalizatur, quorumcunque infra suum Archipræsbyteratum beneficiatorum, seu aliorum clericorum infra duos menses à tempore notitiæ suæ computandum, nobis seu vicario nostro notificent & conscribant. Quod si quis facere neglexerit, & huiusmodi statutum exercitum non fuerit, cum effectu, præter omnipotentis Dei indignationem quam incurrat, pœna condigna per nos vel nostrū vicarium punietur, & inflectetur. Sunt autem scandalosi excessus, furtum manifestum præsbyteri homicidium fornicatio scandalosa cleri, & adeò notoria, quod nulla tergiuersatione celari potest, si clericus literatoriè publicè, & in forma Ecclesiæ excōmunicatus celebret, legendo Euangelium, seu Epistolam. Si clericus vsuram manifestè exerceret. Si clericus cuiuscūque gradus post monitionem Archipræsbyteri se tabernis, lupanaribus, & actibus illicitis & litigiosis notorie immiscеat, & his similes qui pro loci, temporis & personæ ratione scandalosi dici possunt. Insuper ordinamus, vt nullus Archipres. terorum ruralium nostræ Diœcesis electus aut eligendus, nondum confirmatus, officium Archipræsbyteri, ante confirmationem suam à nobis vel Vicario nostro obtinendam, exercere, aut se Archipræsbyterū nominare vel scribere vel pro

pro tali genere quomodolibet præsumat, formâ autem iuramenti per Archipræsbyterum quemlibet in sua confirmatione præstandi talem esse volumus vt sequitur. Primò videlicet, iurabit quòd mandata nostra, ac Vicarij & Officialium nostrorum pro tempore existentium reuerenter exequetur, ac nobis & eisdem fidelis erit, quodq; officium ad quod electus est fideliter exercebit, absq; dolo & fraude. Item quod penes se habeat statuta synodalia & illa quater, vel euidenti occurrente impedimento, bis in anno confratribus suis ad intellectum publicabit, ea quoque inuiolabiliter obseruabat, & in alijs quantum in se est, obseruari faciat dolo & fraude semotis. quòd insuper excessus confratrum suorũ prout ad se spectat corrigere, incorrigibiles verò pro eorum excessibus, pro quibus deferendi sunt nobis, vel Vicario aut Officiali nostris, deferre non tardabit.

Ca. 29. Quoniã nonnulli religiosi contra Deum & suam conscientiam multipliciter excedũt eorum prælati desides & negligentes in dbseruatione regularis disciplinæ & correctione excessuum existunt, eos per viscera misericordiæ Domini nostri Iesu Christi requirimus & hortamur, vt personas regulares sibi subiectas ad obseruantiã regularum suarum & statutorum regularium diligentius inducant moneant & alliciant, & si opus est, strictius compellant, vt de officio sibi commisso dignam Deo possint reddere rationẽ: quod si vltra præuaricatores ordinis sui fuerint aut contemptores, seu negligẽtes vel remissi, pro certo se nouerint, non solum ab officio deponendos,

dos, sed alias secundum regulam suam castigandos cum offensa non solum propria verumetiam aliena ac sanguis subditorum suorum de suis manibus requiratur. Nos etiam eorundem prælatorum negligentiam fauente Domino supplebimus, iuxta canonicas sanctiones Periculosum nimiũ fore considerantes & scandalosum quod personæ regulares vtriusque sexus extra monasteria sua vagantes in seculo moram trahant, nonnullæ etiam ex ipsis religionis habitu dimisso Apostatare non formidant excõmunicationis sententiã, vt sic incurrendo, & suis superioribus rebellando. Cùm itaq; periculosum sit talibus sic vagantibus excõmunicatis & Apostatis in diuinis participare, volumus & vniuersis nobis subiectis Ecclesiasticis, personis mandamus, vt omnes & singulos, sic in seculo suis sub districtibus vagantes & commorantes cuiuscunque ordinis vel conditionis fuerint, moneant & requirant, vt infra mẽsis spatiũ à die publicationis & requisitionis huiusmodi ad sua monasteria redeant, & vt vota sua Deo reddant suis superioribus iuxta ordinẽ & regulæ institutionẽ obediendo, vel saltem infra eũdem terminum coram nobis vel nostro Vicario de indultis, si quæ de contrario habeant, legitimè doceant, alioquin contra ipsos per Ecclesiasticæ censuræ pœnas, & prout iustum fuerit procedemus. Quamuis contra Monachos & moniales de suis claustris propter aliquos enormes excessus aut animi leuitate temerè fugiẽtes, & in seculo per tempora vagantes & conuersantes, & tandem pœnitentia ductis ad claustra sua humi-

liter redire volentes, certæ & variæ pœna iuxta qualitatem & quantitatem excedẽtium à sanctis patribus sint statutæ: quidam tamen Abbates & magistratus pœnis in sacris canonibus & regula sui ordinis contra tales profugos expressis non contenti, grauiores & quasi importabiles pœnas ipsis in sui reuersione imponere nõ verentur, vel quod deterius est, easdem personas quantumcunque humiliter postulãtes, ad sua claustra de quibus exiuerunt, admittere inhumaniter contradicunt. Cùm itaq; de iure pœnæ ampliandæ nõ sint, sed leniendæ, & longè sit securius de misericordia quàm de crudelitate reddere rationem, cum etiã Dominus per os Prophetæ sit pollicitus dicentis: Peccator quacunque hora conuersus fuerit, & ingemuerit, iniquitatum suarum amplius non recordabor. Nos aduertentes, quòd vbi paterfamilias largus dispensator existit, non decet familiam esse tenacem vt peccandi materia & occasio talibus præcludatur, prouida deliberatione statuimus, & præsenti statuto decernimus & ordinamus vt monasteriorum Abbates & prælati, Abbatissæ, præpositi, priores & magistratus cuiuscunq; ordinis subiecti nobis, fratribus & sororibus modo præmisso à suis monasterijs profugientibus, aut in Apostasiam ex quacunq; causa lapsis desiderantibus & quærentib. cũ humilitate ac deuotione regressum gremiũ miseriæ (quem mater Ecclesia nulli petenti consueuit claudere more pij patrisfamilias qui filium primum prodigum, & postea pœnitentem paternè suscepit studeant liberaliter aperire & tales redire volen

tes

tes quantumcunque eorum excessus graues fuerint vel enormes, iuxta cuiuslibet ordinis disciplinam siue regulam & consuetudinem obseruatam sine contradictione recipiant & admittant, ita tamen, quod propter eorum excessus, nec victus nec vestitus eis subtrahatur, sed alias regulariter puniantur, vt præfertur, prout ipsi prælati, Abbates, abbatissæ, præpositi, priores, & magistratus sententiam suspensionis à diuinis quam in contrafacientes, sex dierum canonica monitione præmissa in his scriptis ferimus, voluerint euitare.

CAPVT X.

Ex Formula viuendi Canonicorum & vica.

Cap. 5.

IGitur qui non vult regi nec etiam dirigi, ipse non est canonicus. Si autem non est canonicus, tunc coram Deo non potest leuare fructus præbēdæ, cuius titulum fallo nomine possidet. Quod si leuauerit peccat, & ad restitutionem corā Deo tenetur. Et si restituere non valet, tunc diuina iustitia ipsum æternæ seruituti adiudicabit, si in hac vita dum adhuc tempus habet, condignam pœnitentiam non egerit. Hoc omnibus modis est tenēdum, quòd impossibile est, quòd vnus quadrans iniustè leuatus apud Deum sit in oblatione, sicut apertè euangelista dicit: Si vadas cum aduersario tuo in via, compone te cum illo ne fortè tradat te iudici, & iudex exactori, & exactor mittat te in carcerem. Amen dico tibi, non exibis inde, donec vltimum quadrantem reddas, verè hoc est formi-

dabile verbum cunctis qui leuant grandes reditus Ecclesiarum iniustè: aut si iustè leuant, si tunc diligenter non studeant orare, & alia debita Ecclesiastica facere prout tenentur. Vos autem venerabilis Domine, qui spiritu Dei tactus non dissolutè, sed canonicè viuere vultis supradictum Psalmistæ verbum in principio positum, diligenter aduertite scilicet, Sic Psalmum dicã nomini tuo in seculum seculi, vt reddam vota mea die in diẽ. Faciant alij quicquid velint vos, iugiter ruminate huius versiculi efficaciam, & vtinam in tantum vobis familiaris iste versiculus fiat & dulcescat, vt quoties campanæ sonitum auditis deuotè eum submurmuretis dicendo sic, Psalmum dicam nomini tuo. Hoc enim suaue colloquium inter Deũ & animam deuotam non in vacuum transibit, sed magnam gratiam reportabit. Potest etiam iste versiculus secundum quosdam evpositores sic ordinari (retrograde enim legitur in construendo) videlicet, Sic reddam vota mea de die in diem, id est per singulos dies, vt Psalmum dicam nomini tuo in seculum seculi, id est merear te laudare in æternum. Et hic sensus est planior quam primus vterque tamen bonus.

Habetur etiam in quibusdam collegijs regula quædam Canonicorum valdè bona, olim in Concilio Aquensi edita, & collecta ex dictis sanctorum. Sed nullum scio Collegium hodie, in quo ita seruetur sicut in ea scriptũ est. Et propter hoc quidam dicunt quod abolita sit. Fortè hoc verum est quo ad aliqua scilicet refectorium, dormitorium, & similia positiua, sed quo ad alia quæ sunt iuris

iuris diuini, ſtabilis eſt & manet in æuum. Ratio autem quare tam ſalubris regula abolita ſit ſuprà dicta eſt, quia pauci ſunt qui ſubmittere volunt ceruices ſuas iugo diſciplinæ, ſed omnes libertatem affectant.

Cap. II. Vos autem Venerabiles Domini qui per viam illam incedere vultis, quæ arcta eſt & ad vitam ducit, per quam pauci ambulant, diligenter eidem regulæ amores veſtros conformate, quia optima eſt, & ex elegansiſſimis ſanctorum doctrinis compoſita, & ita diſcretè procedit, vt cuilibet bonæ voluntatis viro benè ſit portabilis. Et quia fortè nonnulli ſunt vobiſcum qui libros iſtos aut non habent, aut propter paupertatem ſibi procurare non valent, igitur ne illis charitas noſtra deſit, aliqua hic annotare breuiter ex eiſdem & alijs libris deuotis intendimus, per quæ ſuam conuerſationem regulare poſſint, vt coram Deo & hominibus in ſanctitate proficiãt. Quòd ſi ſtudiosè hæc obſeruauerint abſque dubio etiam in ſeculo manentes, religioſam vitam ducere poſſunt. Hoc autem præmittendum eſt, quòd ſecundum diuerſas temporum vices, diuerſi modi viuendi in clero fuiſſe narrantur, de quibus Gratianus in decretis plura collegit, præcipuè in ca. 12. qu. 1. & alijs locis multis. In primitiua ſiquidem Eccleſia nullus ad clericatum aut ſacros ordines admittebatur, niſi magna ſanctitate cæteros antecederet, omninò à conuerſatione laicali ſegregatus, ſummaque religioſitate præfulgens. Nam tanta crudelitate & ſæuitia pagani tunc fidem perſequeban-

quebatur vt præesse nemo vellet nisi valdè perfectus, quia teste beato Gregorio: Quicunque erat prior in dignitate, prior trahebatur ad martyriũ. Stetit autem hoc tempus annis penè trecentis, vsque ad Syluestrum & Constantinum magnum, in quo penè nullus honor & reuerentia fidelibus deferebatur, quia tunc erat apud vulgares scandalum esse Christianum: sed postquam Constantinus magnus, & alij principes templa idolorum subuerterunt & baptismum susceperunt, cœpit Christianum nomen in gloria esse apud communem populum, & prohibitæ fuerunt occisiones fidelium, vnde tunc fides maximè creuit. Idem autem Imperator volens Ecclesiasticos in honore esse, maximas possessiones Ecclesiæ contulit, vnde clerici & pauperes sustentarentur, quatenus commodius diuinis interesse possent, & pro communi populo diligentius orarent. Similiter & alij principes in diuersis locis fuerunt, & extunc Ecclesiastici ab his operibus vacare cœperunt, & sedulè diuinis insistere, viuentes de eleemosynis fidelium. Videntes autem sancti Patres quod grandis confluere multitudo, & quod sine aliquo vtili labore & occupatione cohabitare non possent, Ecclesiasticum officium, regulas varias, & diuersos viuendi modos instituerunt vnusquisque prout spiritus sanctus illi dabat. Nam B. Hieronymus diuinum officium ordinauit: Ambrosius hymnos & cantum superaddidit: Pachomius, Basilius, Augustinus, & alij regulas ediderunt.

Maxima quoque tunc sanctorum eremitarum & monachorum multitudo extitit. Fuitque tunc vix

vix aliqua differentia inter religiosos & clerum, quia nõdum ista solennis professio instituta, quæ hodie in monasterijs frequentatur. Verùm successu temporis & charitate frigescente, hæc generalis sanctitas valdè cœpit declinare singulis abeuntibus, post concupiscentias suas, in tantùm quod cœpit diuisio apparere inter Ecclesiasticos. Ita quod quidam nominabant se canonicos, quidam monachos prætextu cuius magna superbia & auaritia in clero surrexit: De quibus Gregorius sæpè mentionem fecit in dictis suis & alij. Huic autem pestiferæ abusioni sancti Patres occurrere volentes, & clerum ad pristinum statum prouocare cupientes, regulam quandam canonicorum in Concilio Aquensi tempore Ludouici Imperatoris magno cum moderamine ex antiquorum dictis collegerunt, præcipientes vt qui in monasterijs viuere monachico more non vellent, huius regulæ institutis omni conscientiæ securitate se tradere possent. Sed rursum ab hanc sancta regula ita desperabiliter Ecclesiastici nũc defecerunt, vt vix aut nullo modo possibile sit, quod vnquam reduci possint impleturque hodie illud propheticum: Et erit sicut populus, sic & sacerdos.

Cap. 58. Solicitudo septima boni viri & præcipuè illius qui in sacris ordinibus constitutus est, esse debet pro salute aliorum, vt scilicet suo bono exemplo & exhortatione alios à peccatis trahat, & ad bonam vitam ducat, & præcipuè illos qui ei commissi sunt, aut quibus cum viuit. Hoc namq; est maximè meritorium simul & iustum.

Quia

Quia qui aliquando prauo exemplo, aut fortè negligentia ſua alijs fuit cauſa damnationis, iam ſtudere vtique debet, vt aliquos rapiat de fructibus inimici & ad ouile Chriſti perducat. De hoc ſic dicit B. Auguſtinus: Non tantum curemus habere bonam conſcientiam, ſed etiam bonam famam quantum in nobis eſt, propter exemplum aliorum. Item Gregorius: Qui in occulto bene viuit, ſed alieno profectui minimè proficit, carbo eſt. Qui verò in imitatione ſanctitatis poſitus, lumen rectitudinis in ſe multis demonſtrat lampas eſt, quia & ſibi ardet, & alijs lucet. Hæc autem emendatio non ſecurè fit, niſi præuia oratione, & cum omni compaſſione, & in manſuetudine. Iuxta illud Pſalmi, corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit me. Item: Quoniam ſuperueniet manſuetudo & corripiemur. Correctio tamen prælatorum requirit alium modum nonnunquam propter circumſtantias occurrentes. Sed ſimplex clericus aut præsbyter, nihil debet vltra facere quam Apoſtolus dicit, vt ſcilicet procedat in ſpiritu lenitatis, ſeipſum conſiderando humiliter, ne in ſuperbiam eleuetur, & corruat. Poteſt autem ſic, aut aliter dicere: Miror ſatis de meipſo, quod non amplius ſtudeo emendare vitam, cum quotidie video mortem appropinquare, & cùm neſcio quãdo reſponſurus ſum tremendo iudicio de ſingulis quæ feci, aut cogitaui.

Hæc & ſimilia ſolent prouocare nonnullos ad compunctionem. Quod ſi nullũ compunctionis ſignum oſtendunt, tunc ſi piè eos vult admonere, poteſt ſic aut ſimiliter dicere: Bone amice, ſi velletis,

letis, libenter dicerem vobis aliqua, quę in corde meo diu portaui. Et tunc proponat ei, in quibus est defectuosus, semper benignè, quia aliter non recipiet, si iracundus & indignabundus. emendator apparet. Verùm, quia sunt quidam qui huiusmodi præludia non possunt sufferre, sed magis rotundo modo volunt alloqui, sed nescio si in spiritualibus deseruiat, scio quod taliter solent loqui: Ego sum simplex & planus, non possum me ita sapienter habere &c. Sed consideret vir sensatus, quàm sint proni ad iram, si defectus eorum rotundo modo proferantur. Dicunt quidam se libenter recepturos iuformationem & idipsum petunt, sed cùm res ad effectum venerit inflammantur, irascuntur, & nonnunquam peiores fiunt quã antè fuerunt. Modestia igitur est in talibus magis congrua, quamuis aliter quidam petant procedẽdum: verùm quomodocunq; procedatur, dum frater emendatur, satis est. Dixit quidam venerabilis pater in eremo: Dæmon non expellit dæmonem, sic vir passionatus nõ curat passionatum. De hac autem materia, sunt multa dicta sanctorum patrum, quæ hoc vnanimiter concludunt, quòd fraterna correctio securè fieri nõ potest, nisi multa discretione sit salita. Et sicut nemo leuiter prorumpere debet in propriam laudem, sic nec in aliorum correctionem, quia alios rectè increpare, & se dignè laudare difficillimum est apud imperfectos.

Ex Actis Synodi Augustensis. Caput septimum.

Quos Græci Chorepiscopos, hoc est certarum regiun-

regiũcularum in qualibet diœceſi ſpeculatores, alij Archidiaconos, alij Archipræsbyteros vocãt, in noſtra Eccleſia cathedrali quo ad certum diſtrictum mœnijs Auguſtanæ ciuitatis adiacentẽ, Archidiaconi, in reliqua verò diœceſi Decanorum ruralium nomine cenſentur.

His igitur hoc ſtatuto mandamus, vt hæc noſtra placita atque ſynodalia decreta curæ ſuæ parochis publicent & exequantur, vt capitula ſua ruralia ſicuti hactenus conſuetum fuit congregẽt & ſeruent: ad futuras ſynodos citati veniant: diligenter quoque inuigilent, vt parochi ſubditos ſuos doceant, corrigant, & veluti paſtores fideles in via catholicæ doctrinæ ducant, ne irregularitate contracta miniſtrent, neve in foro conſcientiæ in dubijs conſultent, niſi peritiores prius ſuper his adhibuerint in conſilium, ad hæc vt ab extortionibus & exactionibus illicitis & inſolitis abſtineant, & libertatem Eccleſiaſticam, quantum in eis eſt, tueantur. Nos etiam ſenis quibuſq; menſibus diſtrictius regiunculæ ſuæ Eccleſias viſitare, & de omnibus rebus tam ſpiritualibus quam tẽporalibus ſibi concurrentibus curam habere præcipuam: & ſi quæ emendare non poterunt, ad ſynodum pro tempore aut ſi mora periculum habuerit, ad nos, vt opportunè prouidere de omnibus poſſimus, referre iubemus. Si quos intruſos ad parochias aut alia beneficia Eccleſiaſtica in ſuis diſtrictibus eſſe Decani intellexerint aut ſuſpectas de ſurreptione abſolutiones diſpenſationeſve oſtentari aut circumferri à quibuſcunque cognouerint: eos moneant primum, ne ſibi beneficia

ficia sacramentorumque administrationem vsurpent neue gregem Christi huiusmodi dispensationum vel absolutionum prętextu decipiant. Si qui verò parere monitis noluerint, hi nobis à Decanis, quos fidei iuramento nobis prestitę super hoc admonemus, sine mora indicętur Decanis ruralibus iniungimus, ne in tęplis, sacellis aut oratorijs suarum regiuncularum picturas aut imagines quascunque depingi, sculpi, aut fieri nobis aut vicario nostro inconsultis patiantur, vt in his veteris Ecclesiæ decorum sacrarum historiarum veritas & imaginum honestas maturiore deliberatione circa ea præcedente couseruetur. Idem decernimus in cęteris diœcesis nostræ sacris ædibus omnibus diligenter obseruandum. Ijsdem Decanis ruralibus præcipimus, vt in inquirendis hęreticorum libris, aut de hæresi schismateve suspectis, nullam diligentiam prætermittant. Contrahant etiam, vndecunque in suis regiunculis possunt einsmodi libros omnes, & in primis formulas administrationis sacramentorum, quas aduersarij ordinationes Ecclesiasticas vocaut: eosq; libros ad nos quam primũ transmittant, & in concionibus suis sacramentorumque administratione, Catholicos doctores, & Romanę Ecclesię manualia sequantur: cæterisque eiusdem rei pro officij sui cura monitores anthoresque existant. Ca. 19. Catholicę Ecclesię pientissimæ matris lenitas, de rigore pœnarum canonicarum, de quibus canones pœniteutiales extant, tantum remisit populusque ex ea clemeutia sibi permisit tantum, vt difficile sit eas leges hoc tempore in vsum Eccle-

siasticum reuocare. Nam cum Christianorum licentia in peccando creuisset, sæpeque anni pœnitentiales ex ijs canonibus numerum ingentem, pœnitentisque vitam etiam longissimam excedentem conficerent, aut senio morbisque grauati satisfacere nequirent: factum deinceps fuit, vt illæ pœnæ ex clementissimæ matris Ecclesiæ indulgentia, & thesauri meritorum Christi, & martyrum dispensatione in eleemosynas orationes sacrorum locorum visitationes, aliave Christiani hominis exercitia commutarentur. Quoniam igitur & pœnarum vsus exoleuit, & indulgentiæ huiusmodi, hæreticorum culpa, apud plerosque contemptui sunt, parochis nostræ diœcesis iniungimus atque mandamus, vt confitentes harum pœnarum saltem admoneant, iudiciumque veteris Ecclesiæ circa eas explicent, & pestilentem illam opinionem, qua persuasum plerique habent, hominem peccati actualis pœnam diuinæ iustitiæ non debere, ex animis confitentium euellant, atque pœnitentialium canonum seueritatem pro recepta posterioris ætatis consuetudine, orationibus, eleemosynis, ieiunijs, alijsque id genus pietatis operibus pro satisfactione pœnarum iniunctis mitigent, prouidentique iudicio pro lepræ qualitate, pœnitentisque viribus, facultate & affectibus expensis, simul & medicinam animæ vlceribus adhibeant, & pœnas delinquentibus infligant. Ex Synodo Treuirensi: Quemadmodum enim permagni refert, rectè secusve discipulos præceptor doceat; ita plurimum interest, benè an malè viuat, qui vitæ aliorũ fungendæ ac formandæ

dæ suscepit prouinciam. Ita enim siue natura siue moribus comparatum est, vt non tam facilè verba eius cui se totum quis credit, quam facta æmulari contendat. Quo fit vt si ij qui præsunt, perperam agant, fiant ipsis subditi quàm simillimi: vt nihil hoc Gregoriano verbo verius, quo ait, Gregem consequenter ferri in præceps, si per prærupta vitiorum gradiatur pastor. Ex eadem Synodo Treuerensi: Nihil verò minus conuenit, quam vel sal fatuum fieri ac desipere, vel lucem tenebrosam esse. Quorum hoc quidem tum denique fit, cùm ij quorum est sapientiam in alios transfundere, & quasi de suo lumine lucem in aliorũ mentibus accendere, pernicioſi & ipsi errant, & alios in errorem adducunt. Illud autem tũc fit, cùm ij, quorum refert sermone gratia salito, probatæque vitæ exemplo aliorum condire mores, luxosque solidare animos, aut non solidè docent, sed stulti ipsi cùm sint, fatua (vt Esaias ait) loquuntur: aut non ita vt loquuntur viuunt, quo fit vt doctrina illorum desipiat adeoque conculcetur, despiciatur, reijciaturq; ab hominibus. vt hic quoque locum habeat Gregorianum illud Cuius vita despicitur restat vt eius prædicatio contemnatur. Prius illud doctorum ac pastorum genus Hieremias subinde taxat in Prophetis mendacia loquẽtibus, quibus nihil vanius esse possit, aut mandata hominum docẽtibus, aut alios vt ad præscriptum Mosaycæ legis viuerent vrgentibus, cùm diuersum ipsi facerent. Ex Decretis Conc. Prouinc. Colon. Non aliàs sanè melius, quã in visitatione, deprehèduntur, corrigũtur & eradicãtur errores

& vitia quæ visitatoribus dormientibus seminantur, crescunt, & securum robur acquirunt. Sic in Euangelio dicitur: Cùm dormirent homines, venit inimicus homo & superseminauit zizania, morum nimirum & doctrinæ corruptelam. Dormiunt prælati qui non visitant; soli vigilant, & seruent custodias noctis super gregem suum, qui mala quæ metuuntur visitatione præcidunt. Et quoniam semper oportet eos in sibi commissas oues, habere oculos intentos, speculatores appellantur: Speculatorem, inquit Propheta, dedi te domui Israel. Nec aliud est Episcopus, etiam ex nomine, quàm speculator. Hinc etiam Apostolus Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo posuit vos Spiritus sanctus Episcopos. Et vniuerso, inquit gregi, qui visitationem requirit vt Episcopus nemini desit. Quale exemplum dedit ipse de se Apostolus, non semper prædicans, sed visitans etiam suos quos ad Christum conuerterat, vt exploraret, vtrum seruarent doctrinas & traditiones Apostolorum & seniorum. Sic habito Concilio Hierosolymitano in quo Apostoli & seniores statuerant, quonam pacto lex vetus sepeliri deberet, ait ad Barnabam Paulus: Reuertentes visitemus fratres per vniuersas ciuitates, quomodo se habeant. Qualium visitationum frequens mentio est in Actis Apostolorum. cap. 20. commemorat Episcopis Asiaticis labores suos, ac tandem contestatur eos in hæc verba: Quapropter vos hodierna die, contestor quod mundus sum à sanguine omnium: Non enim subterfugi quo minus annuntiarem vobis omne consilium Dei. Qua

sanè conteſtatione pronunciat reos ſanguinis omnium pereuntium animarum, Epiſcopos illos, qui oues ſuas non requirunt. Viſitatione igitur opus eſt, cum Archidiaconali tum Epiſcopali, atque Archiepiſcopali, & eorum, quibus hoc muneris incumbit ad extirpandos errores ac vitia & mores bonos plantandos, eoſque in vſu & vigore ſuo retinendos. Hactenus autem (quod negare non poſſumus) alto ſomno dormierunt Epiſcopi, de Archidiaconorum viſitatione ſecuri, qui ſpeciem quandam viſitationis retinuerunt, ſed deformem, & prauorum officialium ſeu viſitatorum quæſtu vitioſam ac reprehenſibilem. Nunquam profectò quod nunc ſero querimur, tot hæreſes & ſectæ moreſque corrupti eouſque inualuiſſent, nec iaceret adeò diſciplina Eccleſiaſtica neglecta, ſi rectè viſitatum ab Epiſcopis & Archidiaconis, & ijs quibus hoc muneris incumbit fuiſſet.

Quapropter Archidiaconis quidē totius Concilij authoritate mandamus & præcipimus, vt abuſu correcto, viſitationem inſtituant ad formulam reformationis nec quicquam ſinant in vitijs, pecuniæ vel munerum cauſa, hærere iuxta ſuperiores noſtras conſtitutiones ſub pœna quā Epiſcopi vel ſuperiores dignam iudicauerint. Epiſcopos autem requirimus, vt frequentius per hoc triennium viſitent ſuas Diœceſes, cùm ad extinguendas hæreſum & ſchiſmatum reliquias, tū verò vt Archidiaconales & inferiores viſitatores ſuum morem retineant.

CAPVT XI.

Ex Decretis Concilij Prouincialis Coloniensis.

SAlus Ecclesiæ terror hostium eius, & fidei Catholicæ stabilimẽtum sunt synodi, quas etiam rectissimè corporis Ecclesiæ neruos dixerimus: Neglectis enim synodis non aliter Ecclesiasticus ordo diffluit, quam si corpus humanum neruis soluatur.

Ex Synodo Mogutinensi, Cap. 74. Hinc hortamur atque monemus omnes & singulos Clericos, vt vitam viuant, quam professio eorum exigit, & Christus requirit, inquiens. Sic luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est. Et cùm vestitu honesto incedant, quapropter singulari cura intendat quisque Prælatus, ne ij, quibus præest torques aureos publicè in Ecclesia, aut vestes varij coloris veluti virgatas & fimbriatas, aut discissas, deferant: sed longis atque talaribus vtantur. Nulla arma iuduant nisi itinerantes, barbamque non nutriant. Coronam & tonsuram deferentes, tum summoperè curantes, ne quem laicorum indecentia vestitus offendant, vt sacris Canonibus cautum est. Insuper tabernas publicas euitent, nisi eos peregrè proficiscentes ingredi oporteat, & tam inibi quã domi & alibi à crapula, ebrietatibus omnique ludo à iure prohibito, blasphemijs, rixis & alijs quibuscunque excessibus & offensionibus penitus abstineant, Choreas

reas spectaculaque & conuiuia publica vitent, ne ob luxum petulantiamque eorum nomen Ecclesiasticum malè audiat. Cumque secundum Apostolum nemo militans Deo, sese negotijs sæcularibus implicare debeat, nemini clerico liceat domi suæ tabernam compotandique locum aperire laicis: Quoniam non rarò sequi solent ebrietatem, rixæ, cædes, & multa hoc genus scelera, quæ Sacerdotalem polluũt dignitatem negociationibus quoque mercemonijsque more mercatorum, abstineant.

Disciplina Ecclesiastica collecta ex Decretis primorum antiquissimorum Romanorum Pontificum.

Ex Decretis Stephani Papæ vigesimi secundi. Decre. 2. Sed & qualiter obedientia vel reuerentia sit præpositis exhibenda, ex tuis quoque subiectis ipse non ambigis.

In qua re valde est vtile, si id quod disciplinæ vigor imponit, nullo cogente humilitas laudanda seruauerit. Omnipotens Deus, in cuius manu sunt omnia, de quo scriptum est: Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum, ipse te tuosque, & diuina & Apostolicæ sedis instituta illibata seruare, & nos atque omnes fideles ad potiora semper conscendere, & de die in diem deteriora cauere, & meliora ac Deo placita sectari, atque perficere concedat.

Ex decretis Eutychiani Papæ: Decretum octauum Episcopus in synodo residens, post congruã allocutionem, septem ex plebe eius Parochię vel

eo amplius, prout viderit expedire, maturiores, honestiores atque veraciores viros in medium debet aduocare, & illatis sanctorum pignoribus vnumque illorum tali sacramento constringere, vt amodo in ante quicquid nosti, aut audisti, aut postmodum inquisiturus es, quod contra voluntatem Dei, & rectam Christianitatem in ista Parochia factum sit, aut futurum erit, si in diebus tuis euenerit, tantum vt ad tuam cognitionem quocunque modo perueniat si scis, aut indicatum fuerit tibi, synodalem causam esse, & ad ministerium Episcopi pertinere, quod tu nec propter amorem nec propter timorem, nec propter præmium, nec propter parentalem vllatenus celes Episcopo aut eius misso, cui hoc inquirere iusserit, quandocunque ex hoc te interrogauerit, sic te Deus adiuuet, & istæ sanctorum reliquiæ, & illud sacramentum quod iste iurauit de synodali causa, quod tu illud ex te ita obseruabis, in quantum sapis, aut audisti, aut ab hac die in antea inquisiturus es, sic te Deus adiuuet.

Ex Decretis Gaij Papæ: Decreto 1. Quapropter dilectionem tuam in Domino salutantes, de singulis, quid iuxta Catholicam disciplinam teneat Apostolicæ sedis authoritas, subiectis aliquibus etiam sanctarum capitulis regularum, te credimus instruendum.

Ex Decretis Innocentij Papæ: Caput 1. Innocentius vniuersis Episcopis in Toletana Synodo constitutis dulcissimis fratribus in Domino salutem. Sæpè me & nimium cùm teneret cura solicitum super dissensionis schismate Ecclesiarum

quod

quod malum per Hiſpanias latius in dies ſeparationis gradu incedere fama proloquitur, neceſſarium tempus emerſit, quo non poſſit emendatio tanta differri, & deberet congrua medicina prouideri. Nam de ordinationibus quas prauæ conſuetudinis vitio Hiſpaniēſes Epiſcopos celebrare cognoſcimus, fuerat aliquid ſecundum maiorum traditionem ſtatuendum, niſi perpenderemus ne perturbationes quam plurimas Eccleſijs moueremus. Quorū factum ita reprehendimus, vt propter numerum corrigendorum, ea quæ quoquo facta ſunt, non in dubium vocemus, ſed Dei potius dimittamus iudicio.

Ex Decretis Cæleſtini Papæ Capitulum tertiū: Docendus eſt populus non ſequendus. Noſque (ſi neſciunt) eos quid liceat quidve non liceat, commouere, non his conſenſum præbere debemus: Quiſquis verò conatus fuerit tentare prohibita, ſentiat cenſuram Apoſtolicæ ſedis minimè defuturam. Quæ enim ſola admonitionis authoritate non corrigimus, Neceſſe eſt per ſeueritatem congruentem, regulis vindicemus: per totas ergo hoc (quæ proprijs rectoribus carent) Eccleſias volumus innoteſcat vt nullus ſibi ſpe aliqua forſitan blanditus illudat. Data 12. Kalendas Auguſti: Florentio, & Dionyſio conſulibus.

Ex Decretis Leonis Papæ: Decretio 1. Quia etſi plerumque exiſtant, inter negligentes vel deſides fratres quos oporteat maiore authoritate curare, ſic tamen eſt adhibenda correptio, vt ſemper ſit ſalua dilectio. Vnde & beatus Apoſtolus Paulus ad Eccleſiaſticum regimen Timotheū imbuens,

buens, dicit: Seniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem iuuenes vt fratres, anus vt matres iuuenculas vt sorores in omni castitate Quę moderatio in quibuscunque in inferioribus membris ex Apostolica institutione debetur: quanto magis fratribus & coexcommunicationis nostris sine offensione reddenda est? Et licet nonnunquã accedant quę in sacerdotalibus sint reprehendenda personis, plus tamen erga corrigendos agat beneuolentia quã seueritas plus cohortatio quã commotio, plus charitas quam potestas. Sed ab his qui quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi facilè ab hac lege discedituṙ: & dum dominari magis quàm consulere subditis quærunt, placet honor, inflat superbia: & quod proximum est ad concordiam, stendit ad noxam. Decreto 11. Ad hunc enim finem affectum nostrum curamq; dirigimus, vt quod ad vnitatem concordiæ, & quod ad custodiam pertinet disciplinæ nulla dispensatione violetur, nulla desidia negligatur.

Ex Decretis Hilarij Papæ. Ac deinceps nihil quod cõtra disciplinam Ecclesiasticam veniat, sicut hactenus factũ est perpetretur. Tuæ solicitudinis est frater chariſſimè, omnia debita tibi authoritate tueri, & illicitis non modò non præbere assensum sed etiam cuncta quæ contra regulã facta repereris, coercere: atque ante omnia sola vnitate decernimus, Irenęum ad Ecclesiam suam redire compelle.

Ex Decretis Nicolai 1. Papæ: Tit. 4. ca. 9. Si quis dogmata mandata interdicta sanctiones vel decreta pro Catholica fide vel Ecclesiastica disci-

plina

plina pro correctione monimentium vel futurorum malorum à sedis Apostolicæ præsule salubriter promulgata contempserit, anathema sit. Tit.11.c.5. Quoniam mali bona administrando, se tantummodo lædunt. Fax accensa sibi quidem detrimentum præstat alijs verò lucem in tenebris administrat: & vnde alijs commodum exhibet, inde sibi dispendium præbet.

CAPVT XII.

Sequuntur testimonia de Disciplina Ecclesiastica ex Decretis Gratiani 1. part. Dist. 8. ca. 2.

QVę contra mores hominum sunt flagitia, pro morum diuersitate vitanda sunt; vt pactum inter se ciuitatis aut gentis consuetudine, vel lege firmatum, nulla ciuis aut peregrini libidine violetur. Turpis enim omnis pars est suo vniuerso non congruens. Dist.12.c.1. Quicquid ergo sine discretione iustitiæ contra huius disciplinam actum fuerit, ratum haberi ratio nulla permittit. Dist.17.c.4. Si forte (sicut de talibus scriptum est Peccator cum venerit in profundum malorum, contẽnit) ita obstinati, & contumaces extiterint, vt doceri non velint eos ab ijsdem Apostolicis sedibus aut a trahi ad salutem quoquo modo necesse est, aut (ne aliorum perditio esse possint) secundum canones per sæculares comprimi potestates. Ex Decreti parte 1. Dist.18. Episcop. igitur concilia vt ex prę missis apparet sunt inualida ad definiendum, & constituendum, non autẽ ad corrigendũ. Sunt. n. necessaria Episcoporum concilia ad exhortationem, & correctionem. Dist.18.ca.6.

Peruę-

Peruenit ad noſtras aures, quod in prouincijs cõſtitutæ Epiſcoporum concilia minimè celebrentur. Hoc ex eo probatur quod multæ quæ correctione opus habent, Eccleſiaſticæ res negligantur. Diſtinctione 21. Cap. 1. Epiſcopi autem græcè latinè ſpeculatores interpretantur: nam ſpeculator eſt præpoſitus in Eccleſia dictus, eo quod ſpeculetur, & perſpiciat populorum infra ſe poſitorum mores & vitam. Diſtinct. 21. Cap. 6. Per hoc innuitur, quantæ cenſuræ freno inferioris quiq; à ſuis præpoſitis iudicandis coercendi ſunt ſi nec hi etiam benedicendi ius vllum penitus obtineant. Diſtinctione 21. Cap. 9.

Contumacia permanens erga primæ ſedis Romanæ Priuilegium, reſipiſcere à ſuis ſuperſtitionibus vt ſeruaretur à prima ſede Apoſtolica noluit. Diſtinct. 23. Ca. 6. Quanquam omnes qui ſacris mancipantur ordinibus canonicis regulis teneantur adſtricti, expedibile tamen eſt, vt promiſſionis ſuæ vota ſub cautione ſpondeant, quos ad promotionis gradus Eccleſiaſtica probat diſciplina. Solet enim plus timeri, quod ſingulariter pollicetur, quã quod generali ſponſione conceditur. Et ideo placuit huic ſancto concilio, vt vnuſquiſque, qui ad Eccleſiaſticos gradus eſt adſcenſurus non ante honoris conſecrationem accipiat, quàm placiti ſui adnotatione promittat, vt fidem Catholicam ſyncera cordis deuotione cuſtodiens, iuſtè & piè viuere debeat, & nullis operibus ſuis canonicis regulis contradicat. Diſt. 22. Cap. 25.

Et ne peſtis hæc latius diuulgetur, per omnes

Prouin-

Prouincias abstergi citissimè mandamus. Decreti prima parte. Distinct. 25. Cap. 1. Ab Archidiacono nuntiantur Episcopo excessus Diaconorum: ipse denuntiat sacerdoti in sacrario ieiuniorum dies, atque solennitatum, & ab ipso publicè in Ecclesia prædicatur, quando vero Archidiaconus absens est vicem eius Diaconus sequēs adimplet. Archipræsbyter verò se esse sub Archidiacono, eiusque præceptis, sicut Episcopi sui, sciat obedire & (quod specialiter ad eius ministerium pertinet) supra omnes presbyteros in ordine positos curam agere, & assiduè in Ecclesia stare: & quando Episcopi sui absentia contigerit ipse vice eius Missarum solemnia celebret & collectas dicat, vel cui ipse iniunxerit. Ibidem: Clericos quos delinquere cognoscit, ipse distringat; quas vero emendare non valet, eorum excessus ad agnitionem Episcopi deferat. Dist. 23. Cap. 2. Audire Episcopum attentius oportet: & ab ipso suscipere doctrinam fidei: monita autem vitæ à præsbyteris inquirere, à Diaconis verò ordinem Disciplinæ. Distinct. 27. c. 7. Nam si consenserimus, quod omnia sacramēta Ecclesiastica quisq; prout vult, fingat, & non verè faciat omnis ordo Ecclesiasticus turbabitur; nec Catholicæ fidei iura consistunt, nec canones sacri ritè obseruantur.

Ibidem: Tales, nisi repiscant spirituali gladio percutere censemus: Distinct. 28. cap. 16. Quia benedicere alijs eum, qui vulnera sua debet curare, consequens non est. Distinct. 29. cap. 3. Et quomodo B. Ioannes in Apocalypsi sua ad septem scribens Ecclesias, in vnaquaque earum specialia vel vitia

vitia reprehendit, vel virtutes probat, ita & sanctus Apostolus Paulus per singulas Ecclesias vulneribus medetur illatis: nec ad instar imperiti medici vno collyrio omnium oculos vult curare.

Distinct. 32. cap. 6. Prohibentur ergo de manibus talium sacerdotum sacramenta suscipi, non quin sint vera quantum ad formam, & effectú, sed quia dum huiusmodi sacerdotes seà populo contemptos viderint, rubore verecundiæ facilius ad pœnitentia prouocentur.

Decreti prima parte: Dist. 34. ca. 7. Et quamuis multa sint quæ in huiusmodi casibus obseruari canonicę iubeat sublimitatis autoritas, tamen quia defectus nostrorum temporum, quibus non solum merita, sed corpora ipsa hominum defecerunt, districtionis illius non patitur in omnibus manere censuram, & ætas istius de quo agitur futuræ incontinentiæ suspicionē auferre dinoscitur: vt ad diaconatum possit prouehi temporum vt dictum est, conscendentes defectui concessisse nos noueris.

Distinct. 37. cap. 5. Heli sacerdos ipse sanctus fuit, sed quia filios suos non erudiuit in omni disciplina & correptione, supinus cecidit, & mortuus est.

Distinct. 38. cap. Placuit vt ordinandis Episcopis vel clericis prius ab ordinatoribus suis decreta conciliorum auribus eorum inculcentur, ne se aliquid contra statuta concilij feciſſe pœniteat. cap. 10. Quicunque stultus est in culpa, erit sapiens in pœna.

Distinct.

Distinct.40.cap.8.Sicut viri & mulieris digna coniunctio vnum facit matrimonium, & sicut duorum copulatio vnum perficit corpus, ita clericatus, & sacerdotium vnum faciunt presbyterium;& electio & consecratio vnum faciunt Episcopum quæ omnia vnũ efficiunt corpus: quod citius corrumpitur,& ad terram trahitur, nisi legaliter seruetur, nisi iustè viuendo laudetur.

Distinctione quadragesima tertia,cap.1. Dum culpas corripere metuunt, incassum delinquentibus promissa securitate blandiuntur · qui iniquitatem peccantium nequaquam aperiunt:quia ab increpationis voce conticescunt. Clauis quippè apertionis est sermo correctionis; quia increpatio culpam detegit, quam sæpè nescit ipse etiam,qui perpetrauit.

Hinc Paulus ait, vt potens sit in doctrina sana exhortari;& eos, qui contradicunt, redarguere. Hinc per Malachiam dicitur Labia sacerdotes custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius;quia Angelus Domini exercituum est. Hinc per Esaiam Dominus admonet dicens Clama ne cesses,quasi tuba exalta vocem tuam.

Præconis quippè officium suscipit, quisquis ad sacerdotium accedit, vt ante aduentum iudicis, qui terribiliter sequitur ipse scilicet clamando gradiatur.

Distinct.quadragesima tertia.ca.quarto. Quia cum increpare delinquentes noluerit eos procul dubio tacendo pastor occidit.

Distinct. 43. cap. 5. Sicut non leue discrimen incum-

incumbit Pōtificibus siluisse pro diuinitatis cultu, & Ecclesiæ correctione quod congruit, ita his (quod absit) non mediocre periculum est, cuicum debeant parere despiciunt. Distinct. 44. ca. 1. Non ergo aspere quantum existimo, non duriter, non modo imperioso ista tolluntur magis docendo, quam iubendo; magis monendo, quam minando. Sic enim agendum est cum multitudine peccantium. Seueritas autem exercenda est in peccata paucorum. Et si quid minamur, cum dolore fiat, de scripturis comminando, vindictam futuram, ne nos ipsi nostra potestate, sed Deus in nostro sermone timeatur. Ita prius monebuntur spiritales, aut spiritalibus proximi; quorum auctoritate, & leniſſimis quidem sed instantissimis admonitionibus cętera multitudo fraugatur. Distinct. 44 cap. 12.

Qui adhuc vitiorum bello subiacent nequaquam per prædicationis vsum præesse magisterio cæterorum debent. Distinct. 45. ca. 3. Qui sincera intentione extraneos à Christiana religione ad fidem cupiunt rectam perducere, blandimentis non asperitatibus debent studere; ne quorum mentem reddita ad planum ratio poterat reuocare pellat procul aduersitas. Dist. 45. cap. 4. Licet plerumque accident in sacerdotibus, quæ sunt reprehendenda; plus tamē erga corrigendos agat beneuolentia, quā seueritas; plus cohortatio, quā comminatio; plus charitas, quam potestas: cum nemo nostrum sine reprehensione aut sine peccato viuat.

Distinct. 45. cap. 8. Non est dignum, vt passim vnus-

vnusquisque prælatus honorabiliora mẽbra sua, prout voluerit, & ei placuerit, verberibus subijciat, & dolori: ne dum incautè subdita percutit membra ipse quoque debitam sibi subditorum reuerentiam subtrahat, iuxta illud, quod quidam sapiens dixit. Leuiter castigatus reuerentiam exhibet castiganti: asperfitatis autem nimiæ increpatio nec correctionem recipit, nec salutem. Et ideò si quis aliter, quam dictum est, prædictos honorabiles subditos licentia perceptæ potestatis elatus, malitia animi tantùm, crediderit verberandos; iuxta modum verberum, quæ intulerit excommunicationis pariter, & exilij sententiam sustinebit. Decreti prima parte. Distinct. 45. cap. 10. Omnis qui iustè iudicat stateram in manu gestat & vtroq; penso iustitiam & misericordiam portat: sed per iustitiam reddit peccanti sententiam; per misericordiam peccanti temperat pœnam: vt iusto libramine quædam per æquitatem corrigat: quædam verò per miserationem indulgeat. ca. 11. Et qui emendat verbree, in quem potestas datur, vel coercet aliqua disciplina; & tamen peccatum eius, quo ab illo læsus, aut offensus est, dimittit ex corde vel orat, vt ei dimittatur, non solum in eo quod dimittit, atque orat verumetiam in eo quod corripit, & aliqua emendatoria pœna plectit, eleemosynam dat; quia misericordiam præstat. Multa enim bona præstantur inuitis, quãdo eorum consulitur, vtilitati non voluntati, quia sibi ipsi inueniuntur, esse inimici. ca. 14. Sunt namque nonnulli ita districti, vt omnem etiam manſuetudinem benignitatis amittant, &

sunt nonnulli ita mansueti, vt perdant districti iura regiminis, vnde cunctis rectoribus vtraque summoperè sunt tenenda, vt nec in disciplinæ vigore benignitatem mansuetudinis, nec rursum mansuetudine districtionem deserant disciplinæ: quatenus nec à compassione pietatis obdurescant, cum contumaces corrigunt, nec disciplinæ vigorem molliant, cum infirmorum animos consolantur, Regat ergo disciplinæ vigor mansuetudinem, & mansuetudo ornet vigorem: & sic alterum commendetur ex altero, vt nec vigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta. cap. 16. Boni etenim rectores ex sua infirmitate aliorum infirmitates pensates magis per humilitatis, & mansuetudinis leuamentum studeant peccantes aberroris laqueo eruere, quam per austeritatem in foueam perditionis nutantes propellere, vnde Doctor gentium factus sum inquit, infirmus infirmis. Decreti prima parte. Dist. 45. cap. 17. Sed illud non otiosè transmittendum est, quòd vno peccante ira Dei super omnem populum venit. Hoc quando accidit? quando sacerdotes qui populo præsunt, erga delinquentes benigni videri volunt & verentes peccantium linguas ne fortè malè de eis loquantur, sacerdotalis seueritatis immemores nolunt cõplere quod scriptum est, Peccantem coram omnibus argue vt cæteri timorem habeant, & iterum: Auferte malum à vobis: nec zelo Dei succensi imitantur Apostolum dicentem. Tradidi huiusmodi hominem Satanæ in interitum carnis vt spiritus saluus fiat. Neque illud Euãgelij implere student, vt si viderint peccantem;

cantem; primo secretè conueniant; post etiã duobus vel tribus adhibitis; quòd si contempserint, & post hæc Ecclesię correctione non fuerit emendatus de Ecclesia expulsum velut gentilẽ habeant ac publicanum, ne dum vni pareunt vniuersæ Ecclesiæ moliantur interitũ. Quæ ista bonitas, quæ ista misericordia vni parcere & omnes in discrimen adducere? Polluitur enim ex vno peccatore populus. Sicut ex vna oue morbida vniuersus grex inficitur; sic vno fornicante, vel aliud quodcunque scelus committente plebs vniuersa polluitur. Dist. 46. ca. 1. Cum austeritate enim & potentia imperant, qui subditos suos non tranquillè ratiocinando corrigere, sed asperè inflectere dominando festinant. cap. 2. Sunt nonnulli, qui dum malefacta hominum laudibus efferunt; augent quæ increpare debuerũt. Hinc enim per prophetam dicitur: væ qui consuunt puluillos sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis. Ad hoc quippè puluillus ponitur vt mollius quiescatur. Quisquis ergo malè agentibus adulatur, puluillum sub cap vel cubito iacentis ponit vt qui corripi ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus molliter quiescat. Dist. 47. ca. 9. Quantumlibet vigilet disciplina domus meæ, homo sum, & inter homines viuo, nec mihi arrogare audeo, vt domus mea melior sit, quã arca Noe, vbi tamẽ inter octo homines vnus reprobus inuentus est, aut melior quã domus Abrahæ, cui dictũ est. Eijce ancillã, & filium eius, aut melior sit, q̃ domus Isaac: cui de duobus geminis dictũ est Iacob dilexi, Esau aũt odio habui & infra.

Simpliciter autem fateor charitati vestræ coram Domino Deo nostro qui testis est super animam meam, ex quo Deo seruire cœpi, quomodo difficilè sum expertus meliores, quàm qui in monasterio profeceruot; ita non sum expertus peiores quam qui in monasterijs ceciderunt, ita vt hinc arbitror in Apocalypsi scriptum. Iustus iustior fiat; & sordidus sordescat adhuc.

Dist. 47. cap. 10. Nec mouere nos debent conuicia perditorum, quo minus à via recta, & à certa regula non recedamus; quaudo & Apostolus instruat dicens. Si hominibus, placerem Christi seruus non essem. Decreti 1. parte. Diuinct. 50. cap. 1. Si lapsis ad suum ordinem reuertendi, licentia concedatur; vigor canonicæ procul dubio frangitur disciplinæ: dum pro reuersionis spe prauæ actionis desideria quisque concipere non formidat. Cap. 3. Circa quem tamen mitius agendũ est: quia commissum facinus facili dicitur professione confessus. cap. 4. Quis enim tam demens, tamque peruersi sensus tale quid æstimaret, vel post quantamcunq; pœnitentiam concedendum, cum omnino sit canonicæ disciplinæ contrarium? Ca. 7. Si Episcopus, præsbyter, aut Diaconus Capitale crimen commiserit, aut chartam falsauerit, aut falsum testimonium dixerit; ab officij honore depositus in monasterium retrudatur, & ibi, quam diu vixerit, laicam tantummodo communione accipiat. cap. 14. Sed si aliquis lapsus quocunque modo fuerit, portenus eum & fraterno corripiamus affectu: sicuti ait. B. Apostolus: Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos

qui

qui spirituales estis; instruite huiusmodi in spiritu lenitatis; considerans teipsum ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate; & sic adimplebitis legem Christi. Ibidem : Sententiam fratres; quæ misericordiam vetat, non solum tenere sed & audire refugite; quia potior est misericordia omnibus holocaustomatibus, & sacrificijs.

Contumaces clerici, prout dignitatis ordo permiserit, ab Episcopis corrigantur, & si qui prioris gradus elati superbia cõmunionem fortasse contempserint, aut Ecclesiam frequentare vel officium suum implere neglexerint, peregrina eis communio tribuatur; ita vt cum eos pœnitentia correxerit rescripti in matricula gradum suum, dignitatemq; recipiant.

Dist. 50. cap. 25. vt constitueretur in Ecclesia ne quisquam post alicuius criminis pœnitentiã clericatum accipiat, vel ad clericatum redeat, vel in clericatu maneat; non desperatione indulgentiæ, sed rigore factum est disciplinæ. Alioqui contra claues datas Ecclesiæ disputabitur, de quibus dictum est quæ solueritis in terra, soluta erunt & in cœlo. Sed ne fortè etiam de cœteris criminibus, spe honoris Ecclesiastici animus intumescens, superbè ageret pœnitentiam; seueriſſimè placuit, vt post actam de crimine damnabili pœnitentiam nemo sit clericus: & desperatione temporalis altitudinis, medicina maior & verior esset humilitatis. Nam & sanctus Dauid de criminibus mortiferis pœnitentiam egit, & tamen in honore suo perstitit. Et Beatum Petrum, quando amariſſimas lachrymas fudit, vtique Dominum

negasse pœnituit, & tamen Apostolis mansit. Sed nõ ideo superinuacua putanda est posteriorum diligentia qui vbi saluti nihil detrahebatur, humilitati aliquid addiderunt, quo salus totius Ecclesiæ muniretur, experti, credo aliquorum fictas pœnitentias per affectatas honorum potentias. Cogunt .n. multas inuenire medicinas, multorum experimenta morborum. Verum in huiusmodi causis, vbi per graues dissensionũ scissuras, non huius, aut illius hominis est periculum, sed populorum strages iaceret, detrahendum est aliquid seueritati, vt maioribus malis sanandis charitas sincera subueniat. Decreti 1. parte. Dist. 50. c. 26. Absit à Romana Ecclesia vigorem suum tam profana falicitate dimittere, & neruos seueritatis euersa fidei, maiestate dissoluere, vt cũ adhuc non tantum iaceant, sed & cadant euersorum fratrum ruinæ, properata nimis remedia communicationũ vtiq; non profutura præstentur, & noua per misericordiam falsam vulnera veterib. transgressionis vulneribus imprimantur, vt miseris ad euersionem maiorem eripiatur & pœnitentia. Vbi enim poterit indulgentiæ medicina proficere, si etiam ipse medicus intercepta pœnitent iũ indulget periculis? si tantũmodo operit vulnus, nec sinit necessaria temporis remedia obducere cicatricem. Hoc non est sanare, sed si dicere verum volumus, occidere. ca. 28. Hi enim non immeritò cõsequuntur ademptæ dignitatis statum; qui per emendationem pœnitentiæ recepisse noscuntur remedium vitæ. c. 29. Sed quia fortè non desunt, quibus pro nimia pietate suprascripta Sanctorũ

Patrum

Patrum seueritas minimè placeat; sciant se 318. Episcoporum, qui fuerunt congregati in concilio Nicæno, & reliquos statuerunt canones, sententias reprehendere, vel damnare. Sed fortè maior est in illis pietas, quàm in suprascriptis trecentis decem & octo Episcopis? maior est in illis misericordia quàm in S. Ioanne Apostolico Papæ maior charitas, quàm in reliquis sanctis sacerdotib. qui hoc exemplo remedia Ecclesiarum suis definitionibus delibauerũt? Et ideò aut prompta voluntate præceptis illorum consentiant; aut si nõ fecerint omnibus illis contrarios se & inimicos esse cognoscant. Quæ est ista iustitiæ inimica benignitas palpare crimiuosos, & vulnera eorum vsque in diem iudicij incurata seruare? Quod si eos durissimam pœnitentiã per plures annos videremus agere; tunc nos & saluti eorũ possemus consulere, & statuta canonum deberemus temperare. Cum verò in aliquibus nec compunctio humilitati, nec instantia orandi, vel plangendi appareat, nec Beatum Dauid imitentur, qui dicit Lauabo per singulas noctes lectum meũ, lachrymis meis stratum meum rigabo. & illud Cinerem, tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebàm, nec eos ieiunijs, vel lectionibus vacare videamus; possemus agnoscere, si ad pristinos honores redirent, cum quanta negligentia, & cum quanto torpore, & animæ suæ inimica securitate permanerent; credentes quod sic eis, non acta pœnitentia digna, dimiserit Deus, quomodo sacerdotes indulsisse videntur, verè dico, quia illi ipsi quib. cum periculosa

& falsam misericordiã indulgere videmur, cum ante tribunal Christi pro tantis peccatis damnandi aduenerint, cõtra nos causam dicturi sunt dicentes quod dum aut asperitatem linguæ eorum expauimus, aut falsa blandimenta, & periculosas adulationes ipsorum libẽter accepimus, in eisdem permanere peccatis, eis inutiliter indulgemus, aut ipsa peccata augere permittimus non recolentes illud, quod in veteri testamento scriptum est quia vno peccante, contra omnes ira Dei desæuit. cap. 41.

Si quis homicidium fecerit, si Episcopus est, xv. annos pœniteat, & deponatur, cunctos quoq; dies vitæ suæ peregrinando finiat. cap. 44. Si quis voluntariè homicidium fecerit, ad ianuam Ecclesiæ Catholicæ subiaceat semper & communionem in exitu vitæ suæ recipiat. cap. 53.

Prius itaque eum ostendit sibi, & tunc præposuit cæteris vt ex sua infirmitate cognosceret, quam misericorditer aliena infirma toleraret. c. 62. Quamuis cautè & salubriter prouisum sit, vt locus illius humillimæ pœnitentiæ semel tantũ in Ecclesia concedatur, ne medicina nimis vtilis vilis habeatur: tamen quotidie peccantibus nunquam per pœnitentiam venia negatur. c. 63. Pœnitentes tempore quo pœnitentiam petunt, impositionem manuum & crucium super caput à sacerdote (sicut vbique constitutum est) consequantur.

Dist. 55. ca. 2. Dignum est vt seueritatem Ecclesiasticæ disciplinæ sentiat, qui toties salubriterà sanctis patri institutam obseruare contemnit.

Decre-

Decreti 1.parte,dist.55. C.12. Præcepta canonũ, quibus Ecclesiastica regitur disciplina,sicut ad sacerdotium debiles corpore non patiuntur venire;ita & si quis in eo fuerit sauciatus, amittere nõ potest quod tempore suæ sinceritatis accepit. C. 13.Hoc tamen solicitndinis tuæ sit,vt locum ei pœnitentiæ constituas,& in aliquo eum monasterio retrudas, laica tantummodo sibi communione concessa. In loco autem illius alium te necesse est ordinare præsbyterum.

Dist.61. C.2. Irreprehensibiles enim esse conuenit,quos præesse necesse est corrigendis. & infra. Longa debet vitam suam probatione monstrare; cui gubernacula committuntur Ecclesiæ. C.3 Emendatiorem esse conuenit populo, quem necesse est orare pro populo. Ibidem:Quis enim quem paulò ante vidit iacentem veneretur antistitem?Præferens memorandi criminis labem,nõ habet lucidam sacerdotij dignitatem.

Dist.63.C.3.Talem itaque in Pontificali constituite sede;cui & nos,qui gubernamus imperium, sincerè nostra capita submittamus, & eius monita dum tanquam homines deliquerimns,necessariò velut curantis medicamenta suscipiamus. C. 24.Et si ad me diu venire distulerit, in eo exercere districtionem canonicam nullo modo cessabo.

Dist.74.C.6.Quia tales erga subiectos nostros debemus existere quales nobis, si subiecti fuissemus,nostros volueramus esse præpositos. Dist. 81. C.2.Nemo rectè monitoris personam suscipit,nisi qui actibus suis errata condemnat, & amorem

innocentiæ conuersatione demonstrat. C.11. Romanus Ecclesiæ Thæanensis clericus pro crimine adulterij, quod admisisse perhibetur, à clericatus ordine depositus, in monasterio hic in vrbe Romana agenda ad pœnitentiam ex nostra iussione detrusus est.

Decret 1.parte.dist.82.C.4. Ferro necesse est vt abscondantur vulnera, quæ fomentorum non senserint medicinam. Dist 83. C.2. Nemo quippe in Ecclesia nocet amplius, quàm qui peruersè agens nomen vel ordinem sanctitatis habet. Delinquentem namque hunc nemo redarguere præsumit; & in exemplum culpa vehementer extenditur; quãdo pro reuerentia ordinis peccator honoratur. Episcopus itaque qui talium crimina non corrigit, magis dicendus est canis impudicus, quam Episcopus. C.3. Error, cui non resistitur, approbatur; & veritas, cùm minimè defensatur, opprimitur. Negligere quippe, cùm possis deturbare peruersos, nihil aliud est quam fouere. Nec caret scrupulo scietatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. C.5. Cõsentire videtur erranti, qui ad resecanda, quæ corrigi debent, non occurrit. C.6. Perdit enim labiorum memoriam mens terrenis obligata carceribus. Sicut artium in suo quoq; opere inuenitur mater instantia; ita nouerca eruditionis est negligentia. Dist 84. C.1. Quod si ita est, nõ sine culpa tua esse cognoscas, qui eum obiurgare, atq; coercere, vt dignum est distulisti. C. 2. Si quem verò eorum post hæc negligenté esse cognoueris, ad noseum sine aliqua excusatione transmitte, vt quam sit graue, nolle ab his, quæ re-

prehen-

præhensibilia & valdè vituperanda sunt corrigi, regulari in se valeat districtione sentire. Dist.86. C.1.Inferiorum culpæ ordinum ad nullos magis referendæ sunt quam ad desides, negligentesque rectores:qui multam sæpe nutriunt pestilentiam dum austeriorem dissimulant adhibere medicinam.

C.2. Odio habeantur peccata, non homines: corripiantur tumidi,tolerentur infirmi : & quod in peccatis seuerius castigari necesse est, non sæuientis plectatnr animo sed medentis.C.3.Facientis culpã procul dubio habet qui quod potest corrigere,negligit emendare. Scriptum quippè est. Non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiũt facientibus participes iudicantur.Et libat Domino prospera,qui ab afflictis pellit aduersa. Et negligere cum possit deturbare peruersos, nihil aliud est,quam fouere. Nec caret scrupulo consensionis occultæ,qui manifesto facinori desinit obuiare.Et probat odisse se vitia qui condemnat errantes.Nec relinqui sibi locum deuiandi, qui nõ pepercerit excedenti. Et primus innocentiæ gradus est odisse nefanda. Et latum pandit delinquẽtibus aditum,qui iungit cũ prauitate consensum. Et nihil prodest alicui non puniri proprio, qui puniendus est alieno peccato.C.4.Quando necessitas disciplinæ minoribus coercendis dicere vos verba dura compellit; si etiam ipsi modum vos excessisse sentitis,non à vobis exigitur,vt ab eis veniã postuletis : ne apud eos quos oportet esse subiectos,dũ nimia seruatur humilitas,regendi frangatur auctoritas. Sed tamen petenda est venia ab omnium

omnium Domino qui nouit etiam eos, quos plus iusto fortè corripitis, quauta beneuolentia diligatis. C.23. Si quid vero de quocunque clerico ad aures tuas peruenerit, quod te iustè possit offendere, facilè nõ credas; nec ad vindictam te res accendat incognita sed præsentibus senioribus Ecclesiæ tuæ diligenter est veritas perscrutanda: & tũc si qualitas rei popoſcerit canonica districtio culpam feriat delinquentis. Dist. 89. C.7. Ad hoc dispensationis diuinæ prouisio gradus diuersos, & ordines constituit esse distinctos, vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberent & potiores minoribus dilectionem impenderent; vera concordia fieret, & ex diuersitate contextio, & rectè officiorum gereretur administratio singulorum. Neq; enim vniuersitas alia poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differentiæ ordo seruaret. Dist. 90. C.5. Clerici verò, qui ad opus sanctum adesse contempserint, secundũ arbitrium Episcopi Ecclesiasticam suscipiant disciplinam. Dist. 93. C.8. Nulla ratione clerici aut sacerdotes habendi sunt, qui sub nullius Episcopi disciplina, & prouidentia gubernantur. Tales enim acephalos, i. siue cap. prisca Ecclesiæ consuetudo nominauit.

Decret. 1. part. dist. 93. C.21. Si negligenter ea, quæ malè vsurpantur, omittimus, excessus viam alijs aperimus. C.23. Nunc autem ex quo in Ecclesijs, sicut in Romano imperio, creuit auaritia, perijt lex de sacerdote, & visio de Propheta. Singuli quippe per potentiam Episcopalis nominis quã sibi illicitè absque Ecclesia vindicarunt, totum

quod

quod leuitarum est in vsus suos redigũt, nec hoc sibi, quod scriptum est vendicant, sed cunctis auferunt vniuersa. Mendicat infœlix clericus in plateis; & ciuili operi mancipatus publicam à quolibet deposcit alimoniam. Et quidem ex eo despicitur cunctis sacerdotale officium, dum misericordia desolatus, iustè putatur ad hanc ignominiam deuenisse & infra. Solus incubat bonis, solus vniuersa sibi vendicat: solus partes inuadit alienas, solus occidit vniuersos, & paulò pòst. Hinc propter sacerdotum auaritiam odia consurgunt, hinc Episcopi accusantur à clericis; hinc principium litis; hinc detractionis causa; hinc origo criminis. Etenim si vnusquisque ita in hoc mundo visibili aliquid possidere iubetur, vt sua tantum possessione contentus sit, ac res non inuadat alienas, non agrum pauperi tollat, non vineã, non subuectorium aliquod, non famulos, non fructus; quanto magis qui Ecclesiæ Dei præest debet ita in omnibus seruare iustitiam, vt sibi hoc tantum vendicet, quod sui iuris esse cognoscit aliena non rapiat? aliena non contingat? æqualem se cæteris faciat? & sicut siue his in ministerio nõ viuit, ita in dispensatione non viuat? Distinct. 96. cap. 1. Benè quidem fraternitas vestra Ecclesiasticis legibus obsecuta sub diuini timore iudicij, quæ erant statuẽda, definiuit; & ad iustitiæ cumulum peruenit, dum sufficienter vniuersa complectitur, nec adiectione indiget plenitudo, maximè de clericis quos amor dominationis inuasit, & iugum disciplinæ Ecclesiasticæ fecit respuere. ca. 9. Quis dubitet sacerdotes Christi, regum

& prin-

& principum omniumque fidelium patres & mi tres censeri. Nonne miserablis insaniæ esse cognoscitur, si filius patrem, discipulns magistrum sibi conetur subiugare, & iuiquis obligationibus illum suæ potestati subijcere à quo credit non solum in terra, sed etiam in cælis se ligari posse, & solui? Dist. 100. C. 9. Sed quoniam cum honoris augmento cura quoque solicitudinis debet accrescere, vt cultui vestium actionis quoque ornamenta conueniant; oportet, vt enixius in cunctis sedulijs vestra fraternitas exerceat, & circa subiectorum actus sit cura vigilans, vt vestrum illis exemplum instructio, & vita magistra sit.

Decreti 2. part. Causa 1. Quæstione 1. C. 7. Quia & vsitatum est tantum malum, & maiorum frequenter constat mucrone succisum; nos quoque huic vulneri cancerosо ignitum quod superest adhuc inijcimus ferrum. C. 18. Cùm nos dicamus ab hæreticis ordinatos vulneratum per illá manus impositionem habere caput, vbi vulnus infixum est. medicina est adhibenda, qua possit recipere sanitatem. Quæ sanitas post vulnus secuta sinecicatrice esse non poterit, atque vbi pœnitentiæ remedium necessarium est, illicò ordinationis honorem locum habere non posse decernimus. C. 28. Fertur simoniaca hæresis (quæ prima contra Dei Ecclesiam diabolica plantatione subrepsit, & in ipso ortu suo, zelo Apostolicæ vltionis percussa, atque damnata est) in regni vestri finibus dominari: cùm in sacerdotibus fides sit eligenda cum vita. Si enim vita deest, fides meritum non habet, B. Iacobo attestante, qui ait: Fides sine

operi-

operibus mortua est. Quæ enim opera esse valeant sacerdotis, qui honorem tanti sacramenti cõuincitur obtinere per præmium? & post pauca. Hinc igitur non solum in ordinatoris, & ordinati animam lethale vulnus infligitur, verùm etiam excellentiæ vestræ regnum Episcoporum culpa (quorum magis interceſſionibus iuuari debuerat) prægrauatur. Ibidem: Vulnerato namque pastore, quis curandis ouibus adhibeat medicinam? aut quomodo populum orationis clypeo tueatur, qui iaculis se hostilibus feriendum exponit? aut qualem de se fructum producturus est, cuius graui peste radix infecta est? Maior ergo metuenda est locis illis fore calamitas, vbi tales interceſſores ad locum regiminis adducuntur, qui Dei in se magis iracũdiam prouocant, quam per semetipsos populis placare debuerant. C. 44. Hi quoscunque de affeclis suis ordinant, clericos & vitam eorum in scandalum populis exponentes, rei sunt infidelitatis eorum, qui scandalizantur. C.116. Flens, dico, gemens denuntio, quia cùm sacerdotalis ordo intus cecidit, foris quoque diu stare non poterit.

Decreti 2. part. Causa 1. Quæst. 4. C. 9. Humana impietas ei nocet, quem peruertendo inquinat: & rursus eum adiuuat nostra iustitia quem à prauis actionibus mutat. Nocere enim vel iuuare nesciunt ea, quæ vel à bono corrumpere, vel à malo permutare non possunt. Quæst. 4. C. 11. Aliquando pro meritis prælatorũ deprauatur vita subditorũ vt prælatis suis subditi fauentes ad malum cum eis simul corruant, sicut filij Israel diu portantes pecca-

peccata ſacerdotum, tandem cum eis ceciderunt in manibus hoſtium. Item Dauid populum numerauit; quo peccato gladius Domini deſæuit in populum. Sed in latâ gente gloria regis eſt, in diminutione plebis contritio principis. Quæſt. 5. C. 3. Ex conſideratione diſcretionis (quæ mater eſt omnium virtutum) magis, quàm ex rigore canonũ miſericordię viſcera adhibendo, ipſum in eodem ordine eſſe fraternitati tuæ conſulimus: Quæſt. 7 C. 5. Niſi rigor diſciplinæ quandoque relaxetur ex diſpenſatione miſericordiæ. Multorum enim crimina ſunt damnabilia, quæ tamen Eccleſia tolerat pro tempore, pro perſona, intuitu pietatis, vel neceſſitatis, ſiue vtilitatis & pro euentu rei. C. 6. Neceſſaria rerum diſpenſatione cõſtringimur, & Apoſtolicæ ſedis moderamine conuenimur ſic canonum paternorum decreta librare, & retro præſulum deceſſorumque noſtrorum præcepta metiri, vt quæ præſentium neceſſitas temporum in reſtaurandis Eccleſijs relaxanda depoſcit, adhibita diligenti conſideratione (quantum poteſt fieri) temperemus.

CAPVT XII.

Decreti 2. part. Cauſa 1. Quæſt. 7. C. 14.

QVoties à populis aut à turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem non poteſt vindicari, inultum ſolet tranſire. Priora erga dimittenda dico Dei iudicio, & de reliquo maxima ſolicitudine precauendum C. 18. Sed circuuſtant nos, hinc manſuetudo clementiæ hinc cenſura iuſti-

iustitiæ, vt credamus quædam delicta vtcumque toleranda, quædam verò penitus amputanda. Illos ergo quorum prouectio hoc tantum reprehẽsionis incurrit quod ex laicis ad officium Episcopale delecti sunt locum suum tenere permittimus, non præiudicantes Apostolicę sedis statutis, nec beatorum Patrum regulas soluentes; quia remissio peccati non dat licentiam delinquendi: nec quod potuit aliqua ratione concedi, fas erit amplius impune committi: ne, quod ad tempus pia lenitate cõcessimus iusta post hac vltione plectamus. C. 22. Saluberrimum enim & spiritualis medicinæ vtilitate pleniſſimum est, vt siue præsbyteri, siue diaconi, cuiuslibet ordiuis clerici qui se correctos videri volunt, atque ad Catholicam fidem, quam iampridem amiserant, rursum reuerti ambiunt; prius errores suos, & ipsos auctores errorum danmari à se sine ambiguitate fateantur: vt sensibus prauis etiam peremptis nulla sperandi superſit occasio ne vllum membrum talium possit societate violari: cum per omnia illis professio cœperit obuiare. Circa quos etiam illam canonum constitutionem præcipimus custodiri vt in magno habeant beneficio, si adempta sibi omni promotionis, in quo inueuinntur ordine, stabilitate perpetua maneant, si tamen iterata tinctione non fuerint maculati. Canon 23. Etsi illa nonnunquam sinenda sunt, quæ si cæterorum constet integritas nocere sola non valeant: illa tamen sunt magnoperè cauenda quæ recipi, nisi manifesta decoloratione non possunt. Ac, si ea ipsa, quæ nullo detrimento aliquoties indulgenda

creduntur, vel rerum temporumque cogit intuitus, vel acceleratæ prouisionis respectus excusat, quantomagis illa nullatenus mutilanda sunt, nec vlla necessitas, nec Ecclesiastica prorsus extorquet vtilitas.

Decreti 2. parte. Causa 1. Quæstione 7. Can. 25. Per illicitam manus impositionem vulneratum caput illius, qui videbantur aliquid accepisse, habebant: & vbi vulnus infixum est, necesse est medicinam adhibere, qua infixa sanetur macula: id est recitari necesse est, quod legitimè actum, aut collatum minimè probatur.

Decreti secunda parte, Causa secunda. Quæstione 1. Can. 18. Multi corriguntur, vt S. Petrus: multi tolerantur, vt Iudas: multi nesciuntur, donec veniat Dominus qui illuminabit abscondita tenebrarum. & infra. Nos verò à communione prohibere non possumus (quamuis hæc prohibitio nondum sit mortalis, sed medicinalis) nisi aut sponte confessum, aut in aliquo, siue sæculari, siue Ecclesiastico iudicio nominatum, atque conuictum. Quis enim sibi vtrumque audeat assumere, vt cuiquam ipse sit & accusator & iudex. Ibidem: De his autem, qui foris sunt Deus iudicabit. Auferte malum à vobis ipsis. Quibus verbis ostendit non temerè, aut quomodolibet, sed per iudicium auferendos esse malos ab Ecclesiæ communione, vt si per iudicium auferri non possunt tolerentur potius; ne peruersè malos quisque euitando, ab Ecclesia ipse discedens, eos, quos fugere viderit, vinciat ad gehennã. Quia & ad hoc nobis sunt in scripturis sanctis exem-

pla

pla propoſita: velint in meſſe, vt palea ſufferatur vſque ad vltimum ventilabrum: vel intra illa retia, vbi piſces boni cum malis vſque ad ſegregationem, quæ futura eſt in littore, id eſt in fine ſæculi, æquo animo tolerentur. Non enim contrarium eſt huic loco id quod alio loco dicit Apoſtolus; Tu quis es qui iudicas alienum ſeruum? ſuo Domino ſtat aut cadit. Noluit enim hominẽ ab homine iudicari ex arbitrio ſuſpicionis, vel etiam extraordinario vſurpato iudicio: ſed potius ex lege Dei ſecundum ordinem Eccleſiæ, ſiue vltro confeſſum, ſiue accuſatum, atque conuictum. C. 19. Ergo ipſa corripienda ſunt coram omnibus quæ peccantur coram omnibus. Ipſa verò corripienda ſunt ſecretius, quæ peccantur ſecretius. Decreti 2. parte. Cauſa 2. Quæſt. 7. C. 1. Quia pro meritis ſubditorum diſponitur à Deo vita rectorum.

Decreti 2. parte. Cauſa 2. Quæſt. 7. C. 45. Sed ſi quis aduerſus eos, vel Eccleſias eorum commotus fuerit, aut cauſas habuerit, prius ad eos recurrat charitatis ſtndio, vt familiari colloquio commoniti ea ſanent, quæ ſananda ſunt; & charitatiuè emendent, quæ iuſtè emendanda cognouerint. C. 21. Sunt nonnulli, qui præpoſitos ſuos peruersè reprehendunt, ſi vel parum ipſis moleſti extiterint. Can. 27. Plerunque boni viri propterea ſufferunt aliorum peccata, & tacent; quia ſæpè deſeruntur publicis documentis, quibus ea, quæ ipſi ſciunt, iudicibus probare non poſſunt. Ibidem: Per arcam ergo inclinatam intelliguntur prælati

qui subditorum culpam misericorditer portant, & eorum iufirmitati humiliter compatiuntur. Ibidem: Leuita qui manum adhibuit, significat illos qui misericordiæ compassionem in prælatis suis reprehendunt, eosque in seueritatis amaritudinem erigere volunt. Ibidem: Facta enim pastoris, oris gladio, id est, sententia damnationis à subditis ferienda non sunt. Ibidem: Vel per Dauid significantur, qui nequitiam suorum prælatorum videntes, maiora eorum peccata conténunt, minima verò & leuia, quasi extremam oram chlamydis præcidentes reprehendere, & lacerare satagunt. Ibidem: Infames enim fiunt (vt canonum tradit auctoritas) omnes qui in Patres armantur, & qui doctorum suorum vitam reprehendunt, vel accusant. C. 31. Etiam docti ab indoctis, à laicis clericis meritò redarguantur: qui iure comparantur prophetæ, qui verbis asinæ contra naturam loquentis corripitur; nec tamen à proposito praui itineris retardatur. C. 32. Qui nec regiminis in se rationem habuit, nec sua delicta detersit, nec filiorum crimen correxit; canis impudicus dicendus est magis, quã Episcopus. C. 39. Quid est, quod de rigore cogimur seruare disciplinæ, aliud quod admittitur ex perfectionis consideratione. Christus ad se arguendum Iudæos admisit perfectione humilitatis, non seueritate iuris. C. 41. Nos si incompetenter aliquid egimus, & in subditis iustæ legis tramitem non conseruauimus vestro, ac missorum vestrorum cuncta volumus emendare iudicio: quoniam si nos, qui aliena debemus corrigere peccata, peiora committimus; certè non

veritatis discipuli, sed (quod dolentes dicimus) erimus præ cæteris erroris magistri. C. 46. Sicut inquit laudabile, discretumque est reuerentiam, & honorem debitum exhibere prioribus; ita rectitudinis, & Dei timoris est, si qua inter eos correctione indigent, nulla dissimulatione postponere; ne totum (quod absit) corpus incipiat morbus inuadere, si languor non fuerit curatus in capite. C. 47. Transgressionis vltio fiat, & cæteris interdictio delinquendi. C. 55. Negligere cùm possis deturbare peruersos, nihil aliud est, quam fouere. Nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. Can. 58. Cùm pastoris vita esse discipulis semper debeat in exemplo plerumque clerici, qualis secreto sit vita sui Pontificis nesciunt, quam, vt dictum est sæculares pueri sciunt:

Decreti 2. parte. Causa 3. Quæstione 7. Can. 3. Qui sine peccato est vestrrm, primus in illam lapidem mittat. Ad aliena quippe punienda peccata ibant, & sua reliquerant. Reuocantur itaque intus ad conscientiam, vt prius propria corrigant, & tunc aliena reprehendant. Ibidem: Quid est, quod in vltionem sceleris inflammatur, & tamen prius ipse prosternitur? nisi quod prius ipsi purgandi sunt, per quos aliorum culpæ feriantur, vt ipsi iam mundi per vltionem veniant, qui aliorum vitia corrigere festinant. Can. 4. Iudicet ille de alterius errore, qui non habet quod in seipso condemnet. Iudicet ille qui non agit eadem, quæ in alio putauerit

punienda, ne cùm de alio iudicat, in se ferat ipse sententiam. Iudicet ille qui ad pronuntiandum nullo odio, nulla offensione, nulla leuitate ducatur. Can. 6. Nos videlicet typicè instituens, vt cùm quælibet proximorum errata conspicimus, non hæc ante reprehendendo iudicemus, quam ad conscientiam nostram humiliter reuersi, digito eam discretionis solerter exculpamus, & quid in ea conditori placeat, quidve displiceat, sedula examinatione dirimamus, iuxta illud Apostoli; Fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto. Can. 7. Hinc liquidò constat, quod mali pastores, dum sententia iusti examinis aliorum crimina feriunt, sibi ipsis nocent, dum sine exemplo suæ emendationis aliorum vitia corrigere curant: subditis verò prosunt, si eorum increpatione correcti vel sententia coerciti, vitam suam in melius commutare didicerint.

Decreti 2. parte. Causa 5. Quæst. 5. Can. 1. Non vos iudicetis esse maleuolos, quando crimen alterius indicatis. Magis quippe inocentes estis, si fratres vestros quos iudicando corrigere potestis, tacendo perire permittitis. Si enim frater tuus vulnus habet in corpore, quod velit occultari, dum timet secari nonne crudeliter à te sletur, ac misericorditer indicatur? quanto ergo potius debes manifestare crimen ne deterius putrescat in corde? Can. 2. Non omnis qui parcit amicus est; nec omnis qui verberat, inimicus. Meliora suut vulnera amici, quam voluntaria oscula inimici. Melius est cum seueritate diligere, quam lenitate decipere. Ibidem: Et qui phreneti-

cum

cum ligat, & qui lethargicum excitat, ambobus molestus, ambos amat. Quis nos potest amplius amare quam Deus? Et tamen nos non solum docere suauiter, verùm etiam salubriter terrere non cessat. Fomentis lenibus, quibus consolatur, sæpè etiam mordacissimum medicamentum tribulationis adiungens, exercet fame Patriarchas etiam pios,& religiosos, populum contumacem pœnis grauioribus agitat; non aufert ab Apostolo stimulum carnis tertiò rogatus, vt virtutem in infirmitate perficiat. & infra. Noueris aliquando lupum, auertendis pecoribus pabulum spargere, & aliquando pastorem flagello ad gregem pecora errantia reuocare. Can.3. Non osculatur, semper pater filium, sed aliquando castigat. Ergo quando castigatur qui diligitur, tunc circa eum pietas exercetur.Habet enim & amor plagas suas; quæ dulciores sunt, cum amarissimè inferuntur. Dulcior enim est religiosa castigatio, quàm blanda remissio. Vnde ait Propheta: Dulciora sunt vulnera amici, quàm voluntaria oscula inimici. Causa 6. Quæstione 1. Canone 3. Illi, qui illa peccata perpetrant, de quibus Apostolus ait: Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. valdè cauendi sunt, & ad emendationem, si voluntariè noluerint compellendi: quia infamiæ maculis sunt aspersi, & in barathrum delabuntur, nisi eis sacerdotali auctoritate subuentum fuerit. Similiter & illi de quibus ipse ait:Cum huiuscemodi hominibus nec cibum sumere,quia infamia sunt notati, antequam sacerdotali auctoritate sanentur, & in gremio

sanctæ matris Ecclesiæ redintegrentur: quia qui extra nos sunt, nobiscum communicare non possunt. C. 5. Cunctorum sacerdotum vitam superiorem, sanctioremque ac discretam à sæcularibus, & laicis hominibus esse, & spirituales quosque, atque sacerdotes super carnales, ac laicos semper constituendos docebat; quoniam pro minimo nobis esse debet, vt à talibus arguamur, & iudicemur vel ab humano die. C 11. Plebes languescentes (non tenentibus pastoribus frena eorum) lasciuiant, atque in ima ruant. C. 13. Capite languescente cætera corporis membra inficiuntur. Deteriores sunt, qui vitam moresque bonorum corrumpunt his qui substantias aliorum, prædiaque diripiunt. C. 22. Eadem enim seueritate voluntatem sceleris, qua effectum puniri iura voluerunt.

Decreti 2. parte. Causa 6. Quæst. 2. C. 2. Si tantum Episcopus alieni sceleris se conscium nouit, quamdiu probare non potest nihil proferat, sed cum ipso ad compunctionem eius secretis correptionibus elaboret. Quod si fortè correptus pertinacior fuerit, & se communioni publicæ ingesserit, etiamsi Episcopus in redarguendo illo quem reum iudicat, probatione deficiat, indemnatus (licet ab ijs, qui nihil sciunt, secedete ad tempus pro personæ maioris auctoritate iubeatur) ille tamen, quamdiu nihil probari potest in communione omnium præterquam eius qui eum reum iudicat, permanebit. Quæstione 2. Can. 1. Scriptum est in lege, Per alienam messem transiens, falcem mittere non debet, sed

sed manu spicas conterere, & manducare. Falcẽ ergo iudicij mittere non potes in eam segetem, quæ alteri videtur esse cõmissa: sed per effectum boni operis frumentia Dominica vitiorum suorum paleis expolia, & in Ecclesiæ corpus mouendo, & persuadendo, quasi mandendo, conuerte. Causa 7. Quæst. 1. Ca. 2. Cum percussio corporalis imminet vtrum pro purgatione, an pro vindicta contingat, Dei in hoc iudicium ignoratur, & ideò nõ debet à nobis addi flagellatis afflictio: ne nos culpæ (quod absit) offensa respiciat. Decreti 2. parte. Causa 8. Quæst. 1. Ca. 23. Quid autem ego vos arguo cum possitis me vno sermone conuincere? conuincor enim cum in hac parte clericos vobis magis video negligentes. Quomodo enim possum corrigere filios cum fratres emendare nõ possum? aut qua fiducia succensem laicis cum à consortibus pudoris verecundia conticescam? Ego autem fratres non de omnibus loquor sunt certè quidam deuoti sunt & alij negligentes. Ego neminem nomino: conscientia sua vnumquemque conueniat.

Decreti secunda parte. Causa 9. Quæst. 1. Ca. 5. vbi enim multorum strages iacet, ibi subtrahendum est aliquid seueritati, vt addatur amplius charitati. Quæst. 3. cap. 6. Si autem aliquis metropolitanorum inflatus fuerit, & siue omnium cõprouincialium præsentia, vel consilio Episcoporum aut eorum, aut alias causas, (nisi eas tantum quæ ad propriam suam Parochiam pertinent) agere aut eos grauare voluerit: ab omnibus districtè corrigantur, ne talia deinceps præsumere au-

deat. Si verò incorrigibilis eiſque inobediens apparuerit, ad hanc Apoſtolicam ſedem, cui omnia Epiſcoporum iudicia referri præcepta ſunt, eius contumacia referatur: vt vindicta de eo fiat, & cæteri timorem habeant.

Decreti 2. parte, Cauſa 10. Quæſt. 1. ca. 4. Regenda eſt vnaquæq; Parochia ſub prouiſione, ac tuitione Epiſcopi per ſacerdotes vel cæteros clericos, quos ipſe cum Dei timore prouiderit, cui iure pertinere videtur, & circumire, vt ſibi neceſſarium viſum fuerit Eccleſiaſtica vtilitate cogente. Ca. 9. Relata eſt coram ſancta ſynodo querimonia plebium, quod ſint Epiſcopi quidam nolétes ad prædicandum, vel ad confirmandum ſuas per annum Parochias circumire: qui tamen exigunt, vt manſiones, quibus in profectione vti debuerant, aliquo pretio redimant, qui parere debebãt. Quæ duplex infamia, negligentiæ & auaritiæ ſanctæ ſynodo magno fuit horrori. Statuerunt itaq;, ne quis vltra exerceat, id cupiditatis ingenium, & vt ſolicitiores ſint Epiſcopi de ſuis gregib. viſitandis. ca. 10. Decreuimus vt antiquæ conſuetudinis ordo ſeruetur, & annuis vicibus ab Epiſcopo dioeceſes viſitentur; & ſi qua fortè baſilica fuerit reperta deſtituta ordinatori eius reparari præcipiatur: quia 3. pars, ex omnibus per antiquam traditionem vt accipiatur ab Epiſcopis, nouimus eſſe ſtatutum. c. 7. Obſeruandum etiam modis omnibus, vt ſi quando eis peragrãdæ Parochiæ neceſſitas incumbit; in confirmandis hominibus, in inquirendis rebus emendatione dignis in prædicatione verbi Dei, in lucris animarũ potius, quá

in

in deprædandis & spoliandis hominibus, & scandalizantis fratribus operam dent. Decreti 2. parte. Causa 11. Quæst. 1. c. 6. Nullus clericus, aliũ clericum ad iudicem sæculare accusare aut ad causam dicẽdam trahere quocunq; modo præsumat, sed omne negotium clericorum, aut in Episcopi sui, aut præsbyterorum, cum Archidiaconi præsentia finiatur. Quod si quis clericus hoc adimplere distulerit, si minor fuerit, vno minus de 40. ictus accipiat, si verò honoratior. 30. dierum inclusione mulctetur. ca. 20. Istud est, quod à vobis popposcimus, & nunc iterum postulamus, vt Paulinum Aquileiensem Pseudoepiscopum, & illum Mediolanensem Episcopum ad clementissimum Principem sub digna custodia dirigatis, vt & iste, qui Episcopus esse nullatenus potest, quia contra omnem canonicam consuetudinẽ factus est, alios vltra non perdat, & ille qui contra morem antiquum cum ordinare præsumpsit, canonũ vindictæ subiaceat. c. 39. Si sua vnicuiq; Episcopo iurisdictio non seruatur; quid aliud agitur, nisi vt per nos, per quos Ecclesiasticus custodiri debuit ordo, confundatur. c. 40. Dumq; solum simplicitati à vobis studetur, quantũ videmus, disciplina negligitur. Quæst. 3. c. 3. Cauendum est, ne cum ea pari mucrone percellaris sententiæ, ac pro vnius mulierculæ passione vinctus, & obligatus ad perenne traharis exitium. Deterius quippè in populis prælati delinquunt: ac pro lapsu crudelius quàm cæteri puniuntur, vt ait Beatus Gregorius: Scire etenim prælati debent, quia si peruersa vnquam perpetrant, tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt.

tunt. Vnde necesse est vt tanto se cautius à culpa custodiant, quanto per praua, quæ faciunt non soli moriuntur. Can. decimo tertio. Absit vt quidquam siniſtrum de his arbitremur, qui Apostolico gradui succedentes Christi corpus sacro ore conficiunt: per quos nos etiam Christiani sumus: qui claues Regni cœlorum habentes, ante iudicij diem iudicant, veteri quidem lege habetur: quicunque sacerdotibus non obtemperasset aut extra castra positus lapidabatur à populo aut gladio ceruice subiecta contemptum expiabat cruore. Nunc verò inobediens spiritali animaduersione truncatur, & eiectus ab Ecclesia rabido dæmonum ore discerpitur. ca. 31. Nemo contemnat vincula Ecclesiastica. Non enim homo est qui ligat, sed Christus, qui nobis hanc potestatem dedit, & Dominos fecit homines tanti honoris. ca. 96. Ita corporis tui cedere motibus consensisti, & relaxatis voluptatum habenis temetipsum in lacum miseriæ & in lutum fecis prohibitum deiecisti: vt qui positus fueras ad gubernationem populorum, effectus sis ruina multorum. Probat hoc Thiegualdi, & Guntharij duoum Episcoporum legitimus casus: qui pro eo, quod te minimè competenter erudierunt, quin immò quia prævaricatiouem tuã tegere argumentis suis, & sub quadam iustitiæ specie fucatis quibusdã exquisitis adinuẽtionibus æquitatẽ obruere studuerunt: nostra sunt Apostolica autoritate, & ab omni Episcopatus regimine regulariter sequestrati. Ca. 106. Debent duodecim sacerdotes Episcopum circunstare & lucernas ardentes in manibus tenere, quas in conclusione anathematis vel excommu-

nicatio-

cationis proijcere debent in terram, & conculcare pedibus: Deinde epistola per Parochias mittatur continens excommunicatorum nomina, & causam excommunicationis, Ca. 108. Cum aliquis vel excommunicatus, vel anathematizatus, pœnitentia ductus veniam postulat & emendationẽ promittit; Episcopus qui eum excommunicauit, ante ianuas Ecclesię venire debet, & duodecim præsbyteri cum eo, qũi eum hinc inde circunstare debent. Et si ille terræ prostratus veniã postulat, & de futuris cautelam spondet: tunc Episcopus apprehensa manu eius dextera in Ecclesiam illum introducat, & communioni Christianæ reddat, & septem psalmos pœnitentiales decantet cum istis precibus, Kyrie eleyson, Pater noster, Saluum fac seruum tuum, Oratio: Præsta quæsumus Domine huic famulo tuo dignum pœnitentiæ fructum: vt Ecclesiæ tuæ sanctæ à cuius integritate deuiauerat peccando, admissorũ veniam consequendo reddatur innoxius. Per. &c. Decreti 2. parte. Causa 16. Quæst. 1. ca. 17. Ferro enim abscindenda sunt vulnera, quæ fomenta non sentiunt. Similiter & illi extorres debent fieri ab Ecclesia, qui sacerdotali admonitione non corrigentur, dicente Domino. Auferte malum ex vobis. Quæst. 2. c. 1. Quorum auertẽtes calliditates, & hostis versuti suasiones, deinceps omnibus licentiam Monachis damus suarum Ecclesiarum inuestitores fieri: ita tamen vt iudicio synodi si contra sacerdotiũ agere præsumpserint multentur, & fœlici mucrone Episcopi sacerdotum piacula resecentur. Quæst. 6. Ca. 3. Delictum personæ in

næ in damnum Ecclesiæ non est conuertendu.
Cap. 5. De lapsis sacerdotibus vel leuitis vel quolibet ex clero obseruare te volumus, vt in rebus eorum nulla contaminatione miscearis: sed pauperrima regularia monasteria require, quæ secúdum Deum viuere sciuntur, & in eisdem monasterijs ad pœnitentiam lapsos trade, vt res lapsorum in eodem loco proficiat, in quo agere pœnitentiam traduntur, quatenus ipsi ex rebus illorũ subsidium habeant, qui de correctione eorum solicitudinem gerunt.

Decreti 2. parte. Causa 17. Quæst. 4. c. 35. Si quis autem hoc decretum tentauerit violare, & Ecclesiasticæ excommunicationi subiaceat, & seueritatis regiæ feriatur sententia. Causa 21. Quæst. 2. c. 2. Desertorem autem clericum cingulo honoris, atque ordinis sui exutum, aliquo tempore Monasterio relegari conuenit, sicque postea in ministerium Ecclesiastici ordinis reuocari. Causa 23. qu. 3. c. 8. Qui potest obuiare, & perturbare peruersos & non facit; nihil aliud est, quàm fauere eorũ impietati. Nec enim caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. Ca. 9. Iustum est qui diuina contemnunt mandata, & inobedientes Patrum existunt iussionibus, seueris ioribus corrigantur vindictis: quatenus cæteri talia committere timeant, & omnes gaudeant fraterna concordia, & cuncti sumant seueritatis atque bonitatis exemplum. Nam si (quod absit) Ecclesiasticam solicitudinẽ vigoremq; negligimus perdit desidia disciplinam, & animabus fideliũ profectò nocebitur. ca. 11. Ostendit Propheta nec

illos

illos immunes à scelere esse, qui permiserũt Christum principibus interficere, cum præ multitudine timerentur, & possent illos à facto, & se à consensu liberare. Qui definit obuiare cum potest, consentit. Quæst. 4. c. 5. Quisquis vel quod potest, arguẽdo corrigit, vel quod corrigere non potest, saluo pacis vinculo excludit, vel quod saluo pacis vinculo excludere non potest, æquitate improbat, firmitate supportat; hic est Pacificus, & ab isto maledicto de quo scriptura dicit væ his, qui dicunt, quod nequam est bonum; & quod bonum est nequam, & reliqua omninò liber prorsus securus, penitus alimus. & infra. Quomodo, inquit Parmenianus, incorruptus poteris permanere, qui corruptis sociaris. cap. 6. Ita planè, si sociatur quis malis, id est, si mali aliquid cum eis committit, aut committentibus fauet. Si autem neutrum facit; nullo modo sociatur. Porrò si addit tertium vt non sit in vindicando piger, sed vel corripiat iustus in misericordia, & arguat, vel etiam, si eam personã gerit, & ratio conseruandæ pacis admittit, coram omnibus peccantes arguat, vt cęteri timeant, remoueat etiam vel aliquo gradu honoris vel ab ipsa communione sacramentorũ, & hæc omnia cum dilectione corrigendi, non cum odio persequendi; plenissimum officium non solum castissimæ innocentiæ, sed etiam diligentissimæ seueritatis impleuit. Causa 23. Quæst. 4. c. 15. In Euangelio autem populus gratiæ liber, & adultus filiali amore, & hæreditatis certitudine ad cultũ diuinę seruitutis inuitatur, vnde cum quidam legem, quasi coercentem, prædicarent esse tenendam

dam, simul cum gratia, ait Apostolus. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba Pater. Ca. 16. Sunt quædam, quæ salubri duntaxat admonitione sunt corripienda, non corporalibus flagellis animadvertenda: sed eorũ vindicta diuino examini tantum est reseruanda, quando in delinquentes videlicet disciplinã exercere non possumus, vel quia non sunt nostri iuris vel quia illorum crimina, etsi nobis nota sunt, tamen manifestis indicijs probari non possunt. Ca. 17. Infideles non possumus Christo lucrari, si eorum colloquium vitamus, & conuiuium. Vnde & Dominus cum publicanis & peccatoribus manducauit & bibit. In his verò, qui intus sunt, id est infidelibus putredo resecanda est. c. 18. Quidam verò è contrario periclitantes, cum bonorum malorumq; permistionem in Ecclesia demonstratam, seu prædictam esse perspexerint, & patientiæ præcepta didicerint quæ ita nos firmissimos reddunt, vt etiam si videntur in Ecclesia esse zizania, non tamen impediatur, aut fides aut charitas nostra; aut quoniam zizania in Ecclesia esse cernimus, ipsi de Ecclesia recedamus destituendam putent Ecclesiæ disciplinam quandam peruersissimam securitatẽ præpositis tribuentes, vt ad eos non pertineat nisi dicere, quid cauẽdum, quidve faciendum sit: quodlibet autem quisque faciat, non curare. Nos verò ad sanam doctrinam pertinere arbitramur, ex vtrilque testimonijs tutam sententiam moderari: vt & carnes in Ecclesia propter pacem Ecclesiæ

cleſiæ toleremus. & canibus ſanctum, vbi pax Eccleſiæ tuta eſt, non demus. Cùm ergo ſeu per negligentiam prępoſitorum ſeu per aliquam excuſabilem neceſſitatem, ſiue per occultas obreptiones inuenimus in Eccleſia malos quos Eccleſiaſtica diſciplina corrigere, aut coercere non poſſumus: tunc ne aſcendat in cor noſtrum impia & pernicioſa præſumptio: qua exiſtimemus nos ab his eſſe ſeparandos, vt peccatis eorum non inquinemur, atque ita poſt nos trahere conemur, veluti mundos ſanctoſque diſcipulos ab vnitatis cõpage, quaſi à malorum conſortio ſegregatos; veniant in mentem illæ de ſcripturis ſimilitudines, & diuina oracula, vel certiſſima exempla quibus demonſtratum, & prænuntiatum eſt malos in Eccleſia permiſtos bonis vſque in finem ſæculi, tempuſque iudicij futuros, & nihil bonis in vnitate, ac participatione ſacrionē. C. ũ, qui eorum factis non conſenſerint, obſtptio; ſi. Cum vero eis per quos Eccleſia regitur, aim multitu ace poteſtas diſciplinæ aduerſus impr[illegible] aut nefarios exercendæ, tunc rurſus ne ſocordia, ſegnitiáque dormiamus, alijs aculeis præceptorum, quæ ad ſeueritatem coercitionis pertinent, excitandi ſumus, vt greſſus noſtros in via Domini ex vtriſque teſtimonijs illo duce atque adiutore dirigentes, nec patientiæ nomine torpeſcamus, nec obtentu diligentiæ ſęuiamus. C. 19. Quando ita cuiuſque crimen notum & omnibus, & omnibus execrabile apparet, vt vel nullos prorſus, vel non tales habeat defenſores, per quos ſchiſma poſſit contingere, non dormiat ſeueritas diſciplinæ. Cap. 20.

Non est negligenda correptio quamuis Deus, quos voluerit, etiam non correptos faciat esse correctos. Tunc autem correptione proficit homo, cùm miseretur, atq; adiuuat qui facit, quos voluerit, etiam sine correptione proficere. C. 24. Molestus est medicus furenti phrenetico, & pater indisciplinato filio ille ligando, iste cædendo: sed ambo diliendo. Si autem illos negligant, & perire permittant; ista potius falsa mansuetudo crudelitas est. Ibidem. Sed sibi hoc dicant, & multo maxime humiliter doleant, qui in tãta morte præcisionis iaceãt vt isto quodã vulnere matris Catholicæ reuiuiscant. Cũ enim præcisus ramus interitur, fit aliud vulnus in arbore quo possit recipi, vt viuat, qui sine vita radicis peribat: sed cũ receptis recipiendi coaluerit: & vigor consequetur & fructus: si autem coaluerit, ille quidem arescit, sed vir bonorum permanebit. Est enim & tale inserere lem demon vt nullo præciso ramo qui intus est, erint, & pat is est, inseratur: non tamen nullo, sed ve leuissimo arboris vulnere. Ita ergo & isti cùm ad radicem Catholicam veniunt, nec eis quamuis post erroris sui pœnitentiam honor clericatus, aut episcopatus aufertur, fit quidem aliquid tanquam in cortice areoris matris cõtra integritatẽ seueritatis: veruutamen quia neq; qui plãtat est aliquid, neq; qui rigat ad Dei misericordiã precibus fusis, coalescente insitorum pace ramorũ charitas operit multitudinẽ peccatorũ & paulò pòst: verũ in huiusmodi causis, vbi per graues dissensionum sciffuras non huius, aut illius hominis est periculum, sed populorum strages iacent, detrahẽdum est aliquid seueritati, vt

maio-

maioribus malis sanandis charitas sincera subueniat. C. 25. Quid faciet hic Ecclesiæ medicina, salutem omnium materna charitate conquirēs, tanquam inter phreneticos & lethargicos æstuans? Nunquid contemnere, nunquid desistere vel debet vel potest? Vtrisq; sit, necesse est, molestia quia neutris est inimica. Nam & phrenetici nolunt ligari, & lethargici nolunt excitari: sed perseuerat diligentia charitatis phreneticū castigare, lethargicum stimulare, ambos amare. Ambo offenduntur: sed ambo diliguntur. Ambo molestati. quamdiu ægri sunt, indignantur; sed ambo sancti, gratulātur. C. 26. Quod Christus discipulos increpauit quia ignem super eos descendere cupiebant, qui ipsum non receperant; ostenditur nobis non semper in eos qui peccauerint, vindicandū: quia nonnunquam amplius prodest, clementia tibi ad patientiam, lapso ad correctionē. C 32. Non potest esse salubris à multis correptio; nisi cum ille corripitur, qui non habet sociam multitudinē. Cum verò idem morbus plurimos occupauerit; nihil aliud bonis restat, quàm dolor & gemitus; vt per illud signum, quod Ezechieli sancto reuelatur, illæsi euadere ab illorum vastatione mereantur, & infra. Reuera, si contagio peccandi multitudinē inuaserit; diuinæ disciplinæ seuera misericordia necessaria est. Nam cōsilia separationis & inania sūt, & pernicioſa, atq; sacrilega, quia & impia superba sunt, & plus perturbant infirmos bonos q̄ corrigūt animosos malos & infra. Turba autē iniquorum, cū facultas est in populis promendi sermonem generali obiurgatione ferienda est: & maximè si occasionem atq; opportunitatē præbue-

rit,aliquod flagellum desuper Domini, quo eos appareat pro suis meritis vapulare.C.33.In ipsa Ecclesia, vbi maximè misereri decet, teneri quâ maximè debet forma iustitiæ,ne quis à communionis consortio abstentus breui lachrymula atque ad tempus parata, vel etiam vberioribus fletibus communionem, quamplurimis debet postulare temporibus,à facilitate sacerdotis extorqueat, Nonne cum vni indulget indigno, plurimos facit ad prolapsionis contagium prouocari? Facilitas enim veniæ, incentiuum tribuit delinquendi.Ca.35.Duo ista nomine cum dicimus,homo peccator;non vtique frustra dicuntur. Quia peccator est,corripe;quia homo est miserere;nec omnino liberabis, hominem nisi cum perfectus fueris peccatorem. Hinc officio nostris inuigilet disciplina, sicut cuique regenti apta & accommodata est non solum Episcopo regenti plebem suam, sed etiam regenti pauperi domum suam diuiti regenti familiam suam, marito regenti coniugem suam Patri regenti prolem suã iudici regenti Prouinciam suam,regi regenti gentem suam,& paulò pòst. Ita, nulli homini claudenda est misericordia: nulli peccatori impunitas relaxanda est. C. trigesimo septimo. Nimium sunt inquieti Donatistæ, quos per ordinatas Deo potestates cohiberi, atque corrigi mihi non videtur inutile. Nam de multorum iam correctione gaudemus. Item infra. Si enim quisquam inimicum suum periculosis febribus phreneticum factum currere videret in præcipitiũ: nonne tunc potius malum,pro malo redderet:si enim

ſic currere permitteret; quam ſi corripiendum ligandumque curaret. Et tamen tunc ei moleſtiſſimus, & aduerſiſſimus videretur; quando vtiliſſimus, & miſericordiſſimus extitiſſet. Sed planè ſalute reparata tanto ei vberius, gratias ageret: quanto ſibi eum minus perperciſſe ſenſiſſet. & poſt pauca. At enim quibuſdam iſta non proſunt? Nunquid ideò negligenda eſt medicina; quia nõnullorum eſt inſanabilis peſtilentia? Item poſt aliqua. Non omnis qui parcit, amicus eſt nec omnis qui verberat inimicus. Meliora ſunt vulnera amici, quam blanda oſcula inimici. Melius eſt cum ſeueritate diligere, quam cum lenitate decipere. Vtilius eſurienti panis tollitur, ſi de cibo ſecurus iuſtitiam negligebat; quam eſurienti panis frangitur, vt iniuſtitiæ ſeductus acquieſcat. Item poſt pauca. Putas neminem debere cogi ad iuſtitiam: cum legas patremfamilias dixiſſe ſeruis. Quoſcunque inueneritis cogite intrare; cum legas etiã ipſum primo Saulum poſtea Paulum ad cognoſcendam & tenendam veritatem magna violentia Chriſti cogentis eſſe cõpulſum. Item poſt pauca. Et noueris aliquando furem auertendis pecoribus pabulum ſpargere, & aliquando paſtorem flagello ad gregem pecora errantia reuocare. Item infra. Si ſemper eſſet culpabile perſecutionem facere; non ſcriptum eſſet in ſanctis libris Detrahentem proxino ſuo occultè, hunc perſequebar. Aliquando ergo & qui eam patitur; iniuſtus eſt; & qui eam facit iuſtus eſt. Sed planè ſemper & mali perſecuti ſunt bonos & boni perſecuti ſunt malos, illinocẽdo per iniuſtitiã,

isticonsulendo per disciplinam illi immaniter, isti temperanter: illi seruiẽtes cupiditati, isti charitati. Nam qui trucidat; non considerat quemadmodũ laniet: qui autem curat, considerat quemadmodum secet. Ille enim persequitur sanitatem iste putredinem. Occiderunt impij prophetas; occiderunt impios & prophetæ. Flagellauerunt Iudæi Christũ, Iudæos flagellauit & Christus: traditi sunt Apostoli ab hominib. potestati humanæ; tradiderunt, & Apostoli homines potestati Satanę. In his omnibus quid attenditur; nisi quis eorum pro veritate, quis pro iniquitate, quos nocendi causa, quis emendandi. Ca. 38. Si voluntas mala semper suæ permittenda est libertati; quare mouetur pater in scripturis sanctis filium durum non solum verbis corripere, sed etiam latera eius tundere, vt ad bonam disciplinam coactus, ac domitus dirigatur? Vnde idem dicit. Tu percutis eum virga: animam autem, eius liberas à morte. Si mala volũtas semper suæ permittenda est, libertati; quare corripiuntur negligentes pastores, & dicitur eis. Errantẽ ouem nõ reuocastis; perditam non inquisistis. Ca. 53. Debet homo diligere proximum tanquam seipsum: vt quem potuerit hominẽ vel beneficentiæ cõsolatione, vel informatione doctrinæ vel disciplinæ correctione adducat ad colendum Deum. Decreti 2. parte. Causa 23. Quæst. 5. C. 1. Sed quis non intelligat magis beneficium quàm supplicium nuncupandum; vbi nec sæuiendis relaxatur audacia, nec pœnitendi medicina subtrahitur. Imple Christiane Iudex pij patris officiũ: sic succense iniquitati, vt consulere humanitati

memi-

memineris: nec in peccatorum atrocitatib. exerceas vlciſcendi libidinem ſed peccatorum vulneribus curandis adhibeas voluntatem. Noli perdere paternam diligentiam, quam in ipſa inquiſitione ſeruaſti: quando tantorum ſcelerum confeſſionem non extendente equuleo, non ſulcantibus vngulis, non verentibus flammis ſed virgarum verberibus eruiſti: qui modus coercitionis & à magiſtris artium liberalium & ab ipſis parentibus & ſæpè etiã in iudicijs ſolet ab Epiſcopis adhiberi. Noli ergo atrocius vindicare, quod lenius inueniſti, inquirendi quam puniendi neceſſitas maior eſt: Ad hoc enim & mitiſſimi homines facinus occultũ diligenter atq; inſtanter examinãt, vt inueniant quibus parcant. C. 3. Ex occaſione terribilium iudicum ac legum, ne æterni iudicij pœnas luant, corrigi eos cupimus, non necari: nec diſciplinam circa eos negligi volumus, nec ſupplicijs, quibus indigni ſunt, coerceri. Sic igitur eorũ peccata compeſce, vt ſint quos pœniteat peccaſſe. C. 4. Omnis inquit, anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, &c. Hæc verba Apoſtoli vtilitatem veſtræ ſeueritatis oſtendunt. Proinde ſicut dilectionem iuſſi ſunt terrentibus debere, qui timent; ita dilectionem iuſſi ſunt timentibus debere, qui terrent. Nihil nocendi cupiditate fiat ſed omnia conſulendi charitate: & nihil fiat immaniter, nihil inhumaniter. Ita formidetur vltio cognitoris, vt nec interceſſoris religio contemnatur: quia & plectendo & agnoſcendo hoc ſolum benè agitur vt vita hominum corrigatur. Quod ſi tanta eſt peruerſitas, & impietas, vt ei corrigendæ nec diſciplina proſit, nec venia; à bonis ta-

men intentatione, atque conscientia, quam Deus cernit, siue seueritate, siue lenitate non nisi officiũ dilectionis impleatur. C. 18. Non frustra sunt instituta potestas, regis, & cognitoris ius, vngulæ carnificis, arma militis, disciplina dominantis seueritas etiam boni Patris, habeant omnia ista modos suos causas rationes, vtilitates, hæc cum timentur; & mali coercentur, & quietius inter malos viuunt boni. C. 20. Principes sæculi nonnũquam intra Ecclesiam potestatis adeptæ culmina tenent; vt per eandem disciplinam Ecclesiasticã muniant, Ceterum intra Ecclesiam potestates necessariæ non essent; nisi vt quod non prævalet sacerdos efficere per doctrinæ sermonem potestas hoc impleat per disciplinæ terrorẽ. Sæpè per regnum terrenum cæleste regnum proficit, vt qui intra Ecclesiam positi contra fidem & disciplinã Ecclesiæ agunt, rigore Principum conterantur, ipsamq; disciplinam, quã Ecclesiæ humilitas exercere non prævalet, ceruicib. superborum potestas principalis imponat: & vt venerationem mereatur, virtutem potestatis impertiat. Cognoscant principes sæculi Deo debere se rationem reddere propter Ecclesiam, quam à Christo tuendam suscipiunt. Nam siue augeatur pax & disciplina Ecclesiç per fideles Principes siue soluatur: ille ab eis rationem exiget, qui eorum potestati suam Ecclesia credidit. Can. 22. Incestuosi parricidæ homicidæ multi apud nos reperiuntur: sed aliqui ex illis sacerdotum nolunt admonitionibus aurem accommodare, volentes in pristinis perdurare criminibus quos oportet per secula-

cularis potentiæ disciplinam à tam praua consuetudine coerceri; qui per salutifera sacerdotum monita noluerunt reuocari. Can. 33. Ad fidem nullus est cogendus inuitus sed per seueritatem, imò & per misericordiam Dei tribulationũ flagellis solet perfidia castigari. Nunquid, quia mores optimi libertate voluntatis eliguntur: ideò mores pessimi non legis integritate puniuntur; Sed tamen malè viuẽdi vltrix disciplina præposterа est; nisi cura præcedens benè viuendi doctrinam prætendat. C. 35. Illi autem, qui vos tanto scelere tam leniter damnorum admonitionibus, vel locorum, vel honorum, vel pecuniæ priuatione deterrendos coercendosque decernunt, vt cogitantes, quare ista patiamini; sacrilegium vestrũ cognitum fugiatis, & ab æterna damnatione liberemini; & rectores diligentissimi & consultores pijssimi deputantur. C 36. Non putes tunc te amare seruum tuum, quando eum non cædis aut, tunc te amare filium tuum, quando ei non das disciplinam: aut tunc te amare vicinum tuum, quando eũ non corripis. Non est ista charitas, sed languor. Ferueat charitas ad corrigendum, ad emendandum. Si sunt boni mores; delectent; si sunt mali emendentur. C. 38. Qui vitijs nutriendis parcit & fauet, ne contristet peccantium voluntatem; tamen non est misericors, quam qui non vult cultrum rapere puero, ne audiat plorantem: & non timet, ne vulneratum doleat, vel extinctum. C. 39. Sunt quædam enormia flagitia, quæ potius per mundi iudices, quàm per antistites, & rectores Ecclesiarum vindicantur: sicut cum quis interfi-

cit Pontificem Apostolicum Episcopum, præsbyterum, siue diaconum. Huiusmodi reos reges, & principes mundi damnant. Ergo non sine causa gladium portant, qui talia scelera dijudicant. Sũt enim maximè constituti propter latrones, homicidas, raptores: vt & illos damnent, & alios suo timore compescant. C. 42. Qui verò malum vel factum iam punit, vel prohibet ne fiat; non persequitur iste, sed diligit. Ibidem: Multa etiam cum inuitis benigna quadam asperitate plectendis agẽda sunt, quorum potius vtilitati consulendum est, quàm voluntati. Nam in corripiendo filio, quantumuis asperè, nunquam paternus amor amittitur: fit tamen quod nollet, vt doleat, qui etiam inuitus videtur dolore sanandus. Ecce videtis, quemadmodum tanti testimonio patris non persequatur coercendo talia; sed diligat emendando tales semper Ecclesia. C. 47. Ne tamen eiusdem Ecclesiæ matris disciplina deseratur; eo tenore, quem diximus, pœnitentiam eis indicito congruentem; qua diuinæ simplicitatis oculos ad uersus se complacare valeant; si fortè quid duplicitatis pro humana fragilitate in eodem flagitio incurrerint.

Decreti 2. parte. Causa 23. Quæst. 6. C. 2. Quod errauerat (inquit Dominus) non reuocastis; & quod perierat, non requisistis. Hoc vobis per nos ipse Deus facit, siue obsecrando, siue minando, siue corripiendo, siue damnis, siue laboribus, siue per suas occultas admonitiones, vel visitationes, siue per potestatum temporalium leges. Quæst. 8. C. 12. Scriptum quippe est: Qui crimina cùm po

test

test emendare,non corrigit,ipse committit. C.13. Legi Syromasten Phinees,austeritatem Heliæ,zelum Simonis Chananæi, Petri seueritatem,Ananiam & Sapphiram trucidantis, Pauliq́ue constantiam, qui Elymam magum vijs Domini resistentem æterna cæcitate damnauit. Non est crudelitas crimina pro Deo punire: sed pietas. Can. 33. Quicunque percutit malos in eo quod mali sunt, & habet causam interfectionis; minister Dei est. Causa 24. Quæst.1.C.5. Manet ergo Petri priuilegium,vbicunque ex ipsius fertur æquitate iudicium:nec nimia est vel seueritas, vel remissio, vbi nihil erit ligatum,nihil solutum,nisi quod B. Petrus aut soluerit aut ligauerit. C. 21. Non afferamus stateras dolosas vbi appendamus quod volumus, & quomodo volumus pro arbitrio nostro dicentes; hoc graue hoc leue est:sed afferamus diuinam stateram de scripturis sanctis, tanquam de thesauris dominicis:& in illa,quid sit grauius,appendamus:imò non appendamus, sed à Domino appensa recognoscamus. Tempore illo, quo Dominus priora delicta recentibus pœnarum exemplis cauenda monstrauit, & idolum fabricatum, atque adoratum est,& propheticus liber ira regis contemptoris incensus,& schisma tentatum:& idololatria gladio punita est; exustio libri belli cæde & peregriua captiuitate, schisma hiatu terræ sepultũ,auctoribus viuis,& cęteris cœlesti igne consumptis. Quis iam dubitauerit hoc esse sceleratius commissum, quod est grauius vindicatũ. Can.38.Quisquis pro aliquo flagitio,vel facinore proiectum à vobis ita susciput,sicut susciputur,

qui

qui excepto errore, quo à nobis separamini, sine crimine apud vos vixerunt, displicet nobis. Sed nec facilè ista monstratis: & si monstretis nonnullos toleramus, quos corrigere, vel punire non possumus: neque propter paleam reliquimus arcam Domini: neque propter pisces malos rumpimus retia Domini: neque propter hœdos in fine segregandos deseruimus gregem Domini: neque propter vasa facta in contumeliam migramus de domo Domini. C. 39. Subdiaconus quondam Spanienſis Eccleſiæ, vocabulo Primus cum ab acceſſu indiſciplinato ſanctimonialium prohiberetur, atque ordinata & ſana præcepta contemneret, à clericatu remotus nſt. & infra. Ego, ſi Domino placet, iſtum modum ſeruo, vt quiſquis apud eos propter diſciplinam degradatus ad Catholicam tranſire voluerit; in humiliatione pœnitentiæ recipiatur, quo & ipſi eum forſitan cogerent, ſi apud eos manere voluiſſet.

Decreti 2. parte. Cauſa 24. Quæſt. 3. C. 5. Non in perpetuum damnamur, cùm iniuſtè iudicamur, dicente Pſalmo: Nec damnabit illum cùm iudicabitur illi. Multi ſacerdotum, culpam zelo Dei ſe perſequi profitentur. Sed dum indiſcretè hoc agitur, ſacrilegij facinus incurrunt: & dum præcipites quaſi ad emendandum ruunt, ipſi quoque multò magis deterius cadunt. Can. 12. Cùm ſancti viri maledictionis ſententiam proferunt; non in hanc ex voto vltionis, ſed ex iuſtitiæ examine prorumpunt: Intus enim ſubtile iudicium aſpiciunt, & mala foris exurgentia, quia maledicto debeat ferire, cognoſcunt; & eo in maledicto non peccant,

cant, in quo ab interno iudicio non discordant. C.17. Corripiantur itaque à præpositis suis subditi fratres correptionibus de charitate venientibus, pro culparum diuersitate diuersis vel minoribus, vel amplioribus: quia & ipsa, quæ damnatio nominatur, quam facit Episcopale iudicium (qua pœna in Ecclesia nulla maior est) potest, si Deus voluerit in correctionem saluberrimam cedere atque proficere. Neque enim scimus, quid contingat sequenti die: An ante finem vitæ huius de aliquo desperandũ est? Aut contradicente Deo potest ne respiciat, & det pœnitentiam, & accepto sacrificio spiritus contribulati, cordisque non contriti, à reatu quamuis iustæ damnationis absoluat, damnatumque ipse non damnet? Pastoralis tamen necessitas habet, ne per plures serpant dira contagia separare ab ouibus suis morbidam ouẽ, ab illo cui nihil est impossibile, ipsa forsitan separatione sanandam. Nescientes enim quis pertineat ad prædestinatorum numerum, quis non pertineat, sic affici debemus charitatis affectu, vt omnes velimus saluos fieri. C.18. Ecce autem crimina quorumlibet, si ipsis criminosis confiteri nolentibus, vndecunque claruerint, quæcunque non fuerint patientiæ leni medicamento sanata, veluti igne quodam piæ increpationis vrenda sunt & curanda. Quod si uec sic quidem æquanimiter sustinetis, ac piè increpantis medela processerit in eis, qui diu portati, & salubriter obiurgati corrigi noluerint: tanquam putres corporis partes debent ferro excommunicationis abscindi: ne sicut caro morbis mortua, si abscissa non fuerit,

fuerit, salutem reliquæ carnis putredinis suæ contagione corrumpit; ita isti, qui emendari despiciunt, & in suo morbo persistunt, si moribus deprauatis in sanctorum societate permanserint, eos exemplo suæ perditionis inficiant. Ca. 37. Vnde apparet liquidò, aliud esse excõmunicationẽ, aliud eradicationem. Qui enim excommunicatur (vt Apostolus ait) ad hoc excommunicatur. Vt spiritus eius saluus fiat in die Domini. Disciplina enim est excommunicatio, & non eradicatio.

Decreti 2. part. Causa 25. Quæst. 1. C. 4. Nulli fas sit sine status sui periculo vel diuinas constitutiones, vel Apostolicæ sedis decreta temerare: quia nos qui potentissimi sacerdotis administramus officia, talium transgressionum culpa respiciet, si in causis desides fuerimus inuenti; quia meminimus, quod timere debemus, qualiter commineatur Deus negligentiæ sacerdotum. Siquidem reatu maiori delinquit, qui potiori honore perfruitur: & grauiora facit vitia peccatorum sublimitas peccantium. Quæst 2. C. 3. Britannorum verò omnes Episcopos tuæ fraternitati committimus, vt indocti doceantur, infirmi persuasione roborentur peruersi auctoritate corrigantur. Can. 10. Absit à me, vt statuta maiorum consacerdotibus meis in qualibet Ecclesia infringam: quia mihi iniuriam facio, si fratrum meorum iura perturbo. C. 18. Si quis dogmata, mandata, interdicta, sanctiones vel decreta pro Catholicæ fidei disciplina, pro correctione fidelium, pro emendatione sceleratorum, vel interdictione imminentium, vel futurorum malorum, à sedis Apostolicæ præsule salubriter promulgata contempserit, anathema

thema sit. Causa 20. Quæstione 5. C. 10. Contra idolorum cultores vel aruspices atque sortilegos, fraternitatem vestram vehementius pastorali hortamur inuigilare custodia, atque publicè in populo contra huius rei viros sermonem facere, eosque à tanti labe sacrilegij, & diuini intentione iudicij, & præsentis vitæ periculo adhortatione suasoria reuocare. Quos tamen si emendare se à talibus, atque corrigere nolle repereris, feruenti comprehendere zelo te volumus: & si quidem serui sunt verberibus, cruciatibus, quibus ad emendationem pernenire valeant, castigare: si verò sunt liberi, inclusione digna districtaque sunt in pœnitentiam redigendi, vt qui salubria, & à mortis periculo reuocantia audire verba contemnunt, cruciatus saltem eos corporis ad desideratam mentis valeat reducere sanitatem. Quæstione 7. C. 2. Tempora pœnitudinis habita moderatione constituenda sunt tuo iudicio, prout conuersorum animos perspexeris esse deuotos. Can. 4. Pro qualitate peccati, pœnitentiæ tempus attribuendum est propter misericordiam & bonitatem Dei. Ca. 5. Pœnitentibus secnndum differentiam peccatorum Episcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur. C. 7. Pro qualitate delicti tempus pœnitentiæ impẽdatur. C. 8. Hoc sit in iudicio positum eorũ qui præsunt, vel quanto tẽpore, vel quali modo pœnitere debeant qui delinquũt: quia ætas & eruditio multã haberi facit differentiam pœnæ. C. 12. Alligant autem onera grauia & importabilia, &c. Tales sunt nunc etiam sacerdotes: qui omnem iustitiam populo mandant:

dant:& ipsi nec modicè seruant: videlicet non vt facientes sint iusti:sed vt dicentes appareant iusti. Tales sunt, & qui graue pondus venientibus ad pœnitentiam imponunt: qui dicunt, & non faciunt:& sic,dum pœna præsentis pœnitentiæ fugitur;contemnitur pœna peccati futura. Sicut enim si fascem super humeros adolescentis, quem non potest baiulare posueris;necesse habet, vt aut fascem reijciat,aut sub pondere confringatur: sic & homini, cui graue pondus pœnitentiæ imponis, necesse est,vt aut pœnitentiam tuam reijciat; aut suscipiens,dum sufferre non potest,scandalizatus amplius peccet. Deinde etsi erramus modicam pœnitentiam imponentes,nonne melius est propter misericordiam rationem reddere quam propter crudelitatem?vbi enim paterfamilias largus est;dispensator non debet esse tenax. Si Deus benignus est,vt quid sacerdos eius austerus. Vis apparere sanctus,circa vitam tuam esto austerus,circa alienam benignus.

Decreti 2.parte.Causa 27.Quæst.1. C.28. Si quæ monacharum,vel per anteriorem licentiam, vel per iniquitatis prauam consuetudinem ad lapsum adulterij deducta fuerit, aut in stupri fuerit perducta voraginem, hanc post competentis seueritatem vindictæ in aliud districtius monasterium virginum pœnitentia volumus redigi,vt illic orationibus atque ieiunijs vacet, & sic pœnitendo proficiat, & metuendum cæteris arctioris disciplinæ præbeat exemplum.Is autem qui cum huiusmodi fœminis in aliqua fuerit iniquitate repertus, communione priuetur, sicut laicus est. si ve-

si verò clericus: à suo quoque remotus officio proprio suis continuò lugendis excessibus in monasterium detrudatur.

Decreti 2. parte. Causa 32. Quæst. 1. C. 9. Cùm renuntiatur improbitati statim adsciscitur virtus. Egressus enim malitiæ, virtutis operatur ingressum: eodemque studio, quo crimen excluditur innocentia copulatur. Quæstione 2. Ca. 11. Nemo enim desperandus est, dum in hoc corpore constituitur; quia nonnunquam quod diffidentia ætatis differtur, consilio maturiore perficitur.

Decreti 2. parte. Causa 33. Quæst. 1. Ca. 4. Per exorcismos ac cætera Ecclesiasticæ medicinæ munia ministri Ecclesiæ, tales, quantum Dominus annuerit, qui Abimelech, ac domum eius Abrahæ orationibus sanauit, sanare procurent. Quæst. 2. C. 6. Sancta Dei Ecclesia mundanis nunquam constringitur legibus: gladium non habet, nisi spiritualem: non occidit, sed viuificat. Ca. 8. Relinque quapropter, te rogamus, hoc malum sæculum: quod te traxit ad tam immanissimum peccati facinus: ingredere monasterium, humiliare sub manu Abbatis & multorum fratrum precibus adiutus, obserua cuncta simplici animo, quæ tibi fuerint imperata, si fortè ignoscat infinita Dei bonitas peccatis tuis, & refrigeret animam tuam, priusquam crucieris perpetuis flammis. Hoc leuius, & melius tibi esse certissimè scias. Sin autem publicam pœnitentiam, permanens in domo tua vel in hoc mũdo, vis agere (quod peius tibi & durius, & grauius esse non dubites) ita, vt agere debes, exhortamur omnibus diebus quibus pœnite-

re debes,vinum & siceram non bibas,carnem nul lo vnquam tempore comedas prę terquam in Pascha,& in die Natalis Domini,in pane & aqua,& sale pęnitentiam age,in ieiunijs & vigilijs,& orationibus & eleemosynis omni tępore perseuera: armis nunquã cingere,nec in quolibet loco litiga re præsumas. Vxorẽ nunquã ducere,concubinam nõ habere,nec adulterium committere audeas:in balneo nunquam laueris, in conuiuijs lætantium nunquã te m sceas, in Ecclesia segregatus ab alijs Christianis post ostium & postes humiliter te repone,ingredientium & egrediẽtium supplicite orationibus cõmenda te,comunione corporis & sanguinis Domini cunctis diebus vitæ tuæ indignum te existimes:in vltimo tamen exitus vitæ tuæ die si merueris;pro viatico,si sit qui tribuat tantũmodo venialiter vt accipias tibi concedimus. Sũt & alia multa,quę tibi minus durius,& satis acriter erant iuxta magnum pondus peccati infelix adijciẽda. C.ii. Hoc ipsum quod canonũ censura post septem annos remeare pœnitentem in pristinum statũ præcipit &c. vt in tractatu ordinãdorum de lapsis nõ hoc electione proprij arbitrij,sancti Patres, sed potius ex sententia diuini iudicij sanxerunt. Nam legitur quod Maria soror Aaron prophetissa dum detractationis aduersus Moysen incurrisset delictũ,illico stigmate leprę perfusa est cumque peteret Moyses, vt emundaretur,præcepit eã Deus extra castra sex diebus egredi,& post emundationem rursus eam in castra admitti. Maria ergo soror Aaron, caro intelligitur sacerdotis, quæ dum superbiæ dedita sordidissimis cogi-

tatio-

tationum maculatur contagijs, extra castra septẽ diebus, hoc est, extra collegium sanctæ Ecclesiæ septem annis proijcitur, vt post emendationem vitiorum, loci, vel pristinæ dignitatis recipiat meritum. & post pauca. In fine autem epistolæ hoc adijciendum putaui, vt quotiescunque in gestis conciliorum discors sententia inuenitur: illius sententia magis teneatur, cuius antiquior, aut potior extat autoritas. Decreti 2. parte. Causa 33. q. 3. De pœnitentia. Dist. 1 C. 18. Pœnæ (sicut in ff. tit. de pœnis legitur) legum interpretatione molliendæ sunt potius quàm exasperandæ. C. 42. Nullus debitor grauioris pœnæ accipit veniam, nisi qualemcunq;, & si longè minorem, quam debeat, soluerit pœnam. Ita enim impertitur à Deo largitas misericordiæ vt non relinquatur etiam iustitia disciplinæ. Ca. 47. Serpens decepit me, & manducaui. Venialis culpa quam sequitur professio delictorum. Ideo non desperata mulier quæ non reticuit Deo, sed magis confessa peccatum est, quã medicinalis secuta sententia est. Bonum est condemnari in pecato, & flagellari in delicto, vt cũ hominibus flagellemur. Denique Cain quia voluit crimen negare, indignus iudicatus est, qui puniretur in peccato: sed remissus est sine præscriptione pœnæ, fortasse non tam reus maiore crimine parricidij (illud enim cõmisit in fratrem) quã sacrilegij: quod Deo credidit mentiendum, dicẽs. (Nescio: nunquid ego custos fratris mei sum)? Et ideo accusatori diabolo eius accusatio reseruata est, vt cũ eius Angelis flagelletur, q. cum hominib. noluit flagellari. & li. 1. de pęniten. ca. 1. Nã pastor ille Euangelicus lapsam ouem vexisse legitur, nõ

abieciſſe: & Salomon ait: (Noli eſſe nimium iuſtus) debet enim iuſtitiam temperare moderatio. Nam quemadmodum ſe tibi curandum præbeat, quem faſtidio habeas? qui contemptui ſe, non cõpaſſioni medico ſuo putet futurum. C. 51. Dominus par ius ſoluendi eſſe voluit & ligandi, qui vtrumque pari conditione permiſit. Ergo qui ſoluendi ius non habet, nec ligandi habet. & infra. Certum eſt, quod Eccleſiæ vtrumque licet, hæreſi vtrumque non licet. Ius enim hoc ſolis permiſſum eſt ſacerdotibus. Rectè igitur Eccleſia vendicat, quæ veros ſacerdotes habet: hæreſis vendicare non poteſt, quæ ſacerdotes Dei non habet. Ca. 54. Qui agit pœnitentiam, nõ ſolùm diluere lachrymis debet peccatum ſuum, ſed etiam emendationibus factis operire & tegere delicta ſuperiora, vt non imputetur ei peccatum. Ca. 56. Facilius autem inueni, qui innocentiam ſeruauerint, quam qui congruè egerint pœnitentiam, vbi acquirendæ dignitatis, vbi vini effuſio, vbi ipſius copulæ coniugalis vſus. Ca. 58. Vbi verò peccator intelligens vulnus ſuum tradidit medico ſe curandum; ibi non eſt virga neceſſaria, ſed ſpiritus lenitatis. C. 65. Si quis pœnitens habet cauſam, quam negligere fortè non debeat melius expetit Eccleſiaſticum, quam forenſe iudicium. C. 67. Si negligentia diſſoluamur, & illum pœnitebit ſponſionis ſuæ, promiſſáque mutabit. Cuius rei exemplum Niniuitas, & Hieruſalem habere poſſumus: quorum alij de imminẽtibus ſupplicijs liberati ſunt: alij quę patribus promiſſa fuerant, perdiderunt. C. 68. Neq; enim Deus hominibus, ſed vitijs iraſci

tur:

tur:quæ cùm in homine nõ fuerint, nequaquaquã punit quod mutatum est. Can. 69. Vide benignum Dominum misericordiam cum seueritate miscentem, & ipsius pœnæ modum iusta & clementi liberatione pensantem. Non in perpetuum tradidit pœnæ delinquentes, sed quanto inquit tempore seruierunt Baalim, tanto seruiant Chusarsaton, hoc est octo annis. Disce & hoc ô tu auditor, quisquis ille es qui tibi conscius es alicuius erroris: & quanto tempore deliquisti, tanto nihilominus tempore humilia teipsum Deo, & satisfacito ei in confessione pœnitentiæ: non expectes, vt humiliet te Chusarsaton, & inuito necessitas extorqueat pœnitentiam: sed ipse præueni tortoris istius duritiam, quia si te ipse emendaueris, si te ipse correxeris, pius est Deus & misericors, qui vindictã temperet ab eo, qui illam pœnitendo præuenit. Can. 70. Peccator currat ad medicum, quia non habent opus sani medico, sed malè habentes, vt curentur vulnera ipsorum, & fiant de Ecclesia, quæ est corpus Christi. Can. 72. Secunda post naufragium tabula est, culpam simpliciter confiteri. Imitati estis errantem, imitamini & correctum. Errauimus iuuenes, emendemur senes: iungamus gemitus, lachrymas copulemus. Can. 75. Quæ res Danielem non facit negligentem, sed magis prouocat ad rogandum, vt quod Deus per suam promisit clementiam, per horum impleat preces, ne negligentia superbiam, & superbia pariat offensam. Ibidem: Ne securitas negligentiam, & negligentia pareret offensam. Can. 76. Medicinam misericordiæ tollit peccata

magna.C.77.Medicamentum fortius quod maximè operatur in pœnitentia, hoc est.Sicut in præceptis medicinæ medicamentum multas quidem herbas accipit,vnam autem dominātissimam:sic & in pœnitentia, dominantior ista herba & potentior est,& vniuersum ipsa efficit. Audi enim quid dicit diuina scriptura: Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. C.78. Maiora enim crmina maioribus abluūtur fletibus.C.81 In hac ergo pœnitentia maiorem quisq; in se seueritatem debet exercere,vt à seipso iudicatus, non iudicetur à Deo.C.82.Proculdubiò Dominus delictum sine vltione nō deserit. Aut enim ipse hoc in se pœnitens punit:aut hoc Deus cum homine vindicans percutit.Nequaquā igitur peccato parcitur,quia nullatenus sine vindicta laxatur.Ibidē: Ab electis enim suis iniquitatum maculas studet temporali afflictione tergere,quas in perpetuum non vult in eis videre.Ca.84.Rectè constituuntur ab his,qui Ecclesiæ præsunt tempora pœnitentię, vt satisfiat etiāEcclesię,in qua remittūtur ipsa peccata.Extra eam quippè non remittuntur. Ergo cū tanta est plaga peccati,atq; impetus morbi,vt medicamenta corporis & sanguinis Domini differēda sint auctoritate antistitis debet ab altario remoueri ad agendam pœnitentiam, & eadem auctoritate reconciliari. C.85.Et cùm in se protulerit seueriſſimæ medicinæ sententiā, veniat ad antistites, per quos illi claues in Ecclesia ministrantur,& tanquā bonus incipiens iam esse filius, maternorum membrorum ordine custodito, à præpositis sacrorum accipiat satisfactionis suæ modum,

dum, vt in offerendo sacrificio contribulati cordis deuotus & supplex, id tamen agat, quod non solum ipsi prosit ad recipiendam salutem, sed etiam cæteris ad exemplum: vt si peccatum eius nō solum in graui eius malo sed etiam in tanto scandalo est aliorum, atque hoc expedire vtilitati Ecclesiæ videtur antistiti, in notitia multorum, vel etiam totius plebis agere pœnitentiam non recuset, non resistat, non lethali & mortiferæ plagæ p pudorem addat tumorē. & infra. Multi enim corriguntur, vt Petrus; multi tolerantur vt Iudas. C2. 86. Idcircò non satis apertè prefigunt canones pro vnoquoq; crimine, vt de singulis dicant qualiter vnumquodq; emendandum sit, sed magis in arbitrio sacerdotis intelligētis relinquendū statuunt, quia apud Deum non tam valet mensura temporis quam doloris, nec abstinentia tantum ciborū quam mortificatio vitiorum. Propter quod ipsa tempora pœnitentiæ pro fide & cōuersatione pœnitentium abbreuianda præcipiunt, & pro negligentia protelanda. Extant tamen pro quibusdam culpis pœnitentiæ modi impositi, iuxta quos cæteræ perpendendæ sunt culpæ, cùm sit facilè per eosdem modos vindictam & censuram canonum æstimare.

Decreti secunda parte. Causa trigesima tertia. quæstione tertia de pœnitentia. Distinct. 3. C. 7. Productior est enim pœna, quàm culpa, ne parua putaretur culpa, si cum illa finiretur & pœna. Ac per hoc vel ad demonstrationem debitæ miseriæ, vel ad emendationem labilis vitæ, vel ad exercitationem necessariæ patientiæ temporaliter

hominem detinet pœna, etiam quem iam ad damnationem sempiternam reum non detinet culpa. C. 12. Inanis est pœnitentia, quam sequens culpa coinquinat. Vulnus iteratum sanatur tardius: frequenter peccans, & lugens vix veniam meretur. Nihil prosunt lamenta, si repetantur peccata. C. 22. Quamuis cautè & salubriter prouisum est, vt locus illius humillimæ pœnitentiæ semel in Ecclesia concedatur, ne medicina vilis minus vtilis esset ægrotis, quæ tanto magis salubris est, quanto minus contemptibilis fuerit, quis tamen audeat dicere Deo, quare huic homini, qui post primam pœnitentiam rursus se laqueis iniquitatis obstringit, adhuc iterum parcis? C. 24. Tantumque profecit, vt dudum peccator & pœnitens transierit in magistrum, & dicat: Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. Confessio enim & pulchritudo coram eo, vt qui sua confessus fuerit peccata, & dixerit: Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ, fœditatem vulnerum in insanitatis decorem commutet. Ca. 25. Prius est ergo, vt ipsa iniquitas deleatur, excidatur radix ne malos fructus ferat: aboleatur erroris omnis affectus, vniuersa iniquitatum genera tollantur. Ca. 34. Non peccare solius Dei est, emendare sapientis. Sed rarò inuenias, qui se corrigat. Ibidem: Qui ergo mundari vult, ignem alienum remoueat, & illi se offerat, qui culpam exurit, non hominem. Can. 40. Cùm ille qui proximum odit, ab alijs vitijs se corrigit, vna eademque ciuitas ex parte compluitur, & ex parte arida manet: quia sunt, qui cùm quædam viti-

vitia resecant, in alijs grauiter perdurant. Ca. 44. Respondebimus Deum, vt omnium rerum, ita suppliciorum quoque mensuras statuisse & non præueniri sententia iudicis, nec illi in peccatorẽ exercendæ dehinc pœnæ auferri potestatem; & magnum peccatum magnis diuturnisq; lui cruciatibus: si quis autem punitus sit, vt ille in lege qui Israeliticis maledixerat, & qui in sabbato ligna collegerat; tales postea non puniri: quia culpa leuis præsenti supplicio compensata sit. Decreti 2. par. Causa 23. q. 3. De pœnitentia. Dist. 4. Ca. 20. Ego erudiui eos & confortaui brachia eorum, & in me cogitauerunt malitiã: reuersi sunt, vt essent absque iugo; facti sunt, quasi arcus dolosus; cadent in gladio principes eorum à furore linguæ suæ. Can. 22. Cùm ita puniantur; ne cogitent, quòd pro veterib. peccatis Patrum puniam eos: quia nunc, id est, in præsenti, pro malitijs suis quas inuenerunt circumdati sunt pœna. Distinct. 5. Ca. 6. Falsas pœnitentias dicimus, quæ non secundum auctoritatem sanctorũ Patrum pro qualitate criminum imponuntur. Distinct. 6. Can. 1. Cognito itaque crimine, varietates eius non dubitet inuestigare, & locum, & tempus, & cætera, quæ supra diximus in exponendo eorum qualitates. Quibus cognitis adsit beneuolus, paratus erigere tecum onus portare, habeat dulcedinem io affectione pietatem in alterius crimine, discretionem in varietate adiuuet confitentẽ orando, eleemosynas dando, & cætera bona pro eo faciendo: semper eum iuuet leniendo, consolando, spem promittendo, & cum opus fuerit, etiam

increpando, doleat loquendo, instruat operando: fit particeps laboris, qui particeps vult fieri gaudij: doceat perseuerantiam, caueat ne corruat, ne iustè perdat potestatem iudiciariam. Licet enim pœnitentia ei possit acquirere gratiam, non tamen mox restituit in potestatem primam. Etsi enim Petrus pòst lapsum restitutus fuerit, & sæpè lapsis sacerdotibus reddita sit dignitatis potestas; non est tamen necesse, vt hoc omnibus concedatur quasi est auctoritate. Can. 2. Sacerdos ante omnia caueat ne de his, qui ei confitentur peccata alicui reciter, nõ propinquis, non extraneis, neque quod absit, pro aliquo scandalo. Nam si hoc fecerit, deponatur, & omnibus diebus vitæ suæ ignominiosus peregrinando pergat.

Decreti secunda parte. Causa 35 Quæst 6. Ca. 2. Quod contra interdictum, & ordinem Ecclesiæ factum est tanquam inordinatum, ratum non haberi tam diuinæ, quàm humanæ legis proclamat auctoritas. Can. 7. Episcopus in synodo residens post congruam allocutionem septem ex plebe ipsius Parochiæ, vel eò amplius, prout, viderit expedire maturiores honestiores atque veraciores viros in medium debet euocare & allatis sanctorum pignoribus vnumquemque illorum tali sacramento constringat. Amodò in antea quicquid nosti, aut audisti, aut postmodum inquisiturus es, quod contra Dei voluntatem, & rectam Christianitatem in ista Parochia factum sit, aut futurum erit, si in diebus tuis euenerit tantum vt ad tuam cognitionem quocumque modo perueniat, si scis, aut tibi fuerit indicatum synodalem cau-

causam esse,& ad ministerium Episcopi pertinere quòd tum nec propter amorem, nec propter pretium,nec propter parentelam vllatenus celes Episcopum, aut eius missum cui hoc inquirere iusserit,quandocunque te ex hoc interrogauerit. Sic te Deus adiuuat, & iste sanctorum reliquiæ. Illud sacramentum,quòd iste iurauit de synodali causa, quòd tu illud ex te ita obseruabis inquantum sapis,aut audisti,aut ab hac die in antea inquisiturus es.

Sic te Deus adiuuet, Quæst.9.Can.1.Omnibus modis Ecclesiasticæ disciplinæ, vel moderationi conueniens est, vt quæ rationabiliter ordinata fuerint, vel decisa,nulla in posterum debeant refragatione turbari.Ca.2.Loci nostri considerationos admonet rationis auctoritate , quæ à prædecessoribus nostris vtiliter decisa fuerint,roborare: & quæ à temerarijs præsumpta fuerint, in promptu nihilominus vlcisci.Reum quippe ante conspectum diuini iudicis se nouerit esse,qui nitatur vtiliter finita rescindere, ac roborata quolibet ausu violare. Ecclesiastici quippè vigoris ordo confunditur, si aut temerè illicita præsumantur,aut non concessa impunè tententur.Proinde si negligenter ea, quæ malè vsurpantur, omittimus, excessus viam procul dubio alijs aperimus. Canon. tertio. Nos enim in nullo volumus seueritatem vltionis exercere,sed qui in causis Dei, vel contumacia, vel aliquo excessu deliquerit,aut ipse, quod perperaui fecit, abolere noluerit;in se,quicquid in alio non resecauerit, inueniet. Quod vt deinceps possit tenacius

custo-

custodiri si placet, sententias, causas, & subscriptiones proprias omnes commodate, vt synodali iudicio aditus claudatur illicitis.

CAPVT XIV.

Decreti 3. parte. De Consecratione. Distinct. 1. C. 44. Vasa, in quibus sacrosancta conficiuntur mysteria, calices sunt, & patenæ: de quibus Bonifacius martyr, & Episcopus interrogatus, si liceret in vasculis ligneis sacramenta conficere respondit: quondam sacerdotes aurei ligneis calicibus vtebantur: nunc è contrario lignei sacerdotes aureis vtuntur calicibus. Distinct. 3. Ca. 17. De pœnitentibus verò qui siue ex grauioribus commissis, siue ex leuioribus pœnitentia gerunt, si nulla interueniat ægritudo, quinta feria ante Pascha eis remittendũ Romanæ Ecclesiæ consuetudo demonstrat. Cæterùm de pondere æstimando delictorum, sacerdotis est iudicare, vt attendat ad confessionem pœnitentis & ad fletus, atq; lachrymas corrigentis, ac tunc iubere dimitti, cum viderit congruam satisfactionẽ. Sanè si quis in ægritudinem inciderit atq; vsque ad desperationem deuenerit, ei est ante tempus Paschæ relaxandum, ne de sæculo absque communione discedat. Dist. 4. Ca. 94. Huiusmodi transgressores Pontificiali auctoritate correcti ad cultum, Christiani dogmatis reuocentur: vt quos propria voluntas non emendat, animaduersio sacerdotalis coerceat.

Decreti 3. parte. De Consecratione. Distin. 4. Ca. 118. De clericis autem, & monachis, aut puellis

lis Dei, aut sæcularibus seruari præcipimus hunc tenorem, quem Nicæna synodus circa eos, qui lapsi sunt vel fuerint, seruandum esse constituit, vt scilicet qui nulla necessitate, nullius rei timore, aut periculo se, vt rebaptizentur hæreticis impiè dediderunt; si tamen eos ex corde pœniteat tribus annis inter audientes sint: septem autem annis subiaceant inter pœnitentes manibus sacerdotum; duobus autē annis etiam oblationes modis omnibus non finantur offerre, sed tantummodo sæcularibus in oratione socientur, nec confundatur Deo colla submittere, qui eum non timuit abnegare. Pueris autem quibus, quòd adhuc impuberes sunt à pubertate vocabulum est, seu clericis, seu laicis, aut etiam similibus puellis, quibus ignorantia suffragatur ętatis, aliquamdiu sub manus impositione detentis reddenda communio est: nec eorum est expectanda pœnitentia, quos excipit à coercitione censura. Decreti 3. parte. De consecratione. Distinct. 5. C. 20. Curat enim vulnera delinquentis, curatosq; sanctificat ieiunium.

REVE-

REVERENDISSI.
MO ATQVE ILLVSTRIS-
SIMO PRINCIPI AC DOMINO
Domino Iulio, Dei gratia Episcopo Herbipo.
lensi Franciæ Orientalis Duci, &c.
Domino suo clementis-
simo.

REuerendißime ac Illustriß Princeps patrone obseruandißime. Omnes qui de Republica libros hactenus scripserunt, multis eisque firmißimis rationibus probarunt Rempublic. siue Ciuilem, siue Ecclesiasticam diu consistere, imò ne constitui quidem vnquam rectè posse absq; Politia, id est, ordine rectaq; administratione & Disciplina, quandoquidem Politia est ordo ciuitatis & vita ait Aristoteles, lib. 3. Politicorum initio, in eadē etiam sententia fuisse Isocratem ex ipsomet luce clarius apparet, Omnis; inquit Politia est anima ciuitatis eandemq; vim habet in Repub. quam in corpore anima seu prudentia, ergo vt corpus viuum, si anima, qua viuebat sentiebat atque intelligebat semel destituatur, statim efficitur cadauer, quod nec sensum, nec motum habebit, multoq; minus intelligentiā: ita similiter Resp. Ecclesiastica si semel sua Politia ordine & disciplina careat, erit quasi mortua Resp. omni sensu, motu, intelligentia vacans. Sanè vti nauis licet bene instructa, tamen nunquam in portum perueniret, nisi officia in ea essent distincta, leges ac Disciplina

sciplina ordo constitutus, ac similia ordinatè dispositaita multò certè minus Respubl. Ecclesiastica diu incolumis sine ordine & disciplina conseruari potest. Vnde pulchrè quæ ad ordinem Disciplinæ pertinent, ab Æschine Nerui dicuntur, quia ab illis Ecclesiæ Respub. vt corpus à suis neruis sensum ac motum accipit, ac singula eius membra colligantur ac constringuntur. Hoc enim notatu dignissimum & si Respub. Ecclesiastica potestatem puniendi malos per Disciplinã non haberet, reliquæ Politiæ vel ordinis partes prorsus inutiles ac vanæ futuræ essent, hoc vidit acute Æschines, vt ex hac sentẽtia constat. Nullus ait fructus est eius Reipub. quæ non habet neruos contra iniustè agentes. Quæ ùm ita se habere, Illustriss. Celsitudo Vestra optimè intelligat exemplo antecessorum suorum Episcopi partes sic pulchrè administrare proposuit, vt censuræ Ecclesiasticæ freno atque Disciplinæ Canonicæ falce subditos suæ procurationi commissos in officio seuerè continendos omninò statuat. Hoc enim præcipuum veri Episcopi munus esse haud ignoscat. Quod verò hunc librum de Disciplina Ecclesiastica collapsa restituenda V. Celsit. consecrarim multa causæ iustæ me impulerũt Principio quidem quod post transmissam Hieronymianam Confessionem ante annos 12. binis literis hoc munusculum V. Celsitud. non ingratum fuisse certiorem fecerit atq; etiam exploranti, mihi animum S. Celsit. de Commentarijs Ecclesiastis dedicandis satis innuere visa sit eos quoque se obuijs vlnis benignissime excepturum. Interim verò

Gabriel Paloeottus parte 1. De administratione Ecclesiæ Bouonienſis.

verò dum operosius & laboriosius illud opus multò maioris ponderis ob imprimẽdi difficultates & sumtus prorogatur, hoc munusculo chartaceo oblato, salutandam, ornandam, & demissè eidem insinuandum putaui, illius vtilissimi maioris operis editionem tum ob defectu patroni, tum ob magnitudinem sumtuum delatam hactenus fuisse. Fama publica volat de Celsit. V. quod in Germania in fauore & affectũ erga sacra studia & bonas literas earundemq; cultores nonnullis principibus palmam præripiat, albisq; equis præcurat. Documento est erecta, excitata & dotata Herbipoli vniuersitas, ad quam exornandam Doctores & Professores vndequaq; doctissimos & celeberrimos euocauit, quos & largissimis stipendijs alit & sũmo fauore prosequitur, quã etiam singularibus nouis Priuilegijs à sede Apostolica & Cæsarea Maiestate impetratis communiuit & corroborauit. Instituit quoque primò ad Vniuersitatem replendam insigne Collegium, quod seminarium vocãt, in quo sic pulchrè ædificato multos alumnos propriis sumtibus liberaliter in studijs alit, insignem fundationem pro 120. doctis viris erexit. De Hospitali Iuliano magnificentissimo extructo, cui nec in Germania, nec in Italia, simile facilè reperietur quid dicam? nisi quod largis eleemosynis pauperibus prospiciendo æternas sibi mãsiones & sedes in cœlo præparat. Quid attinet commemorare frequentem Liturgiæ celebrationem, septimanæ sanctæ pia, deuota & dura exercitia, pauperum refectionem, eorundemq; pedum lo-

tionem

tionem sunt enim in ore omni populo. Disciplinam Ecclesiasticam institutis visitationibus in propria persona exercet, concionibus quoq; ad populum more veterum Episcoporum incumbit, hæreticos pertinaces in quibus milla spes conuersionis & emendationis apparet ex finibus Franconiæ eijcit, feros subditorum animos dulcedine pietatis emollit, & dum sacræ culturæ aures adhibent, mitescunt. Bona Ecclesiastica sic iustissimè diuidit atq; distribuit ad commodum totius Ecclesiæ Herbipolensis vt nec pastorib. desint necessaria alimenta, nec alumnis pia congruaq; subsidia. Præter alias laudes hoc me vehementer accẽdit in amorem Celsit. V. quod ex piæ memoriæ q. fratre meo Doctore. V. I. & Professore Ordinario Coloniensisq; Reip. Syndico Petro Schultingio Steinvvichio intellexerim V. C. Celsit. cùm Coloniæ adhuc antequam in Gallias contenderet studio Iuris operã nauaret, ipsius diligentẽ & Assiduũ Auditorem fuisse, multaq; ipse eidem præclara testimonia et elogia præbebat. Quare obtestor Celsit. V. vt hilari vultu hoc exiguum munusculum post Hieronymianam Confessionem accipiat, & maiora ac longè vtiliora monimenta adiectis mihi calcaribus sibi promittat quã Deus diutissimè ad tranquillam suæ Ecclesiæ gubernationẽ salnam & incolumem tueri & conseruare dignetur. Datum Coloniæ ex Collegio S. Andreæ, Anno Domini 1598. ipsis Kalend. Maij.

Vestræ Reuerendiss. Celsitud.

cliens humillimus semper.

Cornelius Schultinge Steinvvych sacræ Theologiæ Licent: & Canonicus D. Andreæ Coloniæ.

DE DISCIPLINAE ECCLESIASTICAE, OECONOMIA LIBER TERTIVS.

CAP. I.

Quod quatuor Monarchiæ per Disciplinæ obseruationem efflоruerunt & per eiusdem neglectionem penitus interierint.

Thomæ Bozij lib. 8. contra impios Politicos dū docent omnem fœlicitatem hu manam pendere à disciplina virtutis & religionis huc propriè spectant.

PRima Monarchia Chaldæorum & Assyriorum nonne, ob dissolutionem malè moratæ vitæ & Disciplinæ per Balthasarem vltimum regem interij dū abiecta omni honestate morū continuis vacabat conuiuijs, & viuum ex vasis domini bibebat blasphemus erat in Deum Israel & templi vsibus destinata vasa in regijs cōmessationibus prophanabat; atque ita Meddi & Persæ regnum eius inuaserunt & vrbe Babylonica vnà & regnis Chaldæorum & Assyriorum potiti sunt, quamdiu autem Disciplina morum in isto primo regno floruit, tamdiu diutissimè incolume. stetit adeò vt à Paulo Orosio cum Romani imperij potentia comparetur. Altera Monarchia Persarum in Asia sub vltimo Dario ob eius vitia & ingratitudinē ac perfidiam finem habuit. etenim ab eo tempore quo Asia in disciplina deficere cœpit paulatim magis magisq; nō in ijs modo, quę ad imperij potentiam spectant, sed etiam quod ad modestiam morum,

morum, virtutes, gubernationem Reip. & omnes bonas dotes attinet. Tametsi autem hæc per Romanos nonnihil correcta sint & restituta, tandẽ tamen ipsi barbari irruerunt in Asiam ac eam depopulati sunt, adeò quod hæc pars orbis, quæ amœnitate situs, sapientia & probitate hominũ ac potẽtia imperiorum præstantissima erat, nunc tota fere in turpitudinis sentinam & latrocinij speluncam versa sit. Darius quoq; ab Alexandro Magno fuit deuictus, nec immeritò Asiaticus luxus, in Prouerbium abijt, de quo tam multa apud probatos auctores passim leguntur. Syracides capite 10. nostram sententiam confirmans ait propter iniustitiam & disciplinam malam (nam correctiua iustitia apud Aristotelem Ethicorum. li. 5. est ipsamet Disciplina) & impietatem regna & imperia transferuntur. & perpetua quasi regula est in ipsis Monarchijs exorta tyrannide in qua nulla reperitur planè disciplina, summa potentia vel ad alios Duces vel ad alias gentes translata est. Monarchia quoque Assyriorum ad Medos ob vitam indisciplinatam Sardanapali auctore Iustino. lib. 1. translata est. Romanum Imperium in Augustulo, Anno Domini 473. Vrbis 1221. decrescentibus virtutibus defecit, & deinceps barbaræ & peregrinæ nationes ac Domini Italiam occuparunt, per annos 325. vsq; ad Carolum Magnum testibus Nicephoro l. 15. Palmerio in Chronicis Blondo lib. 2. Decade 1. Diacono lib. 16. Carolus Sigonius. libro 14. de Occidentis Imperio. Augusta Imperij dignitas, dum ruit ad interitũ, antequam efferretur, per dolum atque insidias

ad barbari ditionem poteſtatemque peruenit, credo vt ex ſummiſſiore loco præcipitata minore cũ doloris & acerbitatis ſenſu periret, & idem paulò ante in eodem libro. Ex quo apparet quò veteres nerui animique Romanorum euaſiſſent Imperatorum, cum ſalutem vtriuſq; Imperij precibus ac pecunia redemptam, non armis ac fortitudine defenſam haberent. Hactenus illi. Nec ſine alia cauſa Roma toties à barbaris capta fuit, & dilacerata, quam iuſto Dei iudicio ob neglectam diſciplinam morumq; ac vitæ emendationem, ideoque etiam Deus iuſtus peccatorum & cupiditatum vindex Romani Imperij dilacerationem permiſit, dum in illud barbaræ nationes ſeptentrionales ſeſe infuderunt, de qua re elegan ter libri Blondi de Inclinatione Imperij & Pius 2. in Blondi Epitoma. Conſimili modo à regibus ad conſules ob violatam pudicitiam Lucretiæ, imperium translatum fuit. Cur Iudæi prius in Aegyptiacam ſeruitutẽ poſtea in Babylonicam Captiuitatem niſi ob collapſam Diſciplinam abducti fuerunt? Quamobrem Ariſtocratia Iudicum in Monarchiam Regum. lib. 1. Regum cap. 8. niſi ob peccata filiorum Samuelis mutata fuit? Quare regni Iudaici diuiſio 3. Reg. 12. euenit, ſi non ob luxuriam & libidinem Salomonis, quæ prophetice fuit prædicta. Præclare Paulus Oroſius in Orcheſtra Mundi ſeu hiſtoriarum ſuarum libr. 2. cap. 3. vbi Babylonium & Romanum Imperium inter ſe quoad initium & exitum comparat hæc inquit, ideo commemoranda credidi, vt tanto arcano ineffabilium iudiciorũ Dei ex parte pa-

te patefacto', intelligant hi qui insipienter vtique de temporibus Christianis murmurant, vnũ Deum disposuisse tempora, & in principio Babylonijs & in fine Romanis, illius clementiæ esse quod viuimus, quod autem miserè viuimus intemperantiæ nostræ. Ecce similis Babyloniæ ortus & Romæ similis potentia, similis magnitudo, similia tempora, similia bona, similia mala, tamen non similis exitus similisve defectus. Illa enim regnum amisit, hæc retinet: illa regis interfectione orbata, hæc incolumi imperatore secura est. Et hoc quare? Quoniam ibi in rege libidinum turpitudo punita, hic Christianæ Religionis continentissima æquitas in rege seruata est, ibi absque Religionis reuerentia, auiditatem voluptatis licentia furoris impleuit, hic & Christiani fuere qui parcerent, & Christiani, quibus parcerent, & Christiani, propter quorum memoriam, & in quorum memoria parceretur. hæc eleganter Orosius. libro secundo, cap. tertio. Ecclesiasticus. ca. 10. interprete Cornelio Iansenio. dum ait Regnum à gente in gentem transfertur, propter iniustitias & iniurias & contumelias, & diuersos dolos; designat duas præcipuas causas auaritiam & superbiam. Deus, inquit, Daniel secundo capite, mutat tempora & ætates, transfert regna atque constituit, & apud eundem. cap. 4. dicitur Nabuchodonozor. Regnum tuum transibit à te, donec scias, quod dominetur; excelsus in regno hominum, & cuicunque voluerit det illud Regnum autem tibi manebit cum cognoueris potestatem esse cœlestem B. Hiero-

pymus scribens in ista verba cap. secundo, Danielis Deus mutat tempora & ætates & transfert regna atque constituit. Non ergo, inquit, miremur si quando cernimus & regibus reges & reguis regna succedere quæ Dei gubernantis & mutantur & finiuntur arbitrio, causalque singulorum nouit ille, qui est omnium conditor, & sæpè malos reges patitur suscitari, vt mali malos puniant: simulque sub ostendit & generali disputatione præparat auditorem somnium, quod vidit esse de mutatione & successione regnorum.

Vide etiam n. 1. 2. 3 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11 libr. 5. Politicorum de causis corruptionũ Reipublicæ.

Aristoteles libr. quinto Politicorum. cap. tertio, nnumerat tredecim causas seditionum & mutationum in Respubl. iniuriam, auaritiam honorem, excellentiam, metum, contemptum, excessum rerum, fortunam, discordiam, otium, paruas occasiones, dissimilitudines & loca ex quibus auaritia, otium, excessus rerum, excellentia bonam disciplinam corrumpunt ipsasque Respublicas funditus, euertunt. Nullam Rempubl. docet. libr. 5. cap. 5. Politicorum magis subiectã esse mutationibus, quam democritiam. at quamobrem quæso? quia populus malæ vitæ magister est, in populo nec ordo, nec ratio, rara virtus, ac disciplina inest. Inter causas euersionis Aristocratiæ, & Politiæ. lib. 5. cap. 7. optimarum legum antiquationem, nimiam rerum affluentiam, minimarum transgressionum neglectionem recenser, vnde satis manifeste colligitur canonum Ecclesiasticorum contemptum, luxuriam & gulam ac neglectionum exequutionis pœnarum. Disciplinam

plinam Ecclesiasticam ipsamque, Ecclesiam perimere. Præterea cap. 8. lib. 5. docet Philosophus contraria effecta contrarias causas habere, cum igitur dissolutio & conseruatio Reipubl. seu Ecclesiæ sint contraria effecta, habebunt necessariò contrarias causas, dissolutio disciplinæ Ecclesiasticæ est mors & interitus Ecclesiæ, sicuti conseruatio Disciplinæ est summa Ecclesiæ salus adhæc quæ habent contrarios fines sunt inter se contraria, sed causæ conseruantes & corrumpentes Ecclesiam habent contrarios fines ergo sunt causæ contrariæ. finis causæ conseruantis Ecclesiam est eius fœlicitas, finis causæ corrumpentis Ecclesiæ, id est, malè Disciplinæ est ipsius Ecclesiæ extrema miseria. In eodem capite docet Aristoteles etiam minima mala in ciuitatè castiganda esse ne serpant in grauiora mala. ita quoq; in Ecclesia ne minima quidem populi & plebis delicta manere debent impunita, ne inde maiora incommoda oriantur. Octauam conseruandæ Reipublic. & Ecclesiæ causam ibidem constituit Philosophus, vt grauis cēsor & vigilans inspector morum in ciuitate qualibet habeatur, qui obseruet lynceis oculis eos potissimum, qui in Repub. & Ecclesia parum accommodatè viuunt. nemo enim in Ecclesia inutile pondus esse debet, nemo insigniter flagitiosus, cogendi ad rationem vitæ, Boues sine stimulo, segnes sine flagello, mali ciues sine cēsoris virgula rarò suum munus & officium præstant si ergo non sit in Ecclesiæ administratione Disciplina, malcetur ex otio pernicioſa morum licentia.

cap. 9. lib. 5. quartum & vltimum Documentum conseruandæ Reipubl. sic & Ecclesiæ est vt ciues ab incunabulis ad Disciplinam Reipub. legumq; obseruationem informent sic enim instructi sine murmure & difficultate maiorum decretis obtemperabunt. Docet etiam Philosophus cap. 10. libr. 5. tyrannidem ideo breuissimo tempore durare, quod ibi iniustitia regnet nec vlla obseruetur disciplina, legum & morum, regnum quoq; ob legum violationem perimi. Plato etiam docuit vt habet, c. 12. eiusdem libri fortunarum profusionem vnde Disciplinæ labes exoritur Ecclesiam perimere, addit Aristoteles ibidem nimiam indulgentiam ac morum licentiam, atque hæc de capite 1. dicta sufficiant.

CAPVT II.

Historica narratio de Concilijs Reformationum ac Disciplinæ.

ANno Christi 254. Nouatianus satisfactiones pro pœnis peccatorum reiecit, hoc est ipsam verissimam Disciplinam & fundamentum Disciplinæ teste Cypriano. lib. 4. epistola 2. Anno Christi 714. pro diuersitate locorum fides & Disciplina deficit. Anno Christi 752. Defecit Disciplina in Oriente, cum Stephanus 2. eius nominis Pontifex Imperij Orientalis titulos ad Francorũ reges transfert. Primis seculis post Christum cum maximè vigeret Disciplina sub persequutionib. vt supra ex Cypriano, Tertulliano, & alijs PP. veteribus intelleximus præcipuè celebrata fuere Conci-

Concilia, vt incipiendo à Niceno de dogmatibus fidei inde vsque ad annum 700. licet etiam obiter & quasi per transennam, de reformatione morũ actum fuerit. Verùm sequentibus seculis inde ab anno 700. cum disciplina cœpit langueſcere & flaceſſere frequentiſſima de Reformatione Morum Concilia habita fuere: Anno Christi 820. Aquisgranense 1. & 2. pro Canonicorum regula habitum, Platina, Sigisbertus, liber Conciliorum, VValefridus, Strabo de exordijs & incrementis rerum Eccleſiaſticarum, c. 8. Aimonius lib. 5. c. 10. Anno Christi 823. Disciplina detrusionis in Monaſterium vsitata fuit, cuius toties Canones & decreta mentionem faciunt. Etenim Ebbo Remorũ Episcopus, & quidam alij tam Episcopi quã principes Ludouico Frãcorum regi abrogant imperium ob vxoris suæ Iudith libidines & tyrãnidem, quam in Monaſterium recondunt, & ipse quoque Ludouicus in Monaſterium D. Methardi abditur. Sigebertus Ctalij, Anno 828. oppreſſa fuit Eccleſia eiuſque disciplina, cùm electus Pontifex adire Pontificatum recuſaret priuſquam ab Imperatore confirmaretur. Anno Christi 847. Michael Imperator cùm adoleuiſſet matrem ſuam omni poteſtate priuatam in Monaſterium relegauit. Zonoras ſequenti anno 848. Theoda Sueuica à filio Michaelis in Monaſterium fuit detruſa, quod ſe prophetiſſam mentiretnr, & diem extremum certò definiret. Egnatius lib 2. Anno Christi 848. Anaſtaſius præsbyter Cardinalis S. Marcelli, & Bibliothecarius Romanæ Eccleſiæ in Romano Concilio ab officio & ſacerdotio deponitur, quod pa-

In Conc. Matiſconenſi, Canones ad diſciplinam Eccleſiaſticam ſpectãtes conditi. Baron. tom. 70. Annal. fol. 590.

rochiam suam annis 5. contra canones deseruisset Platina. Luitprandus. Anno Christi 868. Trebellius rex Monasterium fuit ingressus Platina, Sigebertus Rhegino libro 2. Anno Christi 886. Virium Romani Imperij, diminutio ac labefactatio quæ post Lodouicum Pium contigit, & vicissitudo illa genuit Disciplinæ quoque defectum. Helmoldus cap 7. Chronici Slauorum. Anno Christi 898. infœlix Ecclesiæ sæculum durauit ista captiuitas annis ferè 140. sub qua disciplina penè iacut & emarcuit, incipiebat tuno integritas & virtus Pontificum deficere propter Arnulphum & sequentes Germaniæ Imperatores sibi Ecclesiæ iura rapientes, & libera Ecclesiæ suffragia in eligendis Pontificibus tollentes. Anno Christi 895. Concilium Triburiense Episcoporum 26. Germanniæ pro tuenda Episcopali auctoritate contra quosdam laicos Rhegino lib. 2. Chronicorum. Gratianus 2. quæst. 5. Anno Christi nongentesimo trigesimo septimo, Concilium Erphordiense contra Imperatorem turbantem Disciplinam, qui monachos eiecerat ex claustris. Lambertus Schaffnaburgensis in historia Germaniæ. Obseruandum autem in prima conuersione gentium Disciplinam fuisse bonam, quæ postea corrumpi & labefactari solet. Anno Christi nongentesimo nonagesimo octauo. Ioanne decimoseptimo sedente licebat, cuique malis artibus in sedem Petri irrepere propter iura Ecclesiæ ab Imperatoribus rapta. Captiua erat Ecclesia, gemebat sub Germanibus Imperatoribus ab Arnulpho ad Henricum 4. atque etiam ijs temporibus iacuit Disci-

Germanus Episc. Parisiensis Anno Christi 559. æstuabat zelo Ecclesiast. Disc. tom. 7. Annal. Barō fol. 466.

In Africa ad restituendā collapsā Disc. Eccl. pluribus in locis à diuersis Concilijs & Episcopi cōuentus habiti, Anno 523. Baron. to. 7. Annal. fol. 203. & 218.

Disciplina. Circa tempora Christi, Anno 1002. Rhegino libros duos de Disciplina Ecclesiastica scripsit. Anno Christi millesimo nono, cùm Pontifices essent intrusi ab Imperatoribus, corruptissima erat in Ecclesia disciplina. Anno millesimo trigesimo Conc. Triburniense iussu Conradi Imperatoris, in quo agitur de Eccl. Discipl. Platina, Sigebertus, Damasus secundus, Bauarus Anno Christi millesimo quadragesimo octauo, per vim Pontificatum occupat nullo cleri populique consensu, adeò inualuerat hic mos, vt cuique ambitioso & Principi gratioso liceret sedem inuadere Petri, atque sic etiam deferbuit Disciplina: paulò post à Leone nono, disciplina corrupta restituitur, & corriguntur quatuordecim abusus græcorum, inter quos Nicolaitarum, qui nuptias sacerdotibus concedebant, & Simonianorum errores erant. Anno Christi millesimo quedragesimo nono, & millesimo quinquagesimo, quatuor Concilia pro Reformatione & disciplina Ecclesiasticorum celebrata fuerunt, primum Concilium Romanum Episcoporum Italiæ præside Romano Pontifice de statu Ecclesiarum. Hermann. Contractus iu Chronicis: alterum Papiense præside Romano Pontifice de componendo statu Ecclesiarum. Hermann. Contractus in Chronicis. tertium Rhemense præside Romano Pontifice cum Episcopis Galliarum de statu Ecclesiarum. Hermann. Contractus, Siegebertus. Vltimum Moguntinum Episcoporum quadraginta duo, præside Romano Pontifice & assidente Imperatore Henrico ac alijs Principibus, propter compo-

componendum ſtatum Eccleſiarum & reformationem clericorum, hoc ſimonia (quæ erat beneficia Eccleſiaſtica à laicis recipere) & ſacerdotum coniugia in perpetuum damnantur. Herm. Contractus & Lambertus Schaffnaburg. Crantzius li. 4. c. 43. Anno Chriſti 1005. ſub Victore 2. Concilium Florentinum præſide Romano Pontifice, & præſente Henrico Imperatore de Statu Eccleſiaſtico. In eo multi Epiſcopi propter Simoniam & forni cationem damnantur & Epiſcopatu priuantur. Her. Cont. Palmerius, Platina Anno Chriſti 1058. Poſt infœlix ſæculum annorum 140. reſtituuntur omnia illuſtriora, clariora, meliora in religione, doctrina, diſciplina, poſt denſas priores tenebras. Anno Chriſti 1059. Concilium Mediolanenſe contra Simoniacam & Nicolaitarum hæreſin præſidente Petro Damiano Anno Chriſti, 1073. Gregorius 7. Henricum 4. anathemate percutit, omni imperatoria adminiſtratione prius priuat nec abſoluit, donec depoſito regio ornatu, nudis pedibus, quamuis aſperrima eſſet hyems ad ſe veniret petens & pollicens obedientiam, integram & emendationē Captiuitatem Eccleſiæ, & ſeruitutem ac oppreſſionem Diſciplinæ in integrum reſtituit Martinus Polonus; hic ſemper in Eccleſiaſtico rigore conſtantiſſimus Otho Friſingenſis lib. 6. c. 31. Inter omnes Romanos Pontifices præcipui zeli & auctoritatis, idem ibidem ca. 36. conſentiunt Gotfridus Viterbienſis in Chronicis parte 17. Trithemius in Chronicis. Nauclerus generatione 37. Krantzius in Metropoli lib. 5. cap. 20. Sabellicus Emeade 9. lib. 3. Tyrius lib. 1. cap. 13. denique

Vigor Eccl. Diſc. in Gallijs in 2. Cōc. Turonenſi, to. 7. Annal. Baron. folio 533. 534.

nique Anſelmus, Bernardus Corbienſis, Marianus Scotus, Martinus Polonus, Blondus Abbas Vrſpergenſis, Anno Chriſti 1062. Concilium Mantuanũ contra libidinoſos clericos. Anno Chriſti 1071. In Concilio Moguntino præſide Moguntino Archiepiſcopo & Imperatore aſſidente, Carolus Conſtantienſis Epiſcopus, epiſcopatu deiectus eſt. Lãbertus Schaffnaburgenſis in hiſtoria Germaniæ. Anno Chriſti 1074. Concilium Romanum ad reformationem morum, Antoninus tit. 16. ca. 1. §. 21. In eo præſertim agitur de Simoniacorum excommunicatione, Abbas Vrſpergenſis & prohibitione vxorum facta præsbyteris iuxta canones antiquos ait Lambertus Schaffnaburgenſis in hiſtoria Germanorum. Anno Chriſti 1074. Concilium Erphordienſe præſide, Moguntino Archiepiſcopo, vbi de Cælibatu ſacerdotum actum. Anno Chriſti 1076. Concium Romanum Epiſcoporum 110, in quo notati ſunt anathemate Gilbertus Rauennas Archiepiſcopus, Hugo Cardinalis & (ſi Antonino credimus) Henricus Imperator omnes etiam ſimoniaci & maximè hi qui à laicis inueſtituram receperant Imperatoribus. Krantzius lib. 5. hiſto. Saxo. cap. 6. Platina Anno Chriſti 1079. aliud Concilium Romanum tertio conuocat Gregorius Papa, in quo excommunicat omnes Epiſcopos & clericos Henrico 4. adhærentes, in quem denuò anathema reuocat, & imperio iterum prinat. Ille metu amittendi imperij ſupplex veniam petijt à Gregorio, qui poſt prèces multorum, & præſtitũ ab Imperatore iuramentum, obedientiæ & pacis eum abſoluit. Platina. Fuit tunc quoad diſciplinam

Ad corrigendam negligẽtiam Epiſcoporum indicta 2. Synodus Matiſconenſis. Baronius tom. 7. fol. 634.

nam deploratissimus Ecclesiæ status & nostro similimus, vt videre licet apud Siegebertum: sacerdotes erant moribus deprauatissimis, magnæ simultates inter Imperatorem & Pōtificem, & ideo ipsi & res sacræ populo contemptibiles, decimæ igni cremabantur, multa scelera in Ecclesia patrabantur: hac occasione multi hæretici prophanis nouitatibus plebem ab Ecclesiastica disciplina auertebant. Anno Christi 1088. Concil. Beneuentanum, in quo præsidente Pontifice rursus Imperator & laici dantes sacerdotia, & clerici accipientes, simoniaci declarantur & excommunicantur. Chronicon Cassinense, li. 3. c. 71. Hoc tempore Deus dedit Cardinalis canonum disciplinæ volumen, iubente Victore 3. Pont. in ordinē redegit. Platina Anno Christi 1095. Conc. Placent. Episcoporum totius Italiæ, præside Pontifice ad sacerdotum malos mores corrigendos: Romani, in quo inuestituræ Episcoporum laicis adimuntur. Claremontense in in Aruernia, præside Pontifice Episcoporum & Abbatum 310. adeò vt vocetur generale. In eo agitur de Ecclesiæ reformatione, aliud adhuc Romanum præsente Anselmo Cantuariensi contra principum laicorum inuestituras. Edner in vita Anselmi, Anno Christi 1118. Henrici 4. Simoniaci multa malæ disciplinæ vitia describuntur. Anno Christi 1102. passim colligebantur Concilia, & quicunq; à laica manu Episcopatum, aut aliam iuris Ecclesiastici inuestituram accipiebant, excommunicantur Siegebertus: tumq; conuentio inter Paschalem & Henric. 5. qua priuilegium de inuestitura Episcoporū & Abbatum

Canones ad disc. Eccl spectantes in Conc. Bracarensi 2. to. 7. Ann. f. 542.

Impe-

Imperatori concedebatur, simoniaca plurimis Concilijs œcumenicis & prouincialibus declarata est. Vrspergensis. Circa idem tempus Iuo Carnotensis Episcopus Pannomiam.i. decreta Pontificum & Patrum, siue corpus Discipl. Eccl. exemplo Isidori & Burchardi in vnum volumen redegit, quo I.C. vsq; ad Gratiani tẽpora vsi sunt. Siegebertus & Trithemius de scriptoribus Eccl. Anno Christi 1116. Anselmus Cãtuarienſis Archiepiscopus Disciplinæ & Libertati Ecclesiasticæ patrocinans, & acerrimè resistens Henrico Anglorũ regi, qui tale ius iam sibi vsurpabat, recusabat eos consecrare, quos ipse rex elegisset veluti abortiuos religionis filios, & tandem obtinuit, vt audito iudicio Paschalis Pontificis Romani abstineret ab huiusmodi electione. Henricus autem rex iniquè de Anselmi seuera disciplina causabatur, quæ tamen & Lateranensis Concilij, & Apostolicorum Canonum, & Antiochenæ synhodi, & decretis diuersorum Romanorum Pontif. consentanea disciplina fuit, quæ simonia circa ista tempora vbiq; locorum inuasit Ecclesiã ac inualuit. D. Bernar. Anno Christi 1119. Templarijs disciplinam & vitæ normam præscripsit. Tyrius li. 12. ca. 7. AEmilius libro quinto. Anno Christi 1125. Calixtus 2. excommunicationis fulmine in Remensi Concilio Henricum 5. adegit, vt omne ius instituendi Episcopos Ecclesię restitueret. Platina. sub eo tandem pax inter Ecclesiam & imperium facta annos plus minus 50. ex quo inter Gregorium septimum, & Henricum 4. discordia ingens ob sacerdotiorũ collationẽ emerserat, in ea Episcoporum

Polydorus li. 11. Angl.

porum & Abbatum electiones, quas Imperatores & reges vsurpauerant, clero & monachis restitutæ sunt. Abbas Vrspergensis in vita Henrici 5. Tyrius de bello sacro lib. 1. cap. 13. Otho Frisingensis lib. 7. cap. 16. Pandulphus Pisanus in vita huius Calixti. Sub Honorio 2. Anno Christi 1125. Ludouicus Crassus in ordinem Ecclesiasticum sœuiens bona eius sibi vsurpans, se inconsulto Episcopos & Abbates eligi nolens à Stephano Episcopo Parisiensi excommunicatus est, vnde etiamsi absolutionem ab Honorio obtinuisset quam D. Bernardus improbauit binis ad ipsum Honorium literis grauibus admodum & acerbis, non diu superuixit, & Philippum filium regio ornatum diademate Parisijs equo deturbatum subita morte amisit. Anno Christi 1119. In Remensi Concilio proscripti sunt ab Ecclesia Simoniaci & pro sepultura, chrismate & baptismo preciũ exigentes. Anno 1120. Neapolitanum Concilium in Samaria Reformatorium ad corrigendos mores in omnibus penè valde deprauatos præside Guaremundo Hierosolymitano patriarcha, & præsente Balduino Hierosolomitano rege, cum multis Orientalibus Episcopis. Guilielmus Tyrius lib 12. de bello sacro, c. 13. Anno 1123. Tholosanum concilium præside Calixto contra quosdam hæreticos monachos in bona Ecclesiæ & sacramentum Eucharistiæ blasphemos. Fasciculus Temporum. Anno 1130. Londinense Concilium præside Legato Romani Pontificis ad deprauatos mores sacerdotum corrigendos. Polydorus lib. 11. historiæ Anglicanæ. Anno 1137. in Antiocheno Concilio, Radulphus patriarcha Antio-

Antiochenns depositus est,& in monasterium reclusus.Tyrius lib.15.c.17.Anno Christi 1144.Ludouuicus rex,quod expugnato vitriaco in Ecclesiam 1300.diuersi sexus &ętatis homines cremati essẽt. terram sanctam pœnnitentiæ causa adijt, vbi integrum annum substitit. Siegebertus continuator.Anno Christi 1145.Lucijs. Pontificis consensu factum concilium in Gallia contra Abellardum, qui rationibus victus, non modò sententiam mutauit,sed & monasticam vitam professus est.Summa Conciliornm. Anno Christi 1159. Adrianus Pontifex Anglus Guilielmũ Siciliæ regum ob rapta Ecclesię bona excommunicat, subditos omni sacramento liberat. Platina. Anno Christi 1178. Ad pedes Alexandri 3.Pontificis procubuit Fredericus Imperrtor petens absolutionem excommunicationis. Anno 1171. Concilium Hybernæ celebre plurimorum Episcoporum coactũ ab Henrico Angliæ rege ad corrigenda vitia in Hybernia (uam singuli pro opibus plurimas habebant vxores) Poldorus li.13.Anglicanæ historiæ.Anno 1180 Vndecimum generale & secundum Concilium Lateranense, præside Alexandro Romano Pontifice Episcoporum 280. cum Orientalium, tum Occidentalium continens 50.capita de reformãdis moribus, tam laicorum quam Ecclesiasticorum.Antoninus lib.17. cap.1. Anno Christi 1180. Henrico 2. Regi Angliæ ob cædem Thomæ Cantuarienſis , pœnitentia ab Alexandro Pontifice fuit iniuncta.Polydorus lib.16.historiæ Angsicanæ.Anno Christi 1185. Concilium Veronense præside Lucio.Papa contra Romanorum superbiam.

Platina. Anno Christi 1198. Celestinus 3. pontifex toti Franciæ sacris iuterdixit ob diuortium Philippi regis, qui Ingebergam seu Gelbergam vxorem repudiauerat. Guilielmus Nangiacus, Anno Christi 1200. de disciplina pœnitentiæ scripsit Bandinus libr. 4. sententiarum, cap. 13. & seqq. & Hugo libr. de conscientijs. Theodorus Ballamon in cauones Apostolorum & synhodorum. Anno 1215. In duodecimo concilio Lateranensi omnium numerosissimo & latissimo actum est de multis capitibus ad mores & statum Ecclesiasticum pertinentibus, tomo 3. Conciliorum. Anno Christi 1199. Concilium Diuionense plurimorum Episcvporum Galliæ, præside legato Apostolico, qui secundò ex sententia concilij Philippo regi & toti regno sacris interdixit, propter regis diuortium & secundum matrimonium cum Agnete Ducis Morauiæ filia. Gaguinus lib. 6. Amilius lib. 6. Anno Christi 1216. Ioannes Rex Angliæ vir impius post sacras ædes à se spoliatas, & sacerdotes regno pulsos, & redditibus Ecclesiæ per sex annos retentis in pœna religionis contemptæ excommunicatus ab Honorio tertio Romano Pontifice non antea absoluitur, quam capiti diadema ademptum Pandulpho legato Apostolico traderet, nunquam id ipse accepturus aut hæredes, nisi ũ Pontifice Romano Angliam & Hyberniam recdidisset feudatorias, Rmoan. Ecclesiæ promittens pro Anglia 700. marcas auri, & pro Hybernia 300. Polydorus lib. 15. hist. Anglicanæ. Aemilius lib. 6. Blondus libr. 6. Guilielmus Nangiacus. Anno 1225. concilium Germanicum, præside.

Con-

Conrado Legato Apostolico contra simoniacos & concubinarios clericos. tom. 3. conciliorum, & Oxonienſe præſide Archiepiſcopo Stephano de officio & ſtatu Eccleſiaſticorum. tomo 3. conciliorum. Anno Chriſti 1237. Londinenſe, præſide Othone Cardinale legato Apoſtolico, in quo poſt longam conſultationem multæ leges latæ ſunt, quæ deinceps legem ſacerdotalem conſeruarunt: Polydorus Virgilius lib. 16. hiſt. Anglicanæ.

Anno 1238. Theologi Pariſienſes poſt longam diſputationem diſiniunt neminem poſſe duo beneficia, vnum ſufficeret ad eum alendum obtinere ſine peccato mortali, Chronica Francorum & Iacobus Meierus in Hiſtoria Flandriæ. Anno Chriſti 1254. Innocentius 4. Frederico 2. Imperatori coacto Lugduni concilio, diris deuoto Imperium abrogauit. Cromerus lib. 8. de reb. Polo. Hinc à Frederico ad Rodolphum per 28. annos infœlix tempus, per quod non floruit Diſciplina. Anno 1261. D. Ludouicus Rex Francorum nolebat ſe immiſcere ſacerdotiorum collationibus dicens: ſat mihi eſt coram Deo de temporalibus mihi creditis, non etiam ſpiritualibus rationem reddere. In libello Virga directionis. Anno Chriſti 1271. Clemens 4. optimus Pontifex clerico nepoti tres habenti præbendas, duas abſtulit ſe dicens, Deo non carni & ſanguini velle acquieſcere. Anno 1292. Aſchaffenburgenſe prouinciale præſide Gerardo Archiepiſcopo Moguntino cum ſeptem ſuis ſuffraganeis, Abbat. & præsbpt. vbi multa vtilia de diſciplina & negotijs Eccleſiaſticis ſtatuuntur.

Trithemius in Chronico Monast. Anno Christi 1287. Fratricelli hæretici Ecclesiæ potestatem iam diu ob corruptos mores Ecclesiasticorum extinctam fuisse iactitabant. Platina, Bernardus Lutzenburgus, Mater historiarum, Supplementum Chronicorum, Extrauagante sancta Romana de religiosis domibus. Anno Christi 1301. scripsit Bonauentura dietas de pœnitentia & Cabasilas c. 29. Anno Christi 1315. Clemens 5. Templariorum ordinem multis de causis destruxit, eorum bonis Rhodijs militibus concessis, libr. 5. historiæ continuatæ de bello sacro. Philippus Pulcher templarios tota passim Gallia vnoque momento deleuit. Quod cum in Germania auditum esset, illis, vt postulabant, Moguntiæ Anno 1311. auditis, nomen tantum & leges seu canones disciplinæ mutantur, personis & reditibus distributis in alias sacrorum ordinum familias. Per reliquum orbem Christianum, ob nefanda quædam scelera & opiniones de religione prauas, quas dato à Pontifice signo, è Concilio Viennensi totus eorum ordo deletus est. Anno Christi 1311. Concilio Viennensi præside Clemente quinto præsentibus tribus regibus Franeorum & cæt. contra Templarios, & mores corruptos clericorum biennio celebratur. Platina, Palmerius tom. 3 Conciliorum. Anno Christi 1327. Concilium Moguntinũ Prouinciale, præside Matthia Archiepiscopo Moguntino &c. in eo multę constitutiones ad Ecclesiæ vtilitatem & reformationem sunt editę. Trithemius in Chronico Monast. Hirsauus, & Continuatio Nangiaci. An. Christi 1335. Benedictus

ctus vndecimus reformauit Ordines Benedictinorum & Ciſtertienſium. Anno Chriſti 1341. concilium Anglicanum, in quo multi ſuo officio abutentes, turpiter deponuntur. Polydorus, Virgilius lib. 19. Anno Chriſti 1352. Innocentius 6. præbendas Eccleſiaſticas non niſi probatiſſimis dedit, fecitque vt omnes Paſtores ad ſuas Eccleſias proficiſcerentur. Baiazetes Turcarum Imperator anno Chriſti 1399. ſe Dei iram vocabat, quæ deprauati ſeculi mores & mortales vlciſceretur. Iouius libr. 2. virorum illuſtrium, Schiſmata Eccleſiæ impediuerunt diſciplinam, Eccleſiæ diſciplinam & ſtatum fuiſſe circa annum 1417. corruptiſſimum teſtatur liber tunc editus à Nicolao Clemange D. Pariſienſi, de corrupto Eccleſiæ ſtatu. Anno 1417. Martinus quintus Romanus vir optimus & doctiſſimus decreuit, vt ſingulis decennijs celebraretur concilium vniuerſale de fide ac diſciplina & morum correctione. Platina. Anno 1414. Decimum ſextum vniuerſale concilium Conſtantienſe numeroſiſſimum, contra vitia tam laicorum quam clericorum. Platina, Nauclerus. Anno Chriſti 1431. Decimumſeptimum grnerale concilium Baſilienſe, ad reformandos mores tam laicorum quam clericorum. Anno Chriſti 1371 Pauli 2. tempore adeò erat corrupta diſciplina, vt omnia ſacerdotia ipſius tempore eſſent venalia Romæ, officia item & beneficia Epiſcopatus, his committebant, qui officium aliquod haberent venale, vnde elici munus poſſet. Summa Cõciliorum. Circa idem tempus Gallicanum Aurelianenſe iuſſu Ludouici vndecimi, coactum ad

tollendas annatas beneficiorum. Gag. libr. 10. Anno Christi 1474. Isabella & Ferdinandus quintus, reges verò Catholici in annos 30. regnare inciperunt: hi expugnato regno Granatensi, Sarracenos Hispania exterminarunt, Iudæum vel Christum agnoscere vel regnis suis exulare coegerunt. Inquisitionis officium instituerunt Vasæus in Chronicis Hispanicis, igitur & Directorium Inquisitorum huc ad Disciplinam erit referendum. Inquisitionis etiam fuit institutum contra Mauros & hæreticos, cui rex ipse etiã se subiecit. Anno 1492. Vasæus. Anno Christi 1513. Georgius Amboesius Cardinalis & Legatus Franciæ instituitur, qui vnico Rhotomagensi sacerdotio absque vllis Abbatijs &c. contentus, è viuis multò post decessit. Vir antiqua fide & virtute nondum conscientijs ad sacerdotiorum polygamiam prostitutis. Decimumnonum concilium Oecumenicum Lateranense indictum à Iulio Papa pro reformatione Ecclesiæ, sed ipsius morte est interruptum, & postea continuatum & absolutum à Leone 10. PP. anno 1517. Cal Aprilis. Sleidanus libr. 1. & Surius. Anno Christi 1527. concilium Senonense prouinciale ad reformatiouem morum & contra hæreses: durat per annum tomo 4. Conciliorum. Circa idem tempus concilium Ratisbonense ad Reformandum clerum Germaniæ. Anno 1536. concil. Colon. sub Germanno Arch. episcopo ad reformationem cleri. tomo 4. Conciliorum. Defectio à religione & disciplina inducit defectionẽ à magistratu, visum id in Germania in tot calamitatibus, seditionibus, motibus plebeiorum

De Oeconomia Eccl. latæ leges à Iustiniano.

contra

contra nobiles. subditorum contra principes. Anno Christi 1545. Concilium 20 generale Tridentinum etiam contra corruptos mores clericorum & laicorum. Anno Christi 1548. Treuerense prouinciale reformatorium, præside Ioanne Archiepiscopo Treuerensi tom. 4. Concilio. eodem Anno Augustanum Diocæsanum ad reformationem cæri, præside Othone Cardinale Augustano Episcopo. tomo 4. Conciliorum. Anno Christi 1549. tria reformatoria Concilia, Treuerense, Moguntinum, Colonienſe. tomo 4. Conciliorum. Anno 1560. Pius 4. hpstis Simoniacorum & plura habentium beneficia, osor dispensationum. Anno Christi 1566. Pius 5. insignis Disciplinæ Ecclesiasticæ restaurator, concubinatum carceribus aut exilio mulctauit, nec voluit suos consanguineos bonis Ecclesiæ ditare, multos abusus sustulit, seueras leges contra simoniacos tulit: statuit resignationes simplices beneficiorum non admittere, nisi habita prius diligenti examinatione, num qui designantur essent idonei. Cùm autem aliquis ad ipsum retulisset, id esse Curiam destruere, minus malum est, ait, Curiam destruere, quam cultum Dei negligere, & Christianam Rempubl. turpāter prodere. Anno 1569. renouat Pius 5. Bullam Pij 4. contra fiduciarios simoniacos eos esse pronunciat, sedi Apostolicæ absolutionem reseruat, cæteris adimit, ac tam eum qui custodit, quam qui custoditur, restitutioni alligat, vt sic pro sacerdotio 100. aureorum ducenti restituantur. Anno Christi 1566. Mediolanen-

Baron. to. 7. Ann f. 294.

lanense & alia passim prouincialia pro exequ-tione Concilij Tridentini.

CAPVT III.

De Disciplina Monastica praclarè institutai S. Seuerino.

Fugipius in eius vita testie Baroeio tom. 6. Ann. fol. 300.

HAEc depromitur & petitur ex Mouachorum regulis, quarum ferè est antiquissima Basilij Magni, ex qua aliæ regulæ & normæ viuendi deriuatæ sunt. Supra ca. 10. lib. 1 cum ex P P. & D D. Ecclesiæ de Disciplina egi, quæcunque Basilius habet de hoc argumento sedulò excerpsi, Porrò Disciplina Monastica variat pro varietate regularum & ordinũ. De singulis igitur ordinibus & regulis distinctè ex ordine erit breuiter dicendũ.

Qui potestatem habent legendi libros hæreticos, videant Rodolphum Hospinianum Tigurinum lib. 3. de Origine Monasticæ in regula Basilij fol. 43. 44. 45. prolixè in Responsionibus & Interrogationidus, & lib. 3. fol. 76. de Disciplina corrigendi delicta io mouasterijs ex Cassiano folio 92. ratio viuendi in monasterijs fol. 93. & 108. ididem lib. 4. de Origine Monasticæ in Regula Benedicti, folio 122. 123. 126. 128. 131. libr. 5. fol. 182. 191. 194. 213. 218. 223. 231. 232. 233. 260. allegat Nicolaum Clemangem in libro de corrupto Ecclesiæ statu, fol. 261. 268. 269. 271. 273. 281. 283. 284. libr. 1. cap. 5. de Essæis cap. 6. de Nazaræis cap. 7. de Rechabitis lib. 1. fol. 19. de Antonio. In 2. part. Stattutorum Ordinis Carthusiensis capite vigesimo secundo de Disciplina in generale capituli, capite 23. de Visita-

Visitationibus. cap. 24. De reprehensione. cap. 25. De criminosis & fugitiuis. Hieronymus Platus in libris tribus, de Laudibus religionis & religiosorum multa habet quæ pertinent ad laudem religionis & religiosorum disciplinam lib. 1. ca. 15. De vita & victu seueriori. cap. 16. Disciplina Monastica omniũ peccatorum materiam remouet. cap. 20. De abiectione & humilitate status religiosorum. cap. 21. religio schola omnium virtutum. ca. 24. Laus religionis ex ductu, & gubernatione Præpositorum. cap. 25. De vtilitate religionis ex regulis scriptis. lib. 2. c. 9. In religiosum statum omnes virtutes confluere. cap. 35. Religiones continere statum perfectissimæ Reipub. lib. 33. c. 4. De facilitate religiosorum Disciplinæ. cap. 16. quod multi obijciunt, in religione esse multa aspera. De pœna & Disciplina Apostatarum monachorum Baronius. tomo 4. Annalium. fol. 633. 634. 448. 48. 49. De Institutione Regulæ & Disciplinæ Basilij Magni in locis dictis. & folio 29. 30. 31. Clerici vocantur patres Monachorum Baronius. tom. 4. Annalium. folio 507. De Gregorij Nazianzeni vitæ instituto, more & Dilciplina viuendi cum Basilio. tomo 4. Annalium. fol. 29. 30. austerum vitæ genus ambo ducunt in eremo ibidẽ. tomo 4. folio 147. 184. Charta Visitationis appellatur apud religiosos ea, quæ à Visitatoribus post expeditam Visitationem relinquitur & continet summarium recessum celebratæ Visitationis, eadem in proxima Visitatione omnium primò producitur in medium. Ea autem est vtilitas maxima Disciplinę & regulæ monasticæ, quod per eam

li tanquam ligna curuata & inflexa vt Protagoras apud Platonem ait, vi & minis suppliciorum corriguntur, & ad spiritualis ædificarij vsum aptantur, & accommodantur sic Franciscus Turrianus, lib. 1. pro Canonibus Apostolorum. ca. 27. folio 132. Pessimus abusus Disciplinæ est colare culicem & deglutire camelum. i. parua emendare & magna negligere & coruis dare veniam, & per seueram censuram vexare columbas. Difficiliorem autem esse correctionem sui ipsius quam alterius docet pulchrè Stobæus in Sententijs. fol. 113. 582. Egregium documentum & adiumentum Disciplinæ præscribit S. Arsenius apud Socratē li. 4. c. 23. historiæ Ecclesiasticæ. Adulti separandi sunt, ex quo dolore facilè resipiscunt, iuuenis verò si separetur efficitur Disciplinæ contemptor. Hieronymus in epistola quadam ait difficilé esse correctionem, vbi malè assueueris, vel vbi mores in malam consuetudinem & habitum abierunt, ibi enim vt Plautus loquitur mali mores Disciplinam & ipsam virtutem in potestatem redegerunt suam vide Prateolum in oratione 1. de causis calamitatum Ecclesiæ in principio.

CAP. IV.

De Disciplina Cliuiacensium ex MS. Codice Siebergæ inuento de Ordine & constitutionibus eorundem libro 3. cap. 3. & 4.

De Disciplinæ Monasticæ obseruantia vide in Prato Spirituali citat Horantius fol. 317. b. à Principie.

POena eius, qui incidit in grauiorem culpá est eiusmodi. Frater, qui talite r incurrerit lapsum venturus in Capitulum 1. pedes nudat, capitium quoq; stamnij, sui dextra leuaq; incisione laxatur, vt possit brachia extrahere, & stamineum cum

cum manicis circa fœmoralia ligare, accipit virgarum manipulũ manu dextra, & in leua cucullam decenti cõplicatione pendentem. vnus enim frater ad hoc destinatus antecedit ita veniens ad conspectum domini Abbatis, virgis cucullaq; ante se positis veniam petit, iussus vt surgat sedet ad terram & cuculla super genua, verberantur quantum visum fuerit Abbati; posthæc iubet cũ exire ad induendum, rediẽs rursus se prosternit; cum à domino Abbate audierit, mandatum abeundi, protinus caput flectit, capellum induit, ad designatum talibus locum tendit, ibi manet, ibi commedit ibi dormit, quando quomodo & quãtum præcipit Dominus Abbas. Ad omnes horas propè ostium Ecclesiæ stat capellatus, donec canere incipit conuentus, tunc Capello abstracto solo tenus, se prosternit, nec leuat se, donec sit hora finita. & si fratres debẽt exire, vsq; dum omnes potuerint exisse, & cum intrauerint Cap. tunc etiam similiter se prosternit, & postea ad familiarẽ mansiunculam recedit. Ad ambas Missas manet in angulo Capituli, qui Capitulo proximus adhæret, nullus ei loquitur, nec etiam ille, qui ei ministrat, cibus non benedicitur, qui ei pefertur, de industria tantum dominus Abbas iubet aliquos seniores ad eum accedere, qui eum exhortẽtur, vt quicquid ei temporalis correptionis fuerit irrogatum, totũ id habeat gratum, vt diuinæ clementiæ possit reconciliari. Cùm visum fuerit concordat etiam cum eisdem senioribus, vt pro ipso reo, pro eius absolutione in Capitulo veniam petant, maximè si verè sunt experti pœnitentiam

Clumacẽses esse Benedictinos colligitur ex Trithemio libr. 1. de viris Illustribus ordinis Benedicti cap. 9.

tiam & testari possunt, quod pro reatu suo spiritum habeat contribulatum, cor contritum & humiliatum, annuit communi cõsensu fratrum, vt faciat pro illo misericordiam & mittatur pro eo, nudat se eodem modo, quo prius, & cum veniens vapulauerit Domino Abbate iubente, induit cucullam, ad cuius pedes & pedes vniuersorum à maximo vsque ad minimum singulariter iterato petit veniam, iubetur exire ad induendũ, indutus & reuersus iterum veniam petit, iubetur, vt vltimus sedeat, vltimus sit cunctorum in omni loco, interim non communicet, non veniat ad pacem, non osculetur textum Euangelij in Ecclesia, nec ad Lectionem, nec ad Cantum, vt alij, veniat, solum in coquina locum habeat vt seruiat, & ad mandatum in die Cœnæ domini ire prohibetur. post singulas horas finitas veniam iterum super genua petit, nec tãtum propter, hoc ad altare conuersus, si quando vniuersi, albis vestimentis propter aliquam festiuitatem vel processionem, vestiuntur tunc & ipse vestitur, sed nigris ad extremum si Dominus Abbas id viderit expedire, talemque eius esse humilitatem, quæ id mereatur, interpellatus à fratribus in Capitulo, vocat eum vt surgat & in medium prodeat, quo petente reddit illi locum pristinum, ne amplius vllam ab alijs patiatur separationem, vadit ad pedes, sicuti quilibet alius tam in Ecclesia quam in Capitulo, siquidem eum ad altiorem locum promouerit. Ca. 4. l. 3. ibidẽ in dicto MS. Codice.

Sunt autem apud nos adhuc alia genera correptionis, quę non solum Dominus Abbas facit, sed

etiam

etiam si opus fuerit, D. Prior. Si quis de aliquo flagitio diuulgatur in populo in præsentia quoque populi solet emendari, vt qui excessum cognouerunt, cognoscant etiam emendationem. Cunctis enim, qui videre voluerint, videntib. & maximè in medie platea nudatur, ligatur & verberatur. At si culpa non est de grauioribus malis, vt si cum aliquo inhonestè, & irreligiosè in audientia popularium contenderit, pro huiusmodi, cũ venerit dies Dominica, ad initium Missæ Matutinæ concurrente populo ad Ecclesiã stet ipse nudis pedibus prope fores Ecclesiæ, & vnum Codicem grandiusculum teneat in manibus. Capellum enim induit vt ab omnibus possit agnosci, nemini loquitur intranti licet vel exeunti vnus famulus semper est iuxta illum qui dicat interrogantibus, quare ei sit talis pœnitentia iniũcta, nec inde recedit donec Missa finiatur, quod si inobedientes & rebelles aliqui fuerint, fratres ex more eum exspectant, vt præcipiatur comprehendi, sic ipsi vltro continuò irruentes comprehendunt & cum fuerit cõprehensus, faciũt quod iustum fuerit, mittentes eum in carcerem. Carcer erit talis, in quem cum scala descenditur, nec ostium, nec fenestram habeat, nec in dormitorium ascendere possit inclusus. Quod si ipse quidem est inobediens, inobedientiam suam foris Capitulum aliquomodo monstrauerit, statim tabula percutitur, vt ad Capitulum conueniatur, potuit & tale quid adeò præsumptuosè loqui in Domini Abbatis præsentia vel etiam Prioris vt propter hoc, nõ minus tabula percutiatur, quod est signum conueniendi. CAP.

CAPVT V.

Ex Statutis Præmonstratensium de Disciplina inuentis lectisq; in abbatia Knechtstedensi Dioceseos Coloniensis.

De Disciplina Monastica.

QVI per blanda verba castigatus non corrigitur, acrius necesse est vt arguatur. Cùm dolore enim abscindenda sunt, quæ leuiter sanari non possunt. Semel atque iterum commonitus, si non emendauerint, sciat se subijcere Disciplinæ Monasterij, sicut oportet. Si qui verò tam duri cordis fuerint, vt in admonitionibus informari nequeant: illos quidem acriorib. stimulis vrgeri oportet, vt quod facere nolunt, faciant vel inuiti. Scio quam difficile sit cor malicia induratum ad formam disciplinæ & speciem honestatis incuruare. Sed necesse est, vt materia dura, cum facilè ad formandum non flectitur, ei & acrioris flãmæ incendiũ & grauioris mallei diuisio adhibeatur. Augustinus ad fratres in eremo. Melius est redarguamini de misericordia, quam de crudelitate in nouissimo die, nam piũ hominem quomodo perijsse legimus ignoro, sed crudelem & impium frequenter perijsse audio. Ponite custodiam ori vestro, & non solum à malis, sed etiam à bonis silere laudabile est. ait enim Propheta. Siluit à bonis, nam omne bonum vbiq; proferre non debemus, sed tẽpus proferendi agnoscamus. Multis exemplis vtriusque testamenti rigorem & seueritatem iustitiæ misericordia & mansuetudine iubemur temperare.

CAP.

CAPVT XI.

De exercitio Disciplinæ per annuas circuitiones ex veteri more & consuetudine nobilium Canonicorum Præmonstrensium ex eorundem Statutis.

QVolibet anno in generali Capitulo Visitatores & antiqui Circuitores, vel alij noui ad visitandum prout Abbati Præmõstratensi vel Capitulo generali expedire videbitur, assumantur. Præfati autem Visitatores, cum ad Ecclesiam visitandam accesserint, diligenter inquirant; quæ correctione nouerint indigere; corrigendo, quæ per eos fuerint corrigenda, & referendo fideliter, quæ ad generale Capitulum fuerint referenda, pręmissis prius literis, per quas Abbas & Conuentus certi sint de eorum aduentu, vt vocare possint fratres extra Abbatiam manentes, si ex certa causa fuerint vocandi Prouiso, quod si quis Canonicorum vel Conuersorum, eo anno propter causam minus rationabilem ad aliquam Ecclesiam sit emissus, ipsum faciant ad domum, à qua emissus fuerat reuocari, illi, qui eum emiserit, pœna imposita competenti. Die autem Introitus huiusmodi Visitatorum, mox cum Prælatus Monasterij Visitandi eosdem in portam introijsse cognouerat, ad claustrum seu ostium Ecclesię, vbi conuentus propterea erit congregatus, venire festinabit, vt ipsis Visitatoribus isthic aduenientibus ipsam Ecclesiam, legentes psalmum,

mum, Lætatus sum, simul intuent, & cum in Chorum peruenerint finito psalmo subiungatur Gloria Patri, Kyrieleison, Pater noster, & ne nos inducas. Versic. Saluos fac seruos tuos. Dominus vobiscũ. Oremus. Prætende domine familiæ tuæ, &c. ab hebdomodario dicenda. Ipsis Visitatoribus super gradum presbyterij genuflexis, Abbate verò & conuentu in suis locis prostratis interim manentibus, quo facto diuertant se ad loca designata. Altera autem die sint ad Primam in Choro primum ibidem stallum & vbique locorum tenentes, & cum ad preces deuentum fuerit dicat senior eorum Confiteor, Misereatur, Indulgentiam; Similiter & in Completorio, quotiens eos ei interesse contigerit. Congregatis igitur fratribus Ecclesiæ, quæ visitatur in Capitulo & eiusdem Prælato præsente præmisso à Seniore Visitatorum Benedicite, & responso Dominus, fiat aliqua de obseruatione propositi nostri deobedientia, de proprij Pastoris reuerentia exhortatio. & lectis deinde literis Capituli generalis præcipiant, vt de Prælato, de seipsis adinuicem, de conuersis, de totius Ecclesiæ statu, quicquid super his; de quibus fuerint interrogati, accusatione vel emendatione dignum cognouerint, singuli syncere, nullatenus amore, vel odio seu timore cuiusquam, aliaue quacunque occasione veritate suppressa exprimant, ne cum graui etiam periculo animarum grauem incurrant, ordinis Disciplinam edoceant euidenter, limitationetamen Capituli sequenti semper salua, facto aut præcepto & allata præcedentium Visitatorum char-

charta,& in conſpectu omnium lecta, finitoque Capitulo Viſitatores ipſi à ſingulis ſeorſim ibidē, aut alias in loco ad hoc eis deputato, quæ fuerint inquirenda,diligenter inquirant. Primò ſi præcedens Viſitatio bene fuerit obſeruata, & quem in non ſeruando inueniat culpabilem, ſiue prælatus ſit ſiue ſubditus, tanquam Deo & prælato & generali Capitulo inobedientem grauiter puniant. attentè etiam & ſollicitè,non obſtante aliqua beneuolentia, quæ aliquando in ſubuerſionem religionis exhibetur,inquirent de prælati negligentia,ſi corrigat exceſſus, ſi ſit carnalis vel ſæcularis, ſi det bonum exemplum ſubiectis & ſubditis in frequentanda Eccleſia quando poteſt, in abſtinentia & alijs obſeruantijs ordinis,ſi Statuta Ordinis & Capituli faciat obſeruari, ſi per ipſum vigeat aut deficiat Diſciplina in Monaſterio, ſi ferueter reprehendat ea, quæ fiunt inordinatè, vel ſi nimis euagetur,& ſine acceptione perſonarum negligentias & exceſſus,quos inuenerit, puniat. Poſtmodum interrogetur de pace prælati& ſubditorum,quod ſi dixerint nō eſſe pacem, cauſa cum omni ſtudio inquiratur, eaque cognita, qui puniendi fuerint, legitimè puniantur. Deinde interrogetur quomodo & qualiter tam fratres, quam conuerſi ſe habeant in ordinis obſeruantijs,ſcilicet in non habendo propria, in tenendo ſilentium, in continentia, in proprij Paſtoris obedientia, in eiuſdem ſuaque adinuicem reuerentia,in veniendo ad Eccleſiam in celebrando diuinum officium, in abſtinentijs, ſi in colloquio adinuicem & cum hoſpitibus, ſi in non petenda

licentia, si cum secularibus, cũ familiaribus conuersis, seu alijs quibuscunque religioni debitam seruent honestatem, si detractiones & murmura fugiant, si laudabiliter in Capitulo culpas cõfiteantur, si in reprehensione sint humiles & in emendatione tractabiles, est sollicitè perquirendum. Pro temporalium quoque statu cognoscendo diligenter inquiratur, an domus sit grauata debitis & quantis non tamen cui vel quibus peculiariter debet. Si igitur Domus inueniatur debitis grauata, nulla rationabili causa apparente, quæ Prælatum excuset, in ipsum culpa redundet. Super præmissis omnib. sigillatim à singulis fratribus & conuersis inquisitio tam de Abbate quã de seipsis adinuicem cum omni studio facienda. Omnibus igitur, quæ præmissa sunt, expeditis, Visitatores debita seorsim deliberatione præhabita modum legitimum sua sententia imponentis quæ de manifestis & publicis excessibus scribenda, vel etiam reformatione domus & honestate ordinis ordinãda decreuerint, in charta sua scribant, consideratáque diligenter Charta præcedentium Visitatorum quicquid inuenerint in ea obseruandum, in sua apponant, & præcedens deleatur, ipsamque chartam sub sigillis suis relinquant penes Priores in domibus visitatis, vt ordinatio prædicta, anno sequenti visitatoribus, qui tunc fuerint, ostendatur, quas ipsi Visitatores faciant cum omni diligentia obseruari, & puniãtur, transgressores statutorum Ecclesiarum, quas Visitauerint, & ordinationes, quas fecerunt in eisdem ad generale Capitulum referentes, hoc adie-

adiecto quod fratres illos, qui voce sua culpis exigentibus suis sunt priuati non recipiantur ad testimonium seu accusationem contra aliquem, donec super hoc cum ipsis misericorditer fuerit dispensatum secundum ordinis instituta. Inhibetur expressè Visitatoribus Ordinis vniuersis, ne ipsi emissos auctoritate Domini Præmonstratensis aut Capituli generalis remittere audeant aut præsumant, cum eorum reuocatio specialiter pertineat ad mittentem. Neque attentare aliquid audeant, aut præsumant, quod eis per patentes Domini Præmonstratensis aut Capituli literas non fuerit expressè commissum & iniunctum, cum alias per indiscretas quorundam Visitatorum remissiones dispensationes, concessiones, & indulta non parum ordinis nostri confunditur Disciplina. Ipsis etiam Visitatoribus districtius inhibetur, ne ipsi seu assessores eorum, aut etiam Capellani, Abbatibus Ecclesiarum quas visitant, vel alijs quibuscunque scedulas Inquisitionum ostendant, seu nomina deponentium quoquomodo reuelent, transgressores huiusmodi tanquam reuelatores secretorum ordinis esse puniendos decernimus, saluis his quæ per defensionem Abbatum per statuta ordinis sunt specialiter reseruata. Statutum est etiam quando Abbas Præmonstratensis Patres Abbates seu Visitatores Ordinis descendunt ad aliquam Ecclesiam, seu Vircariam Visitandam, nullus Abbatum seu subditorum eis occurrat, nisi ad quos literæ mittentur Visitationis

& exceptis etiam illis, quos specialiter duxerint, aduocare. Ipsi autē Visitatores summoperè prouideant, quantum in eis est, vt in domibus Visitatis pacē salua correctionis Disciplina relinquāt, & vt quæstiones nullatenus Capitulo generali, quas suo poterunt iudicio terminare, reseruent. Denique correctis & emendatis, quæ correctione & emendatione digna cognouerunt, fratribus valedicturi ad Capitulum venientes, dicant. Confiteor cum toto conuentu, & postea subiungant: Misereatur & Indulgentiam, prout in fine Capituli generalis fieri solet. Porrò Visitatores in domibus quas visitant, sine iusta causa moram nimiam non faciant, quod si per 4. dies ad breuius, vel per octo ad longius in Visitando duraverint, nisi euidens necessitas aliud requirat non sunt de mora nimia vel festinatione redarguendi. Statutum est etiam & præceptum, vt Visitatores ordinis cum ad Ecclesias Visitandas accesserint, de quantitate prouentuum Ecclesiarum Parochialium diligenter inquirant, & assignata dictis Parochialibus præsbyteris congrua portione secundum loci & patriæ exigentiam residuum prælatis suis assignent in Ecclesiarum suarum commodum conuertendam. Quod si aliqui eorum coram aliquo iudice, qui non sit de Ordine, super hoc querimoniam deposuerint, aut quæstionem mouerint, sententiā excommunicationis incurrant. Statuitur etiam & similiter ordinatur, ne aliquis nostri ordinis prælatus, de cætero auctoritate paterna aliquas Ecclesias nostri ordinis Visitare præsumat, nisi illas, quæ auctoritati paternæ sibi imme-

immediatè sint subiectæ. Quod si quis secus facere præsumpserit, sententiam excommunicationis incurrat auctoritate generalis Capituli.

CAPVT VII.

De Visitationibus & inquisitionibus faciendis & qualiter debet monere Prælatus Capitulum.

ECclesia Præmonstratẽsis per tres primos Abbates Landanensem, Floreffiensem, & Luissiacensem annuatim visitetur secundum formam priuilegiorum sedis Apostolicæ sibi & eidem Ecclesiæ indultorum. In alijs autem Ecclesijs cum Patres Abbates vel annui Circatores ad ipsas Visitandas accesserint, & in Capitulum venerint, proponant tria fratribus obseruanda, ne scilicet ea, quæ digne correcta fuerint, iterum coram ipsis proponant, aut aliquid graue de Prælato nõ dicant, de quo non fuerit præmonitus vel ante præmunitus: est etiam nihilominus inhibendum ne ipsum prælatum vel aliquem fratrem suum accusent, præterquam de his, quæ post vltimam Visitationem fuerint perpetrata, nisi proprio Iuramento firmauerint, post vltimam visitationẽ ad notitiam peruenisse. Caueat autem quilibet, ne illa quæ cognouerit emendanda quasi ad maius scandalum, quod nequissimum est vsque ad visitatoris aduentum differat & reseruet. Sed oportunis temporibus, quæ contingunt, proclamentur & emendentur. Qui verò contra fecerit, per ipsos Visitatores, grauiter puniatur. Porrò cum

In Disciplina adhibenda moderatio & humanitas to. 6. Annalium. fol. 376. apud Baronium.

rò cum currenti maliciæ hominum, abundans cautela debeat obuiare, ſtatutum eſt, quando aliquis ſubditorum contra Prælatum ſuum voluerit aliquid proponere peremptorium vel enorme, niſi hoc publicè coram maiori vel ſaniori parte de domo, in loco competenti proponat, aut per tales idoneos & ſufficientes, quod propoſuerat, aſſerat ſe poſſe comprobare, nullatenus audiatur. Sed & ſi qui fratres aliquid graue vel peremptorium contra aliquem fratrem de domo in ſecreto coram Viſitatore proponant, audiantur, ſi ille, contra quem proponitur, ſuper hoc fuerit infamatus, tunc nõ à maleuolis & maledicis, ſed à fratribus fide dignis in ſecreto ſub Iuramento veritas inquiratur, & prout dignum fuerit, emẽdetur, niſi fuerit enorme contra Prælatum generali Capitulo referendum. Adhæc ſi quid difficile vel enormè publicè contra Prælatum fuerit propoſitum ab aliquo, quod meritò peremptorium debet iudicari, tunc vt melius ſuper hoc veritas cognoſcatur, fiat inquiſitio non ſummatim & in publico, ſed ſigillatim & in ſecreto. Et in loco, vbi ſecretò fiat inquiſitio habetur textus Euangeliorum cum ſtola & ab his, qui deponent, Viſitator per Iuramentum inquirat, tam de obiectis criminibus & veritate obiectorum, quam de idoneitate & vita teſtium productorum: hoc prouiſo quod in tali caſu nullus ad Iuramentum introducatur, ſiue cogatur, niſi Prælatus teſtes iurare videat, quos accuſator voluerit producere contra ipſum. Si tamen voluerit & potuerit intereſſe, dummodo maliciosè non ſubterfugiat,

vt

ve inquisitionem euitet, & ad inquisitiones super peremptorijs & enormibus secreto faciendis Visitatores de facili non procedant, nisi vbi & quando grauis infamia vel insinuatio clamosa præcedit. Sed nullus proponat aliquid contra aliquem de auditu, nisi dicat, à quo ipse audiuit. Qui autē contra Prælatum suum obiecerit aliquod enorme vel peremptorium, vel publicam infamiam, nec poterit sufficienter probare, puniatur sine Dispensatione secundum quod de infamatorib. est statutum. Ille verò, qui tempore visitationis, de propositis pœnituerit, antequā testes iurauerint, & corā proprio Abbate & Visitatore veniā petierint, secundū Visitatoris arbitrium, mitius puniatur. Visitatus autem tam Prælatus quam subditus caueat sibi diligenter, ne in præsentia Visitatoris, vel post eius recessum cuiquam fratrum aliquam vindictam inferat seu opprobrium vel grauamē. Sed etsi quis non maliciosè, sed in veritate aduersus prælatum suū aliquid habuerit, quod tolerari non deceat vel debeat, prius eum cum omni hilaritate & charitate de sua correctione admonere procuret. Quod si semel 2. vel 3. admonitus se corrigere neglexerit & cōtempserit, Patri Abbati vel Dom. præmonstratensi vel visitatoribus annuis, cū ad Ecclesiam illā venerint, manifestare procuret. Abbates autem, cum accusati fuerint, suas defensiones habeant coram ordine. Vbi autē Dominus Præmonstratēsis visitauerit quascunq; Ecclesias per se vel alium idoneum cū eius literis destinatū, eædem Ecclesię illo anno, à Visitatorib. annuis maturè visitentur. Illi aūt, qui Dominum

Præmonſtratenſem, Patres, Abbates, ſeu alios Viſitatores ordinis recipere recuſauerint, aut non permiſerint Viſitationis Officium plenariè exercere, & illi etiam, qui eiſdem viſitatoribus damna rerum ſuarum intulerint, ſeu eoſdem aut capellanos vel ſeruientes eorum, ſuis rebus ſpoliauerint, ſeu procurauerint ſpoliari, & qui eoſdem Viſitatorum capellanos, aut familiam eorũ verberauerint, ſeu fecerint verberari, excommunicationis ſententiæ ſubiaceant; & nihilominus pœnæ ſubiaceant, quam Dominus Præmonſtratenſis, vel generale Capitulum eis duxerit infligendam hoc adiecto, quod ſi in præmiſſis prælati inuenti fuerint culpabiles, vel grauiter infamati, in ſequenti generali Capitulo deponantur. Quod ſi per ſeruientes ſæculares in eadem Eccleſia huiuſmodi fuerint perpetrata ab omni ſeruitio cuiuſcunque Eccleſiæ ordinis fiant in perpetuum penitus alieni. Et ſi alij de ordine tales ſcienter fuerint deprehenſi, ſi Abbates vel Præpoſiti fuerint, ſuſpendantur, ſi ſubditi incurrant excommunicationis ſententiam. Et cum ipſi Viſitatores non teneantur, proprijs ſtipendijs laborare, moderatas expenſas requirant ab Eccleſijs, quas ipſos contigerit viſitare, prout ſecundum Deum & ſuam conſcientiam, inſpectis cuiuslibet Eccleſiæ facultatibus viderint eſſe requirendum. Illos quorum Eccleſias viſitauerint, ad hoc prout expedire viderint, per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcentes.

CAP.

CAPVT VIII.

De regulis Monasticis, quæ sunt moderatrices & directrices Disciplinæ.

REgulę vsitatiores & frequentiores sunt Augustini, Benedicti, Basilij, Francisci Augustini regula extat coniunctim in operibus B. Augustini & separatim cum Commentarijs Hugonis & aliorum, Basilij Constitutiones Monasticæ & regulę antiquissimæ, vnde omnes aliæ regulæ dimanasse videntur, habentur in eius Operibus, & de ijs supra ex Basilio diximus. Regula Benedicti separatim edita exstat cum glossis & Commentarijs Turrecrematæi ac Smaragdi. Regula D. Bernardi eadem est cum Regula D. Benedicti, quia Bernardus inquit in sermone de S. Benedicto. Benedictus legifer noster. Hieronymus eodem Paulæ obitus tempore, se in latinum vertisse regulas monachorum à S. Pachomio, Oriesio, & Theodoro scriptas ipse in Præfatione illis affixa testatur, exstant ipsę in Appendicæ ad Cassianum, Romæ cusum & doctis notis viri insigniter eruditi Petri Ciacconi Toletani egregiè illustratum. Meminit scriptorũ Pachomij, Oriesij atque Teodori Gennadius de Viris illustribus, cap. 7. 8. 9. Videtis quanta reuerẽtia prosequuti sunt sanctissimi ac doctissimi Patres instituta monastica, quæ S. Hieronymus hac etiam ex parte commendandus, profuturus latinis súis in latinum conuertit hæc paucis Cæsar. Baronius tom. 5. Annalium ad annũ Christi 404. & 223. folio. Nicephorus lib. 9. cap. 19. historiæ Ecclesia-

Hieroeyusus Platus lib. 1. c. 25. de vtilitate 13. ordinis Monastici ex regulis scriptis.

De disciplina Basilij & eius Regul. Baron. to. 4. Ann. fol. 385. & to. 3. Annal. fol. 682. Augustt. to. 1. tres habet regulas: Prima dicitur Regula B. Aagust. altera regula monacharum, & illa to. 2. ep. 109. exstat tertia regula clericis, tradita eius fragmentum in Appẽdice to. 1. & regula 2 clericis tradita tom. 1.

Ecclesiasticæ testis est Angelum Dei scripsisse regulam, quam Pachomio tanquam Euangelicam exhibuit, præcipiens vt nouum monachorum genus secundùm illam institueret. Quod autem Regulæ Monasticæ Spiritussancti instinctu scriptæ sint pulchrè probat Petrus à S. Audomaro libr. 1. cap. 8. Illustrationum Monasticarum, & prælatos habere potestatem tum leges constitutionesque condendi & postulante necessitate super illis dispensandi, docet idem libr. 1. cap. 9. Illustrationum Monasticarum, leges & regulas Monasticas diuinas potius quam humanas dicendas: probat idem ibidem lib. 1. cap. 10. Regulis sanctorum Prælatorumque constitutionibus in conscientia obligari subditos, earumque transgressiones culpabiles reddi lib. 1. cap. 12. ibidem. Disciplinam Monasticam maximè explicat Petrus à S. Audomaro libr. 3. Illustrationum Monasticarum cap. 15. quod inscribitur De correptionibus regularibus ac vltroneis propriarum culparum confessionibus, deque mutuis coram superioribus proclamationibus. Hoc caput pulcherrimum legatur, quia totam disciplinam Monasticam copiosè complectitur, atque eruditè ex D. Augustino, Bernardo, Basilio explicat. Ioannes Cassianus discipulus S. Chrysostomi, Constitutiones Monasticas scripsit primum, libri sunt 12. postea Collationes 24. totæ istæ Collationes & Constitutiones nihil aliud sunt, quam præcepta Disciplinæ Monasticæ: breuiter tamen annotabo summaria præcipua loca, quæ generatim de Disciplina tractant, vt requirantur & inspiciantur. lib. 4. cap. 16. de regulis diuersa.

De legibus regulis Benedictinor à S. Benedicto compositis. Carolus Sigonius de Occidentali Imperio, ad annum Christi 558.

Ex veris scriptis B. Hier. regulam Hieronymianã collegit Oliuetus.

De regula Monastica à Cæsario Episcopo Arelatensi pro virginibus composita. to. 6. Ann. f. 587. Baronius.

uersarum correptionum. Insigne hoc caput legatur de spirituali animaduersione, prius agit de leuioribus delictis, quæ publica pœnitentia & prostratione in terram coram Abbate & conuentu emendantur, postea de grauioribus quæ plagis emendantur, vel expulsione expurgantur. lib. 4. ca. 8. quibus primum institutis iuniores exerceantur libr. 2. cap. 3. De vniformis regulæ per totam AEgyptum custodia. lib. 4. cap. 39. Quo ordine ad perfectionem ascendere oporteat. lib. 9. cap. 8. Quod si mores nostros habuerimus emendatos, possit nobis cum omnibus conuenire. lib. 10. c. 16. Quod non odij sed dilectionis causa, eos qui delinquunt, corrigere debemus. lib. 11. cap. 16. Quod non possint vitia aliter curari, nisi eorum radices & causæ innotuerint. Collatione 7. cap. 18. Interrogatio an inter dæmones impugnationis, ordo ac vicissitudinis disciplina seruetur. c. 19. seq. solutio eius quod non seruetur in rebus indisciplinatis disciplina moduſq;. Collatione 10. cap. 8. Interrogatio super eruditiõe perfectionis, per quam possimus ad perpetuam Dei memoriam peruenire. Collat. 18. ca. 4. tria ponit monachorum genera, quorum duorum priorũ Cœnobitarum & Anachoretarũ c. 5. & 6. præstantissimã describit ordine disciplinã, tertij autem generis i. Sarabaitarum pessimam disciplinã describit c. 7. addit quoq; c. 8. quartũ genus monachorum, quod etiam tepidum malam habet disciplinam. B. Hiero. to. 1. epistolarũ epist. 22. ad Eustochium tria quoque genera monachorum commemorat, & tertium pessimũ indisciplinatum, quod Remoboth vocat, hi suo arbitratu viuunt,

De Cœnobiali seruorum Dei Medardi regula. Baron. to. 7. Ann. f. 494.

viuunt, inter hos sæpè sunt iurgia, non patiuntur se alicui esse subiectos apud hos affectata sunt omnia, laxæ manicæ, caligæ follicantes, vestis crassior, crebra suspiria, visitatio virginum, detractio clericorum, & si quando dies venerit, saturantur ad vomitum. Cassianus collatione 18. ca. 7. de hoc tertio genere idem penè affirmat, quod censeri tantum nomine monachorum absque vlla studiorum æmulatione festinant, cœnobiorum nullatenus expetunt disciplinam, nec seniorum subijciuntur arbitrio, nec vllam sanæ discretionis regulam legitima eruditione suscipiunt, suo iure ac libertate vtuntur: hoc tertium pessimum genus latius describit Cassianus Collatione 18. cap. 7. & in fine idem scribit, quod B. Hieronymus loco supra dicto, nempè illud solum per totum mundū latissimè tunc patuisse. Cassianus collatione 19. cap. 14. De medicina & remedijs vitiorum. In Appendice Bibliothecæ SS. Patrum extat epistola Petri Damiani ad fratres, qui statuta & regulas erāt transgressi, & acriter ibi reprehenduntur, refert ibi horrendum exemplum de quodam monacho, qui indictam disciplinam regulæ fregerat, & malè mortuus est. De regula Pachomij Abbatis Aloysius to. 6. in eius vita, fol. 17. 9. 1 Aloysius de regulis monachorum, & in vita S. Anastasiæ martyris, fol. 390. hæc omnia tomo 6. Ast tomo 7. in vita Abbatis Pynufij folio 67. tomo 7. in vita sanctæ Febroniæ virginis & martyris folio 188. & in Prato Spirituali cap. 110. fol. 327. & cap. 192. tomo 5. in vita Sabæ Abbatis fol. 198. in vita sanctæ Apollinaris, fol. 363. In vita S. Theodosij Cœnobitæ, fol. 374.

In his omnibus citatis locis monastic. regul. fit mentio.

In

In vita S. Euthymij fol. 415. In vita sanctæ Melanę, folio 483. & quoque Aloysius tom. 4. in vita S. Placidi martyr. fo. 17. In vita S. Mauri Abbatis fol. 39. In vita S. Francisci folio 233. Bonauentura in vita Francisci cap. 3. & 4. & tom. 3. in vita Pachomij Abbatis alterius fol. 167. tom. 2. In vita Martiani Monachi fol. 203. In vita Ioannis Monachi fol. 229. In vita Asclepij Monachi fol. 231. In vita Mariæ Aegyptiacæ fol. 384. In vita Theodori Episcopi fol. 446 In vita Vilfridi Episcopi fol. 454. Quatuor Regulæ approbatæ sunt ab Ecclesia tantum. D. Arnoldus VVyon in libris Ligni vitæ.

CAPVT IX.

De Disclplina Franciscanorum.

EXstat liber cuius epigraphe est firmamenta trium ordinum beatissimi patris Francisci, in cuius 3. parte continentur Statuta Ordinis Francisci in septimo capitulo folio 28. cap. de disciplina in communi accipienda iuxta morem prouinciarum particula 36. Et quia in multis prouincijs & locis obseruantiæ regularis fratres consueuerunt post Completorium vel matutinum accipere disciplinam in communi ter in hebdomada, iuxta alia ordinis statuta ob memoriam passionis Christi dicendo Psalmos, Miserere mei Deus, De profundis, vel, Deus misereatur, cum De profundis. 1. Antiphona Christus factus est obediens, versic. Omnis terra &c. & orationibus, Respice quæsumus: Fidelium Deus omnium vel alijs. Ideo hortamur vt quælibet prouincia in his seruet suam bonam

bonam consuetudinem nullos ad hoc per hæc nisi voluntarios astringendo, nec eos, qui voluerint impediri volendo: ita tamen quod ordinatis per præsidentem vel consuetis diebus & horis, saltè die Veneris post matutinum vel Completorium singulis fratribus in Ecclesia vel loco Capitulari conuenientibus incipiantur à primo choro, vel à præsidente suffragia prædicta: quibus durantibus, qui voluerint disciplinam accipiant vel recipiant, prout melius vel congruentius videbitur iuxta modum suæ prouinciæ, ad quod etiam singulos pro memoriali tanti beneficij acerbissimæ passionis nostri Redemptoris piè hortamur in Domino.

CAPVT X.

De Capitulo culparum particula 34. ibidem.

PRO salubri quoque status nostri manutentione & puritatis ac pacis augmento statuimus firmiter & ordinamus iuxta Benedicti 12. constitutiones, quod Capitulum culparum fiat, & teneatur perpetuò ad minus tribus diebus cuiuslibet septimanæ in quibuscunque conuentibus ordinis nostri, & etiam in locis eiusdem ordinis, in quibus erunt saltè tres vel quatuor fratres cum præsidente, quemadmodum in pluribus religionibus etiam diebus singulis obseruatur laudabiliter. In quo quidem Capitulo culparum quotidianæ culpæ & negligentiæ prius communiter & postea singillatim, & specificè & plenè, etiam vulgariter recognoscantur, humiliter & debitè corrigantur inci-

incipiendo à minoribus vel nouitijs, aut laicis fratribus vsque ad maiores inclusiuè.

CAPVT XI.

De pestilentibus & incorrigibilibus debitè compescendis, vel ab ordine eijciendis, particula 33.

FRatres denique pestilentes & incorrigibiles cum suis excessibus conscriptis & examinatis fideliter per ministrum vel custodem, seu Visitatorem aut conuentum ad prouinciale Capitulū transmittantur. Quod si adeò incorrigibiles fuerint, vt nec culpam humiliter recognoscere, nec pœnitentiam condignam recipere vel subire voluerint, carceri mancipentur. Si verò pœnitentiam recipiant & correctionem promittant, cum misericordia eis pœnitentia imponatur. Quam si portare contempserint, ad consueta vitia reuertentes: in sequenti Capitulo carceri mancipentur, & alibi vel etiam extra prouinciam transferantur. Pestilentes tales dicimus communis pacis & charitatis continui turbatores, siue conrixando & assiduè litigando, siue seminando odia & scandala inter fratres vel seculares verbo, scripto aut facto: notabiliter collectiones seu colligationes contra fratres seu contra prælatos facientes, correctiones prælatorum contemnentes, prælatis suis & constitutionibus inobedientes, dissolutissimi & indisciplinabiles, in religione notabiles & scandalosi, aut non nisi cū multo murmure obedientes. Tales pestilētes sub pęna priuationis

officij

officij per custodias inquirere teneantur,& prius diligenter corrigere,vel de loco mutare, vel sub magistro nouiciorum vel iuuenum, vel sub alio probo patre reponere:& si emendati non fuerint ad prouinciale Capitulum cum scriptis ad Ministrum puniendos destinare teneantur, & quamdiu de eorum emendatione non apparet, sint priuati vtraque voce in electionibus. Si tandem tales aliqui scandalosi & incorrigibiles forent in sua malitia obstinati, vel diutius perseuerantes, vel ad verum reformari aut emendari nolentes, sed potius reformationes impedientes, & reformatos ac reformantes frequentibus molestantes, vel vbi nulla esset spes vel apparentia de eorum reformatione vel emendatione,prouinciales habito consensu generalis ministri vel vicarij eius, vel saltem cum consilio custodis ac Gardiani pestilentes,tales de ordine expellant & eijciant, habitum vel capucium coram conuentu siue formam communem caputij eis publicè auferēdo, & aliam formam habitus & tunicæ etiam colore dissimilem eisdem præbendo. Quam sub pœna excommunicationis tenere cogatur,vel aliàs eosdem perpetuò carceri tradant. Et nulli postmodum liceat taliter electos ab ordine recipere,nisi vbi constaret de iniuria iniustæ electionis,vel vera contritione,vel emendatione electi, & de speciali licentia Ministri:spectant etiam ad Disciplinam in Statutis Franciscanorum sequentes particulæ,quas strictim recenseo ex septimo capitulo, & primo qualiter prælati in corrigendo non tenentur seruare stylum & apices Iuris, & qualiter subditi

Particulæ variæ de disciplina.

subditi ab his non possint appellare. 9. particula, folio 23. De pœnitudinibus publicorum transgressorum in casibus reseruatis. vndecima particula, folio 24. Declaratio de carnis peccatis reseruatis, & qualiter etiam tales in foro exteriori legitimè conuicti & confessi debeant puniri. particula 12. fol. 24. Punitio legitimè conuictorum in receptione denariorum vel furto rerum 13. particula, fol. 24. De pœnis indebitè minantium vel percutientium 14. part. f. 24. De falsis accusationibus & falsis testibus. 15. part. f. 24. De diffamatoribus vel libellos famosos proijcientibus. part. 16. f. 25. Contra falsarios sigillorum, 17. part. fo. 25. De scandalosis puniendis, 19. part. f. 25. De infamatoribus puniendis, 20. part. f. 25. De dolosis & secretis etiam infamationibus & turbationibus aliorum vitandis, ac pœnis talium, 21. partic. fol. 25. Quod personæ accusantes nullo modo reuelentur accusatis, nisi in casu &c. & de pœnitentia talibus imponenda, 22. part. fol. 25. Qualiter puniantur improperantes culpas & contumelias irrogantes & contendentes, 25. partic. fol. 25. De pœnis contendentium contra suos superiores, aut eos contemnentium vel irridẽtium, vel eorum obedientiam vel correctionem siue reformationem spernentium, aut contra eos vel alios conspirantium, 26. part. fol. 26. Pœnæ obloquentium contra summũ Pontificem, Cardinales & ordinis prælatos, contra Ecclesiæ sanctæ & ordinis iura & constitutiones, & reformari nolentium, vel reformationes impedientium, part. 27. fol. 26. De pœna blasphemantium Deum & sanctos, & aliorum grauium

criminum 28. particula fol. 26. De pœnis proprietariorum, particula 29. fol. 26. Contra lusores ad taxillos seu alearum ludos, 30. partic. fol. 26. De apostatis eorum punitionibus & arctationibus constitutio generalis Capituli, 31. particula, folio 26. De modo recipiendi & absoluendi apostatas pœnitentes, & quoscunque fratres excommunicatos, particula trigesima secunda, folio vigesimo septimo. De adhibendis ad consilia fratribus & modo tenendo in eis, 25. partic. folio 27. De incarcerandis, 37. partic. folio 29. Quod nullus pœnitentia, quam imposuit superior eius prælatus absoluat. 38. part. folio 28. Declaratio amplior censurarum, excommunicationum, pœnarum præsentium statutorum, particul. 39 folio 28. in 8. Capitulo, 16. part. fol. 31. De visitationibus & correctionibus prælatorum. Facta electione discreti conuentus, statim antequam procedant fratres ad electionem Gardiani, Gardianus coram suo conuentu prostratus publicè se accuset, & culpam suorum excessuum recognoscat humiliter, & tũc vicarius eius Capitulo præsideat, & pœnitentia ei imposita de excessibus eius & defectibus per obedientiam singulos requirat in ipsius Gardiani absentia. Et singuli fratres inquirenti bona fide respondere teneantur: & eo reuocato excessus eius eidem cum modestia coram fratribus demonstrentur. Gardianus etiam capitulum teneat quãdo de excessibus ministrorum, aut Visitatorum aut Vicariorum ordinis, aut custodum & eorum insufficientia, & de alijs transmittendis ad Capitulum generale vel prouinciale aut custodiale

per-

perquiritur. In prædictis aut inquisitionibus tam reuelantes accusantium nomina quam inquirentes, debitè iuxta modum & formam in præcedenti capitulo taxatam puniantur. Custos aut in huiusmodi perscrutationibus ministrorum & Visitatorum ordinis ac Gardianorum, si sit in conuentu, Capitulum teneat: & cum de ipso fit inquisitio Gardianus teneat capitulum ipsum, & in sua Visitatione tempore Capituli prouincialis vel custodialis à discretis custodiæ in modo & forma prædictæ Visitationis Gardiani fienda defectus sui eidem recitentur & debitè corripiatur, nisi tales essent excessus, qui ministri, vel Capituli prouincialis, vel diffinitorum correctione, vel punitione indigerent, hoc autem scrutinium vltra vnius diei spacium nolumus prolongari. Et nihil graue contra ipsos Ordinis prælatos per modum iuridicæ vel publicæ accusationis portetur ad Capitulum, nec scienter omittatur, quin fuerit diligenter discussum, examinatum, probatum legitimè & in terminis explicatum, & à maiori parte fratrum conuentuum, & locorum fideliter conscriptum, lectum & sigillatum coram omnibus fratribus loci sigillo, vt ad prouinciale generale, custodiale Capitulum destinetur, vtpote illud quod de genere actus est mortale peccatum, vel inducit notabiliter aut includit relaxationem regularis obseruantiæ, vel declarat insufficientia manifesta, & nullus impediat talia fieri & approbari, & quin ad ipsa capitula transmittãtur & quicunq; contra fecerit, à Capit. repellatur, & nihilominus grauius puniatur, & idẽ de scribẽdis

ad generale Capitulum. Quando autem discutiuntur, mittenda ad generale Capitulum diligenter crimina grauiora, si quæ fuerint examinentur quæ proponantur. Et in speciali inquiratur ab eo qui accusat, de facto si vidit, vel de verbo si audiuit ab eo qui accusatur, & inquiratur de loco & tempore: & hæc forma in quacunque visitatione & accusatione grauium criminum seruetur. Possint tamen & debeant per modum aduisamenti & filialis correctionis, non per modum iuridicæ accusationis, de multis etiam, quæ videntur leuiora ad cautelam bonam dicti prælati à subditis in caritate accusari & auisari, & moris est apud multos, ne minora negligendo & non ponderando aut curando, citò in maiora incidant, sicuti olim in ordine factum fuisse videmus. Excessus autem notabiles, ministrorum, custodum, Gardianorum & aliorum, si qui sint corrigendi, coram illis tantum, qui nouerunt excessus in Capitulis audiantur, & qui corrigendi fuerint corrigantur, nisi talis sit excessus, qui foret pœna publica puniendus. De electione, iuramento & officio diffinitorum Capituli & eorum correctore. parti. 28. fol. 34. De renunciatione & Visitatione ministrorum & eorum correctione. part. 31. f. 34. De causis suspensionis vel depositionis ministrorum prouincialium, 32. part. fol. 34. Quod ministri & alij extra Capitula indifferenter nō deponantur. par. 34. f. 35. Qualiter obseruari & teneri debeant sententiæ & diffiuitiones Capituli & necessaria ibidem ordinari, part. 35. f. 35. Qualiter sententiæ criminum ferantur & registrentur, ac duobus libris

semper

semper à miuistris habēdis,38.part.f.35.De excessibus ministri generalis & prouincialium ac visitatorum & ordinis visitatorum ad capitula generalia scribendis,39.part.fol.36.De Capituli generalis celebratione 41.part.f.36. De diffinitionibus Capituli generalis ac renuciationibus ministrorum,42.part.fo.36.De visitatione generalis ministri,44.part.f.36.Processus incluſorum qualis esse debeat,45.part.fo.36.De causis depositionis generalis ministri & amplioribus pœnis illum non visitantium nec in casibus deponentium,46.part. f.37.Decimum Capitulum. De visitatoribus fratrum & totius ordinis,1.part.f.40. Qualiter ordo debeat visitari per generalem ministrum, 2.part. f.40.Qualiter etiam debeat totus ordo visitari de triennio in triennium per duos specialts visitatores vicarios generales obseruantes coadiutores generalis ministri,3.part.f.41. Quales & quomodo debeant extunc institui vicarij & visitatores generales præfati ac visitari & de eorum potestate.4 part. fo.41. Modus procedendi in visitationibus generalis ministri & visitatorum ac vicariorum ordinis 5.par.f.41. Qualiter etiam status prouinciarum ac prælatorum ordinis debeat Capitulo generali declarari à Visitatoribus &Vicarijs generalibus ordinis,6.part.f.42.De excessibus publicis, etiam sollicitè à generali & Visitatoribus & Vicarijs generalibus extirpandis & reformandis,7.part.f.42.De secretis excessibus à Visitatoribus.& ordinis prælatis non reuelandis, 8. partic. folio 42.De accusatione excessuum talium ordinis visitatorum & vicariorum generalium,9.par-

ticula folio 42. De visitationibus faciendis à ministris prouincialibus,10.particula,folio 42. De visitationibus custodum & eorum officio,11.particula, folio 42. De visitationibus quotidianis à Gardiano faciendis,12.particula,folio 43.De commissarijs & visitatoribus particularibus aliquorum conuentuum ordinis,13.particula, ffolio 42. Qualiter à prælatis debent foueri excellentes in deuotione & obseruantia strictiori,14.particula, folio 43.

CAPVT XII.

De Disciplina Benedictinorum, & quæ eadem est, Bernardinorum.

Bernardus in serm. de S. Benedicto Benedictus legifer noster.

De disc. Monastic. Benedictin. & eius reformatoribus multa habet D. Arnoldus VVion in libris quinque Ligni Vitæ, li.1.2.3.4.5. & li.5.c.13. ex Beda li.2. hist. Angl.c. 4.quod Bonifac.4.concentu Episc.

QVoniam Regula S. Benedicti est passim obQuia,tantum decerpam & quasi digito indicabo ea,quæ ad nostrum spectant argumentum. ca. 58. regulæ agitur de disciplina suscipiendorum fratrum,cap.23. De excommunicatione culparũ, cap. 24. qualis esse debeat modus excommunicationis,cap.25.de grauioribus culpis, capitulo vigesimo sexto.de his,qui sine iussione Abbatis iungunt se excommunicatis, cap 27. Qualiter Abbas sollicitus esse debet circa excommunicatos: cap. 28. De his qui sæpius correpti sese non emendauerint, cap. 30. De pueris minore ætate qualiter corrigantur, cap.44. De his qui excommunicantur,quomodo satisfaciant, cap. 46. De his qui in aliquibus leuibus delinquunt. Cardinalis Turrecremateus in explicatione Regulæ S. Benedicti, in

in cap. 2. tractatu 12. agit de multis malis, quæ proueniunt ex dissimulatione culparum. Idem tractatu 21. cap. 4. de abrenunciatione & castigatione carnis, idem tractatu 55. cap. 5. de obedientia discipulorum qualis esse debeat, & in capitulo vigesimo primo, tractatu 80. De Decanorum & Præpositorum correctione, in cap. 23. tractatu 83. De excommunicatione delinquentium, & quod sit amanda correctio, in capit. 24. tractatu 83. De qualitate & modo excommunicationis, in capit. 25. tractatu 84. De grauioribus culpis, vbi de causis, propter quas timenda est excommunicationis sententia, in capitulo vigesimo sexto, tractatu octuagesimo quinto. De vitandis excommunicatis, in capitulo 27. tractatu 86. De sollicitudine, quam debent habere Prælati circa excommunicatos & delinquentes ne pereant, in cap. 28. tractatu 87. De his qui se nolunt emendare, quamuis correpti, & quam graue malum sit incorrigibilitas, in quo capite ponuntur septem gradus disciplinæ regularis, in capitulo 30. tractatu 89. Multa de correctione & institutione puerorum, in capitulo quadragesimo quarto, tractatu centesimo nono. De satisfactione excommunicatorum vel pro leuioribus, vel pro grauioribus culpis. in capitulo quadragesimo sexto, tractatu centesimo & vndecimo. De emendatione culparum, quæ in exterioribus quibuslibet, vel etiam in sola conscientia committuntur, in capitulo quinquagesimo octauo, tractatu centesimo vigesimo quarto. De disciplina suscipiendi fratres ad religionem, vbi de discretione habenda à Prælato

Romæ habito labentem monachorū disciplinam coercuerit.

in ipsorum receptione, in capitulo sexagesimo secundo, tractatu centesimo trigesimo sexto. De sacerdotibus Monasterij & eorum ordinatione vel correctione, in cap. 63. tractatu 137. De singulari cura habenda circa nouitios, in cap. 65. tractatu 140. De correctione Præpositi. Smaragdus in cap. 23. Regulæ S. Benedicti. De benedictione culparũ, in cap. 24. Regulæ, Qualis esse debeat modus excommunicationis, in cap. 25. de grauioribus culpis, in cap. 28. Qualiter Abbas esse debeat sollicitus circa excommuniçatos, in cap. 28. De his, qui sæpius correpti emendare se noluerint. in cap. 30. De pueris minoris ætatis qualiter corripiantur. in cap. 44. De his, qui excommunicantur, quo modo satisfaciant, in cap. 46. De his qui in aliquibus leuibus delinquunt, in cap. 58. De disciplina suscipiendorum fratrum. Hæc obseruata ex regula S. Benedicti & eius interpretibus propriè ad Disciplinam pertinent, quæ studiosus Lector inspiciat: nam breuitatis amore ista describi non possunt. etenim iustum librum vel sola implerent.

Trithemias Abbas quatuor libros scripsit de Viris Illustribus ordinis Sancti Benedicti, in quorum priore capite septimo eleganter docet vigente disciplina & moribus reformatis admodum creuisse ordinem in bonis spiritualibus & temporalibus, inter cætera in fine capitis sic loquitur, conseruauit ordinem multis temporibus in sua prima institutione industria prælatorum, studium scripturarum; zelus disciplinæ & correctionis ſueritas, capite octauo sequentis

libri

libri prioris contra ostendit quãdo deferbuit zelus Disciplinæ & correctionis seueritas, quando amor terrenus ordinem disciplinæ confudit defeciſſe optimum calorem sanctæ religionis. spiritualibus autem neglectis iusto Dei iudicio etiam temporalia defeciſſe. cap. 9. seq. recenset octo particulares Reformationes factas temporibus diuersis, nullam autem generalẽ ordinis reformationem factam esse affirmat. & tandem his pulcherrimis verbis concludit caput. Qui olim, filijs Israel temporibus Iudicum peccantibus, & suis demeritis aliquoties castigatis, misertus, semper prouidit saluatorem; ipse etiam ordinem S. Benedicti peccatis nostris toties collapsum, post diuturnam calamitatem misericorditer intuens, ad libertatem spiritus pristinam dignatur reformare: & qui deficientibus iudicibus colliditur, alijs surgentibus denuò restauratur, cap. 10. libri 1. ostendit multos Pontifices Innocentium 3. Clementẽ S. Benedictum 12. rebelles per censuras Ecclesiasticas ad obseruantiam Statutorum compulisse, vt quos amor Dei ad disciplinam non potuit allicere, timor potestatis adduceret, iusserunt etiam Capitulũ generale de triennio in triẽnium celebrari & mandasse etiam Cardinalem Nicolaum à Cusa Legatum per Mogũtinam prouinciam, vt irreformati infra anni spacium sub pœna amissionis omnium Priuilegiorum, reformationi colla submitterẽt. in cap. 11. allegatur c. in singulis. De statu Monachorum, vbi præcipitur, vt de triennio in triennium Capitulum generale ordinis fiat, & in eodem titulo c. ne in agro

in Clement. circa finem mandatur in Concilio Viennensi de Capitulo prouinciali celebrando & Visitationibus Monachorum, Ante Concilium Constantiense quod fuit, Anno 1417. Capit. prouincialia ordinis in prouincia Moguntina defecerant, Visitationes interierant, vnde grauem iacturam ordo sustinuit tandem instaurata est quidem Capitulorum celebratio, sed multi adhuc in deformitatibus suis perseuerarunt, quos nec Capitula emollire poterant, nec quæ olim Cardinali præstiterant iuramenta in cap. 12. De vltima reformatione Bursfeldensi Regulam Benedicti vocat normam Disciplinæ scholam omnium virtutum, & ibidem addit. Sunt autem plura monasteria, quæ ad vltimam paupertatem per monachorum insolentiam detrusa, in remedium defectus temporalis reformationi concedunt ingressum. & quidem satis iuste. Nam qui spiritualia bona negligit, temporalia bona meritò amittit, & quem in superbiam prospera erigunt, dignum est vt contrariorum, ictu ad humilitatem reducatur. Ad oculũ videmus, quæ dicimus. Ecce monachi obseruantiæ regulari rebelles, & contrarij, in multa sæpe angustia viuunt: & cœnobia destruentes, in egestate continua conuersantur. Sed cum causa martyrem facit non pœna: quicquid isti patiuntur aduersi virtutis decore priuabitur. Non enim propter Deum aduersa sustinent, sed propter voluntatis insolentissimæ libertatem, alloquitur tandem sacrum ordinem Benedictinorum. Tu ad puritatem Regulæ sacræ gressus tuorum dirigis, & quanto in obser-

uantia

uantia regulari. ferues amplius, tanto in corporis neceſſarijs eius pietate abundantius cumularis. Sed caue ne tibi ſaturitas panis & otyum, materiam delinquendi præbeant. Te lucernis comparandam exiſtimo, quibus ſi oleum deſit, citò exſtinguuntur. Feruor deuotionis ex tẽpore conſumitur, niſi prouidentiæ & Diſciplinæ fomentis quotidie renouetur. De tua perſeuerantia quid dicam, O mater fructifera? Quamdiu credam ſubſiſtes? Cum præteritorum notitia plerumque futura metiamur, liceat mihi paululũ, ſpei meæ ancoram in altum eleuare. Duo ſunt, quæ mihi ſpem magnam de perſeuerantia noſtræ vnionis polliceri videntur. annale videlicet Capitulum & Viſitatio monachorum. tandem adiungit aliam apoſtrophen ad ordinem profeſſos. Ad vos, nunc patres venerandi, conuertor, vos ſucceſſores noſtros cõteſtor, ſeruate ordinem in Diſciplina, mores veſtros ad normam ſanctæ reformationis corrigite, mundum fugite, ſeruate caſtitatem, annale Capitulum & conſuetæ viſitationis officium in robore ſuo excolite, quia quod duo oculi in capite faciunt, hoc agunt hæc duo in reformatione. Nam ſi oculos de capite videntis eruas, hominem cœcum reddis & deformem: capitulum & viſitationes ſi intermiſeris, reformationem in nihilum redegiſti. ſed vereor ne poſt deceſſum reuerendiſſimorum Patrũ, qui zelum habent diſciplinæ & reformationem magnificè dilatarunt, iuuentus noua ſibi quærat concilia, ſtatuta negligat reformationem contemnat. Scia quia exurgent multi, quales & nunc

in

in ordine surrexerunt, qui sancta Reformatione habebant exosam. Hi sunt, quos ex humilibus & abiectis Reformatio fecit excelsos, leuansque de stercore, posuit in sublime, ditauit pauperes, ex miseris fecit glorioſos. Væ tibi, qui tantorum beneficiorum immemor, matrem sanctam te glorificantem, temerate contemnis. agedum igitur vineam religionis per Disciplinam excole. cap. 13. inuehitur in persequutores sanctæ Reformationis & odia peruersorum, qui Disciplinam peruertunt. iam subiungitur in eodem opere liber Basilij Magni de Monachorum institutis siue Disciplina, ac sane recte additur in fine istius libri Basilij, quod sub præcedenti Regula sancti Basilij militarint omnes monachi Orientales seu græci. In occidẽte etiam sub eadem regula fuisse dicuntur Carmelitæ & quidam Armenij nuncupati: qui modo sub alijs constitutionibus alij, alij sub regula Augustini degere affirmantur, subiunguntur in fine libri tres Regulæ B. Augustini. sub regula Augustini militant omnes Canonici Regulares, fratres Prædicatores, Eremitani, Seruitæ, Ordo sanctæ Brigidæ, Ordo S. Hieronymi nouiter institutus ab Eugenio 4. Ordo Scopetinorum à Gregorio 12. ordinatus, Ordo S. Ioannis Hierosolomitani, Ordo Hospitaliorum S. Antonij, Ordo Cruciferorum omnes habitu & constitutionibus differentes. & in fine ponitur etiá Regula S. Francisci & Minorum cum explicatione Clementis V. seu eius declaratione super regula Seraphici patris Francisci in Concilio Viennensi. habetur ea declarario in Clementinis de verborum

borum significatione. sub hac Regula militant soli Minores.

Ex Capitulo 5. Distinctionis septimæ Diffinitionum antiquarum Ordinis Cistertiensis.

Nullum bonum irrenumeratum, nullumve malum relinquatur impunitum. Fratres ergo in culpa existenter de labore re maneant propter satisfactionem. Qui dum satisfaciunt toto corpore prosternantur ante gradũ presbyterij à Kyrieeleiso vsque post Deo gratias, &c.

Extra refectorium in lòco quo Abbati visum fuerit secundum Regulã comedentes qui post refectionem Seruitorum cum alijs non eant adbibendũ neq; illi qui pro mensę versu tertio perdito in pœnitentia sunt sed pòst alios in Refectorium eant.

Prior verò vel Supprior si in leui culpa fuerint officia sua in Ecclesia contando vel legendo, vel in benedictionibus dandis minimè exequantur.

De donis verò munusculus vel eulogijs vel literis nec dandis nec recipiendis à quacunq; persona sine licentia proprij Abbatis seruetur per omnia sicut in Regula continetur Transgressores verò ad minus in Capitulo verberẽtur, aut prout viderit Abbas modo delicti congruere pœnitentiæ quantitatem.

Qui verò scienter de silentio infra Abbatiam vel foris rupto se recognouerit vel culpabiles inuẽti fuerint vno die sint in pane & aqua & in Capitulo verberentur. Qui verò passim & de consuetudine fregerint, si læpius correpti non emendauerint:

dauerint: omni sexta feria sint in pane & aqua, vsque ad congruam satisfactionē emendationemq; & ad nutum proprij Abbatis vltimi omnium habeantur. Studeant insuper Abbates Monachi & Conuersi, vt quando ad loquendum venerint, ipsorum colloquia grauitatem redoleant, & salutem respiciant animarum, Quicunque verò contra formam Ordinis præscriptam fecerint, aut scienter fieri permiserint, prout meruerint districtius puniantur.

Si verò Monachus vel conuersus de Capitulo contumaciter exierit, & soluto Capitulo antequam fuerit extra portā humiliter pœnitueritin aliqua Domo extra terminos in regulari habitu teneatur, sequenti Capitulo in vltimo gradu recipiendus, & restituēdus ad Abbatis proprij voluntatem.

Ibidem.

Sed si quid in Abbate vel Abbatia fuerit corrigendum, & Abbas id ad mentionem Seniorum corrigere noluerit, Visitatori reseruetur. Quodsi quis transgressus fuerit, nouissimus erit omnium per annum & omni sexta feria sit in pane & aqua & nihilominus in Capitulo vapulet.

Cap. 6. Distinct. 7.

Cū ergo aliquis graui culpæ subditur accipiat in ipso iudicio disciplinam, deinde iniuncta ei pœnitentia grauioris culpæ ponēs statim Caputium in capite exeat de Capitulo in locum quem competere viderit ei Abbas, deputetúrque ei senex discretus ad solatium qui eum consoletur, & prouocet ad humilitatem, ne ampliori tristitia absor-

absorbeatur, & sicut dicit Regula oretur pro eo ab omnibus iniungaturque pro eo in Cap. oratio specialis. Debet autem Abbas attendere & corporis valetudinem, & etiam culpæ modum, nam secundum hoc debet extenuari pœnitètia & grauari Refectionem autem solus accipiat mensura & hora, qua viderit ei Abbas competere.

Conspiratores verò & incendiarij fures & Proprietarij singulis annis in Die palmarum post habitum in Capitulo Sermonem, illis qui non sunt de ordine nostro prius emissis, ab eo qui præest Capitulo cum stola & candela accensa & baculo pastorali si Abbas fuerit Authoritate Dei Omnipotentis patris & filij & Spiritussancti & B. Mariæ & omnium Sanctorum & totius Ordinis excommunicentur.

Omnes quoque personæ Ordinis, quæ processum Visitatorum suorum aut Iudicum à Generali Capitulo concessorum in visitationibus electionibus, ordinationibus, correctionibus seu executionibus impedierint, vel ipsis visitatoribus, aut Patribus Abbatibus procaciter & proterve se opposuerint, aut ista scaientibus consenserint, per se, per alios literas, preces, minas insidias, vel auxilia potentum aut sæcularium procurando eadem die per Ordinem vniuersum excommunicationis sententia percellentur. & in prolatione sententiæ cum cæteris exprimantur.

Qui vero in Monachorum vel Conuersum manus violentas iniecerit (quia ipso facto excommunicatus est) ab omnibus cautius euitetur, donec ab Abbate, vel priore in eius absentia,

vel

vel priore absente à Suppriore, vel vtroque absente à locum tenente, si Abbas ita ordinauerit, absoluatur. Huiusmodi percussores seu manuum iectores secundum Abbatum arbitrium decernuntur à Capitulo generali carceri mancipari, Officiales verò talium defensores seu fautores ab officijs deponi, nec vlterius tam illi quam isti ad officium aliquod promoueri.

Qui verò in Abbatẽ simili modo manus iecerit, si ipsum detinuerit, detineri mandauerit vel procurauerit, expulerit egressam vel ingressum negauerit sententiæ Conspiratorum per omnia subiacebunt, nõ nisi à summo Pontifice super iectione & detentione manuum absoluendi, & nihilominus carceri mancipentur.

Qui verò eidem Abbati verba iniurioſa vel minas intulerit pœnæ Conspiratorũ decernitur subiacere. Et hæ supradictæ pœnæ iniuriarum Abbatibus seu Senioribus illatarum extenduntur ad Ordinis Moniales.

In singulis quoque Abbatijs Ordinis tam virorum Monachorum quam Monialium in quibus fieri poterit firmi ac fortes carceres habeantur, vbi ad arbitrium Abbatis retrudantur & detineantur indicibili vicio laborantes, fures Incendiarij homicidæ, secundũ quod sua exegerint crimina.

Cap. 7. Distinct. 7.

Si quis igitur de ordine nostro instigante Diabolo homicidium perpetrauerit si personam nostri Ordinis occiderit, occidi consenserit vel procurauerit, vsque ad mortem sub artissima custo-

dia

dia & districtissima pœnitentia teneantur. Si vero sæcularem personam vel alterius ordinis interfecerit, & sine periculo & graui scandalo in domo propria, non poterit retineri, ad domum remotissimam emittatur, in qua similem pœnam perpetui carceris cum expensis propriæ Domus sortiatur.

Si verò mutulauerit aut alio quocunq; modo percusserit, secundum qualitatem culpæ, correctionis in eum mensura taliter extendatur quod cæteris transeat in terrore.

Qui verò sine proprij Abbatis licentia ex rationabili causa & manifesta necessitate obtenta arma ferre, vel penes se habere præsumpserit ad arbitrium Abbatis grauiter puniatur.

Qui autē minatur incendiū vel homicidium, nisi in breui resipuerit, incarceretur, vel ad domum remotissimam emittatur non nisi per Capitulum Generale reuocandus.

Qui verò conuictus fuerit aut publicè confessus quod Sortilegium fecerit si Abbas fuerit deponatur. Si Monachus vel Conuersus sex diebus, duobus eorum in pane, & aqua faciat leuem culpam & per annum vltimus omnium habeatur.

Monachus quoque vel Conuersus in furto vel proprietate deprehensus per annum ad minus vltimus omnium erit & vltra quantum Abbati visum fuerit, & omni sexta feria per annum sit in pane & aqua, &c.

Cap 8. Distinct. 7.

Quæcunq; verò persona Ordinis nostri alterius personæ Ordinis malitiosè detraxerit, vel super

excessu iam emendato vel emendando exprobauerit. Si Monachus super conuictus fuerit tribus diebus vapulet in Capitulo & per mensem vltimus omnium habeatur. Si verò Conuersus: sex diebus continuus ad terram comedat, pane & aqua, vt vno pulmento contentus, & tribus diebus in Capitulo Conuersorum verberetur.

Qui verò Superiori suo detraxerit, vel modo prænominato exprobauerit grauius puniatur, secundum quod in gradum peccauit altiorem, Moniales verò & Conuersæ in casu consimili, pœnitentiam substineant Monachorum.

Si quis autem alteri crimen imposuerit, quod probare non possit eandem pœnam sustineat, quã meruisset accusatus, si impositum sibi crimen posset comprobari.

Qui verò libellum infamiæ scripserit, recepterit, retinuerit vel in medium proiecerit, proijci curauerit, vel per quamcunq; Donum transiens, vel à quocunque audiens criminã cuiuscunq; vel vitia scribere, vel scripta recipere, siue secum portare malitiosè præsumpserit: tam scribens quàm recipiens, quam etiam tradens, portans vel retinẽs, seu prædicta quoquomodo fieri procurans excõmunicationi subdatur, & super his si deprehensus fuerit, vel conuictus à Domo propria eliminetur, non nisi per Capitulum generale reuersurus, Prior vel Supprior ex quibus potissimè pax & perturbatio Domus pendet, qui talia sustinuerint vel dissimulauerint, pœnam sustineant leuis culpæ.

Nullus quoq; de ordine nostri pro carnali con-

tagio

tagio de cætero emittatur. Sed quicnnque deprehensus fuerit, vel conuictus, si Monachus fuerit ablato ei habitu vltimus omniũ etiam nouitiorum per decennium vbiq́ue habeatur, & teneatur ad omnes obseruantias regulares.

Quicunque etiam Monachus vel conuersus de Monasterio Grangijs vel Cellarijs Ordinis inordinatẽ de nocte exisse conuincitur, tanquam deprehensus in manifesto carnis contago puniatur.

Ad detestationem autem & abolitionem indicibilis vicij propterea in filios diffidẽciæ venisse legitur ira Dei. Statuitur, vt si aliqua persona nostri Ordinis inuenta fuerit hoc vicio pessimo laborare, & fama contra ipsum à retroactis temporibus inualescit, si duo vel tres fide digni de nostro ordine deposuerint contra ipsam personam, licet intestimonio fuerint. Non minus pro legitimis testibus habeantur, & contradictum criminosum tanquam conuictum probabiliter, secundum rigorem Ordinis procedatur. De signis autem turpibus & notabilibus huius vicij, si qui culpabiles inueti fuerint, teneantur in cathenis sine habitũ regulari, & absq; rasura barbæ in loco ab alijs segregato. Si tamẽ super clusis articulis per fide dignos & per famam vt superius dictum est legitimè fuerint comprobati. Quicunq; vero pro vicio huiusmodi iam sunt carceri mancipati in eodem sint vsq; ad vltimum vitæ suæ. Cæteri verò quicunque super hoc vicio de cætero legitimè conuicti sunt, seu publicè confessi ablato eis habitu perpetuò carceri mancipentur.

De Capellanis quoque Monialium nostri Ordinis. Si quis cum Monialibus vel Conuersabus deprehensus fuerit carnaliter deliquisse, ablato ei habitu ab Ordine penitus expellatur. Nec in eodem Monasterio, vel alibi in Ordine in perpetuum licentiam habeat remanendi.

Distinct. 8. Cap. 5.

Quicunque verò Monachus vel Conuersus pro Abbatis creatione visitatione, correctione vel aliqua Monasterij ordinatione Principes vel potentes adierint, & eorum preces auxilium vel literas impetrauerint, vel personas quascunq; quæ non sunt de Ordine nostro adhæc euocauerint, vel vocari consenserint, sint eo ipso excommunicati, & deprehensi ã domo propria eliminentur sub pœna Conspiratorum. Abbates etiam qui similia fecerint, vel fieri consenserint, eo ipso pro depositis habeantur. Lucius tertius Pontifex sub pœna depositionis mandat omnibus Abbatibus Ordinis Cistertieesis, ne quid agant vel statuant, contra Ordinis instituta. Quod si secus fecerint hoc edicto irritũ sit, & ipsi Abbates depositi sint & pro Depositis nuncientur.

Alexander 4. tit. 5. Confirmat omnes libertates & consuetudines Ordinis Cistercienſis.

Idem. Nullus Diocæsanus aut alius Prælatus visitatiooes exigere præsumat.

Gregorius Archiepiscopus, Episcopus Archidiaconus vel quiuis alius Prælatus se non intromittat in electionibus Abbatum Ordinis Cistercienſ. vita vel moribus.

Hono-

Honorius 3. mandat vniuersis Ecclesiarũ Prælatis vt conseruent Priuilegia ordinis Cisterciensis. Idem etiam mandat. Innocentius 29.

Innocentius 8. inhibet personis ordinis extra ordinem appellare, neque ad sedem Apostolicã, & officialibus vniuersis Curie, nec non legatis & Nuntijs Apostolicis causas appellationum audire prohibet, Oppositum si fiat irritũ declaratur.

Ex Ordinario diuini Officij.

Ab Octaua Epiphamæ vsq; ad Pascha, Et ab Octaua Pentecostes vsque ad Natiuitatem Domini Priuatis diebus, exceptis infra Octauas Sacramenti, visitationis, Assumptionis & Natiuitatis Mariæ post primam in Hyeme, & post Laudes in Aestate recipimus disciplinas. Conuersi verò solummodo sextis ferijs.

Obserua Correctorium est locus initior carcere, cui inclusi religiosi soli in cubiculo pœnitentiam impositam peragunt. vocari potest & incluforium ab includendo, antiquus mos piorum omnium olim & non solum religiosorum ad certum tempus peragendæ pœnitentiæ causa & disciplinæ in seipsum seuerè exercendæ seipsos voluntariè etiam in secreto aliquo cubili includere & recogitare in amaritudine animæ omnes, dies vitæ suæ. Fortunatus Radegundem versibus cõmendat ab hoc pientissimo exercitio ante annos mille & centum Viguit talis Disciplina maximè in septimana sancta ante Pascha & initio Quadragesimæ & in die Cœnæ domini pœnitẽtentes enim eijciebãtur feria 4. vide Cinerum & quasi includebantur rursus in die Cœnæ Domini

D. Ioannem Beleth in feria 4. Cinerum priuilegiatur.

Ecclesiam recipiebantur. De his Disciplinæ pœnitentialis antiquitatib. plurima inuenies apud Victorium Amerinum in 2. libris de antiquis pœnitentijs. De ordine & reconciliatione pœnitentium Isidorus in Decretis lib. 11. c. 124. Iuo in Decretis Parte 15. cap. 45. & 40. vide etiam in 4. Parte Pontificalis Colonienſis. folio 162. Ordinem pœnitentium. in cap. ieiunij & conſule ordinem Romanum de Diuinis Officijs. feria 4. in capite ieiunij & Albinum Flaccum lib. de Diuinis officijs cap. 13. & librum antiquum Coloniæ ēditum. Anno 1530. apud Ioannem Soterem qui inſcribitur Ritus & obſeruationes antiquiſſimæ olim circa pœnitentes, eoſque, qui pro delictis ab Eccleſia Dei eliminandi eſſent olim diligenter & ſedulò obſeruatæ.

CAPVT XII.

De Diſciplina Carthuſianorum.

Ex noua collectione Statutorum Ordinis Carthuſienſis omnia quæ prius erant confuſa ordinatè diſpoſita complectente. Pariſijs Anno 1582.

In ca. 22. partis 2. de Capitulo generali præcipitur iterum atque iterum, ne quicquam ordinetur per quod antiquus rigor minuatur aut relaxetur, ſi quis contra fecerit tanquam rebellis eſt à Capitulo puniendus. in Diffinitorio à Diffinitoribus corrigitur charta. quando ambo viſitatores vnius prouinciæ ad Capitulum generale venire non poſſunt, debebunt vnum ex alijs Priorib. ſuæ prouinciæ cum chartis & ſtatu illius & de ſingulis ſufficienter inſtructum mittere. Priores pro-

ſtrati

strati ante Reueren. Patrem culpas dicunt & surgentes veniam petunt de negligentijs & defectibus commissis in administratione domus sibi antea commissæ. Postremò Reuerend. Pater & cæteri omnes prostrati dicunt suas culpas simul, & postea Reuer. Pater surgens absoluit auctoritate Apostolica omnes ibid. præsentes ab omnib. censuris & dispensat cum eis super omni irregularitate iniungitque singulis Litanias & pro fractione silentij omnes Priores ab eo recipiunt Disciplinam. quod si quis Prior per se vel per subditũ instituta Capituli contumaciter violare præsumpserit, cum id constiterit in conspectu totius Capituli culpam confessus, extra egrediens, nudatis pedibus, vestimentisque pro consuetudine detractis: virgas portans ante totius Capituli generalis conuentum pro suscipienda humiliter disciplina reuertatur. Idem quoque similem in domo sua pro simili culpa pnblicè probata vel confessa, subiectis suis imponit disciplinam Regressi Priores à Capitulo generali vel charta correcta recepta, faciunt eam in conuentu legi. Reuerendus Pater in Capitulo generali duplicem habet vocem vbique in tractatibus ad rigorem ordinis conseruandum. Viua voce vel per literas proclamantur culpæ. Denunciantes falsa tanquam fallarij sint in disciplina criminosorum ad ordinis voluntatem. ex capite vigesimo tertio de Visitationibus Parte appellare à correctione nemini licet. si quis contra fecerit cellam pro carcere & ordinem in victualib. teneat. Visitatores tamen non debent in corrigendo modum excedere.

Vide etiam cap 8. de Capitula in quo singulis diebus Dominicis recognoscũt suas culpas & ob

fractionem silentij accipiunt disciplinas virgarum.

In charta scribuntur culpæ & peccata, quæ visitatoribus in scrutinio referuntur. Qui iudicatur & condemnatur, ille idem inchartatur, quales sunt culpabiles, criminosi. Visitatores etiam Prioribus imponunt Disciplinas. Visitatores considerata diligẽter charta visitationis præcedentis, quicquid in ea innenerint obseruandum, in sua apponant, & præcedens charta deleatur. In charta visitatores non inserent nimias laudes, aut asperiores reprehensiones sed puram veritatem simplicibus verbis. Posthæc in Capitulo Monachorum, quæ ad Monachos, quę verò ad laicas pertinent in conuentu eorũ recitent, suisq; sigillis paruis muniant: chartamq; ipsam omnia continentem trãdant custodienda Priori vel Vicario. Ipsius verò chartæ, quæ ad Monachos in Cap. Monachorum, quæ ad laicos pertinent, in Capitulo ipsorum: singulis annis in festo S. Ioannis Euangelistæ & feria 2. Paschæ legantur. Denique lecta charta Visitatores, quoniam in multiloquio non deest peccatum Confiteor cũ toto conuentu prostrati dicant & Visitator ab omnibus censuris omnes absoluat Cartarum domorum, quas visitant, Copias clausas & sigillatas fideliter quam citius poterunt super anno expensis domorum, visitatarum mittãt ad Carthusiam, per omnia similes illis, quas relinquunt in domib. visitatis, nec differant vsq; ad Capit. si fieri possit, vt congruo tẽpore possit eas Reuer. Pater videre. Et caueant ne cliqui extranei eas chartas videant, vel illarum Copias. Donec charta recitata fuerit, cum Visitatoribus durante Visitatione nullo modo comedant Priores, Rectores

ctores Vicarij Monialiũ & Procuratores. Forma Visitationis hæc est. Congregatis Monachis Domus, quæ visitatur & eiusdem Priore præsente, Visitatores ingrediuntur Capitulum, dictoque â Priore Domus Benedicite, primo legitur à Visitatore vel Conuisitatore, iuxta morem prouinciæ Capitulum præsens. Et postea præmittitur, quę in Capitulo generali consueuit fieri oratio, scilicet Psalmus: Ad te leuaui oculos, quem Psalmum Visitator inchoat, & subiungit preces & orationes consuetas; quibus finitis dicit Benedicite: & alter ex Visitatoribus aliquam de obseruantia ordinis, de obedientia, de proprij pastoris reuerentia facit secundum quod sibi videtur, exhortationem. Qua finita legitur ev integro Capitulum sequens 23. de Reprehensione, vt monachi audientes valeant reminisci, si quis in his deliquerit, quæ dicto Capitulo prohibentur, & id Visitatoribus syncero animo denunciare possint. Lecto prædicto Capitulo, Visitatores præcipiunt omnibus ibidem congregatis, vt de Priore, de seipsis ad inuicem, de Conuersis, de totius Domus statu, quicquid super his, de quibus interrogati fuerint, accusatione vel emendatione dignum verè & pro certo cognouerint, singuli edoceant euidenter & syncerè nullctenus amore, vel odio seu timore cuiusquã aliave quacunque occasione veritate suppressa: ne cum graui etiam periculo animarum, grauem & ordinis incurrant disciplinam. Qui enim sciẽter negligunt reuelare visitatoribus ea, quæ tenẽtur reuelare, non possunt absolui, nisi per proprium Priorem, aut si quod celatum est pertineat ad

Priorem, per Vicarium, cum iniunctione salutaris pœnitentiæ: & si de hoc fuerint conuicti vel confessi, cum iniunctione septem abstinẽtiarum, In inquisitione culparum præceptum obedientię habetur pro iuramento. Possunt tamen Visitatores in grauibus casibus pro reuelanda plenius veritate præcipere sub pœna excommunicationis, & etiam exigere iuramentum. De monachis & conuersis per monachos fiat inquisitio. Visitatores non credant omni spiritui, nec aliquem ex sola suspicione condemnent. Facto præcepto & allata præcedentis Visitatoris carta, & in conspectu omnium lecta, Prior & monachi ad Cellas redeunt, & à singulis, quæ fuerint inquirenda, Visitatores diligenter inquirant. Verumtamen poterunt Visitatores pro scrutinio faciendo conuocare Monachos sigillatim, ad locum sibi pro habitatione assignatum, qui nunquũ eis in clausstro assignetur, vbi alius locus extra clausstrum eis cõmodè assignari poterit. Sollicitè inquirant de negligentia Priorum, si excessus corrigantur, si sint nimis secu lares vel carnales &c. per ipsos enim viget vel deficit ordo in domibus: hic ponuntur de multis rebus faciẽdæ Interrogationes in secreto scrutinio. Scrutinio perfecto omnibus rursus Capitulũ con uocatis districtè præcipiant, ne reuelentur secreta. Eandem formam Visitatores seruabunt in Cõuersorum & Donatorũ personis ad vniuersa sigillatim à à singulis inquirenda studio attentiori precedant. Ex c. 24. De Reprehensione. Initio conqueruntur translatos esse terminos, quos statuerunt Patres nempè terminos regulariter viuendi &

præ-

præsentem conuersationem à patrum conuersatione plurimum dissentire, vnde timent & sollicitè præcauent, ne ad statum multò laxiorem, quá nunc est, in processu temporis inclinetur. Sed sicut in Esdra legitur, quod in transgressione prima fuit manus Principum. sic hodie nostræ transgressionis causa esse videtur, remissio vel negligentia quorundam Priorum. Negligentia, quia videntes delinquere subditos non corripiunt, vel eis debitam disciplinam non imponunt Remissio, quia sibi & subditis in subuentionibus corporis nimis propitij, dum misericordes videri volunt, fiunt remissi. Audiant, qui huiusmodi sunt, quoniam propter peccata populi in Numeris iussi sunt principes suspendi, & in Ezechiele sanguinem subditorum de manu Pastorum Dominus se requirere comminatur. Sunt, qui gregem sibi creditum non custodiũt. Custodiat eum qui custodit Israel. Istis clamat Zacharias Propheta. O custos & idolum derelinquens gregem. Qui enim derelinquit gregem, pastor est solum nomine, idolum inutilitate. Quidam eneruant eremiticum rigorem, dum nulla sequitur correctio in vestibus & equitaturis preciosis & lautitijs multis, idque spreto Deo, cuius erga nos ipsum Capitulum agit vices. Generale Capitulum firmiter iniungit vniuersis & singulis tam Prælatis, quam subditis, vt cùm nouerint inordinatos excessus, vicissim sese charitatiuè fortiterque discretè tamen & in spiritu lenitatis reprehendant, & hoc maximè faciant antiquiores, licet omnes teneantur ad correctionẽ fraternam: quod si emendatio non sequatur, denun-

nun-

nuncietur primò Visitatoribus,& si ipsi non prouiderint, tunc demum Reuerendo Patri Carthusiæ vel Capitulo generali: alioquin communicarent peccatis alienis,ostenditur inde qui quos debeant reprehendere. Ex cap. 25. De criminosis & fugitiuis numero 18. Disciplina aurem generalis Ordinis (de qua in Statutis sæpe mentio fit) talis est. Quicunque hanc incurrunt,quamdiu sunt in ea constituti,semper sunt nouitij & carent colloquio in Conuentu:singulis diebus Capituli disciplinas recipiunt,exceptis diebus quibus communicauerunt vel communicare debent. Tales etiá non habent vocem in Capitulo vel alibi in Conuentu,nec contra aliquem, nec obedientiam scilicet Prioratum,Vicariatum, Procurationem,Sacristiam donec per Capitulum generale,aut Reuerendum Patrem à tali Disciplina liberentur. Ordinem verò tenere est feria 2. & 4. pane & coquina: feria autem quinta & diebus Capituli & festis 12. lectionum more Conuentus: abstinentia ordinis obseruata. Criminosi à primo die incarcerationis eorum, & deinde per sex menses habeant dimidiam portionem panis conuentualis, & vtantur vino familiæ aut cereuisia: de pane autem familiæ quantum erit necesse, detur eis. Si quis positus in carcere nolit crimen suum confiteri & emendare, pane & aqua tantum sustentetur donec resipiscat. Fugitiui, qui vltra quinque dies redire distulerint, de cætero quandocunque redierint,non recipiantur nisi ad carceres, à quibus tamen,si criminosi non fuerint, nec secundò iam fugerint Priores eorum de consilio Conuen-

tur

tus eos poterunt educere, quando videbitur expedire. Educti verò in Capitulo viginti recipiant disciplinas, & per dies viginti comedant ad terram, & per annum generalem ordinis sustineant disciplinam. Fugitiui autem ad aliquam domum Ordinis sponte venientes, si non fuerint criminosi. id est, si nec commisso crimine fugerint, nec fugiendo commiserint, & si infra quinque dies redierint; primò reconcilientur, & deinde clament culpam suam præsente Conuentu misericordiã postulantes, & emendationem promittentes: & postea quindecim in Capitulo recipiant. Disciplinas & totidem diebus comedant ad terram in Refectorio super asserem nudum. Quicunq; monachus aut Conuersus nostri ordinis ad immunitatem Ecclesiasticam, seu alia loca ordinis priuilegiata, vt ordinis disciplinam effugiat, aufugerit & priuilegijs talium locorum se defendere voluerit, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat. Apostatæ reconciliando primo redditur habitus, & Prior adhibito secum vno vel duobus religiosis illum prostratum cum virga verberat super nudum: dicendo Psalmum Miserere, & respondente aliquo assistente, sed ipso criminoso tacente sequuntur preces cum forma absolutionis, sicut in prima parte continentur. ex cap. 26. vbi est Conclusio Statutorum. Nullus vnquam Prælatus transgressionis nostrorum Statutorum in personis subditis, sibi pro fauore eorum captando & timore vel pusillanimitate aliqua negligat vel dissimulet. Nullus Dispensationes Statutis contrarias petat vel det, nisi in casibus vrgentis neces-

necessitatis vel euidentis vtilitatis, cum D. Bernardo teste: Dispensatio absque euidenti necessitate siue vtilitate facta non dispensatio, sed dissipatio & præuaricatio iudicanda sit, & Priores non super Patrum traditiones, sed super fratrum suorum transgressiones sint constituti. Omnes igitur iniunctam sibi ab ordine curam diligenter impleant, quæ apud eos reformatione, correctione & emendatione digna sunt, reforment, corrigant, emendent: Zelum tenentes Heliæ & constitiam Matathiæ. Si quis Visitator, Prior, aut Monialium Vicarius, in corrigendis excessibus negligés & remissus, aut in licentijs dandis nimis præsumptuosus aut temerarius fuerit inuentus, & monitus noluerit resipiscere, absoluatur ab officio, & alius in locum eius obseruantior instituatur, subditos omnes & singulos monent & hortantur in Domino vt Prælatorum suorum, qui Dei vice funguntur præcepta salubria cum omni mansuetudine audiant & impleant, & si interdum errauerint vt homines, non sint in emendando pertinaces vt dæmones, sed virgam disciplinæ & correctionis patienter sustineant. In tertia parte huius nouæ Collectionis horum statutorum, cap. 3. agitur de disciplina fratrum. In Aduentu & Quinquagesima per singulas hebdomadas singulas singuli accipiunt disciplinas in domo inferiori in Ecclesia de manu Procuratoris dictis matutinis per eum. Si verò non interfuerit Procurator, dicant pro disciplina ter Pater noster, & ter Aue Maria cum venijs. Idem facit, qui non interfuit, cum à Procuratore datur disciplina. In domo ve-

mo verò superiore à Priore, vel eo absente à Vicario, ante laudes disciplinas recipiunt. Id autem fit feria secunda, nisi tunc festum Capituli occurrat, in quo casu ad tertiam feriam differtur.

CAPVT XIV.

De Disciplina Canonicorum & Capitulis Disciplina.

DIsciplina Canonicorum ex Statutis eorum petenda, quæ olim quam seuera fuerit Concilium Aquisgranense declarat, & Langhecrucius in Speculo Canonicorum & Ecclesiasticorum, & in libris sex De vita & honestate Canonicorum: remitto autem Lectorem ad singulorum Collegiorum statuta, ex quibus colligimus olim ab initio Canonicorum disciplinam fuisse non minus rigidam, quam fuerit monastica, sed paulatim magis magisque collapsa est, sicuti & monastica: vnde & statuta paulatim laxiora & moderatiora prodierunt, quæ plurimum de pristina seueritate remiserunt & recesserunt. Ovtinam adhuc expressæ antiquæ veritatis imaginem & vmbram saltem retineremus. Olim sanctiores Canonici ob disciplinam laxatam alij ad Monasticam vitam strictiorem se contulerunt, alij sub vestitu Canonico habitum etiam Monasticum gesserunt, vt in vita sancti Eusebij primi Episcopi Vercellensis, & Sancti Ludgeri Monasterienſis & passim obuium est legere.

Legito Venatorium Canonicorum Regularium per Reuer. Patrē Ioannē Monburinum Abbatem.

Baron. to. 6. Ann. & in alijs tomis suppeditat exempla.

Ioan-

Ioánes Molanus de Canonicorum vita tres libros scripsit, in quorum priore cap. 4. Cononicos docet nomen habere à regula, quod canonicè & regulariter iuxta canones Ecclesiasticos viuere omninò debeãt iuxta disciplinam, vt latè & doctè ca. 4. libr. 1. deducit Molanus: quam etiam antiqua Disciplina & priscus viuendi modus fuerit præstans, docet eodem libr. 1. c. 6. 7. 8. 9. 10. ostendit autem tum eorum fuisse disciplinam optimam, ci adhuc initio communem vitam agerent, lib. 1. ca. 13. Postquam autem Canonici communem vitam deseruerũt & proprietariam elegerunt, mox dissolutio disciplinæ & liberrima eorum vita est exorta, vt demonstrat libr. 1. cap. 14. & 15. Quam pulchram autem initio vitam duxerint, explicat Molanus lib. 1. ca. 16. quod inscribitur de Regula Canonicorum, De eorundem castitate ca. 18. & quod Canonici regulam suam transgredientes censeantur esse periuri cap. 20. lib. 1. Quantus autem olim fuerit rigor Disciplinæ & Pœnitentiæ tum priuatæ tum publicæ seueritas apud Canonicos explicat cap. 21. lib 1. nam prima decantata regula legebatur, & pro qualitate & varietate excessum culpæ in Capitulo quotidie puniebantur, vt fusè & variè ibidem docet Ioannes Molanus, & sequenti capite 22. de Disciplina Capitulari memorabile & stupendum profert exemplum ex Thoma Cantipratensi lib. 2. Apum, cap. 39. vbi Decanus Rhemensis Canonicos viriliter pro excessibus corrigebat, & quoque Henrico ex regali genere orto Archidiacono Rhemensi & præsuli Catalaunensi, quod exequijs Alberti Leodiensis Episcopi

scopi iniustè à militibus Henrici Imperatoris occisi sine veste nuptiali interesset cum multa turba nobilium, disciplinam dedit. nam cadauere sepulto Decanus omnes Canonicos ad Capitulum vocauit & dixit electo, Nondum, vt credo, Archidiaconatum aut Canoniam resignastis cui electus. nondum, inquit. Surgite ergo, ait Decanus & dorsum ad disciplinam coram fratribus præparate, eò quod sine veste nuptiali chorum cum Canonicis contra regulam introistis. Accepta ergo à manu Decani valida disciplina, electus coram omnibuss dixit. Gratias ago Deo & patronæ Ecclesiæ Rhemensis eius pijssimæ genetrici, quod te talem in hoc regimine derelinquo. Hinc magis locum istum deligam, & in sede ista dignã seueritatis memoriam venerabor: hæc dicens Archidiaconatum & Canoniam resignauit, & in se se verum esse ostẽdit illud vulgare prouerbium. Quanto caput altius tanto collum mollius. Cùm autem Disciplina Canonicorum successu temporis valdè corruisset plurimi insignes viri collapsam Disciplinam reformarunt, & in eadem vita regulæ obseruãtiam instaurarunt, de quibus copiosè agit Molanus cap. 23.

CAPVT XV.

De Disciplina Regularium.

DE Disciplina Regularium in Roseto exercitiorum spiritualium Abbas Ioãnes Monburrius in Dietario exercitiorum capit. 9. De Capitulo disciplinæ. Congregate vos in domo disciplinæ. Con-

De Theodoro monacho indisciplinato horrenda. Baron. t. 7 Ann. fo. 655. 656.

næ. Ecclesiastici 6. capite: Membro 4. ex Adamide Sancto Victore Dialogo de Disciplina vel de Capitulo Disciplinæ, religiosus defectus & culpas recognoscet, & humiliter ac apertè confitebitur & seipsum accusabit, ne in extremo iudicio accusetur coram mundo vniuerso, & vt conualescat à vitiorum morbo, & liberetur ab inferno & verbo aspero. In qua confessione debet prætendere, iuxta Bonauenturam honestatem, cautelam cum humilitate, & nudato capite cum reuerentia & timore, dimissis oculis, coniunctis manibus culpam suam de manifestis erratibus dicat: cautelam: vt paucis se expediat ne quem scandalizet occulta illic narrando, quæ in confessione sacramentali sunt dicenda. In verbis & gestu omnem præferens humilitatem & mititatem patiens suarum correptionum, vt patienter correptionem audiat & libenter pœnitentiam recipiat: quinque autem sunt rationes, quare amanda & libenter audienda vitiorum correctio. Prima ratio, quia distinguit inter hominem & diabolum qui est incorrigibilis. Ecclesiastici vigesimo primo. Qui odit correctionem, vestigium est peccatoris. Secunda ratio quod correctio vtilis est. Prouerbiorum 29. capite. Virga atque correptio tribuit sapientiam. Et disciplina tua correxit me in finem. De vtilitate Disciplinæ multa exequitur Vincentius in Speculo suo Morali. Tertia ratio est, quia defectus correctionis est noxius & valdè periculosus, quia sine illa nulla religio in vigore poterit persistere. Disciplina est siquidem religionis magistra, & vbi rigor ibi vigor. Vbi autem

tem deest correctio, ibi abundat peccati corruptio: & qui hic non corrigitur, in futuro damnabitur. In cuius typum dicitur Exodi quarto capite. Proiecit Moyses virgam & est versa in serpentem, virga correctionis in serpentem vertitur; quia qui hic non corrigitur, in futuro ab infernalibus serpentibus cruciabitur. Prouerbiorum capite decimoquinto. Qui increpationes odit, morietur vita scilicet naturæ & gratiæ. Dicitur enim Prouerbiorum capite vigesimo nono. Vir, qui corripientem se dura ceruice contemnit, repentinus superueniet interitus: breuiter omissio correctionis mater est omnis mali & dissolutionis. Quartò amanda correctio est, quia valdè cõgruit loco, in quo versamur & generali & speciali. In cælo enim & in inferno non habet locum correctio, sed tantum hic in mundo, vbi homo positus est sub virga Disciplinæ, præsertim religio propriè est locus correctionis, valetudinarium quodam & locus sanationis, ita quod qui est incorrigibilis à monasterio est expellendus, vt in regula sua docet S. Augustinus. Postremò est amanda correctio, quia aptum hominem reddit ad omne bonum, & est signum sapientiæ & virtutis. Prouerb. 9. c. Argue sapientem & te diliget. & Eccles. 10. ca. Vir prudens & disciplinatus, non murmurabit correctus. Contra verò odium correctionis signũ est insipientiæ & fatuitatis. Prouerb. 12. Qui odit increpationes insipiens est. Libentissimè igitur religiosus & claustralis debet venire ad iudicium Capituli. per quod euasurus est districtum iudicium Dei. Libenter & cum gaudio audiet

verbum duræ increpationis in Capitulo, vt liberetur à verbo aſpero omnibus alijs aſperiore, quod audituri ſunt mali in iudicio: Ite maledicti &c. Quartò libenter etiam & hilariter debet ſuſcipere & implere pœnitentiam iniunctam, tanquam vulnerum ſuorum ſanatiuam medicinam, iuxta illud Prouerb. 3. c. Diſciplinam Domini ne abijcias, tametſi enim eſt amara, valdè tamen eſt curatiua: nec enim ſine magna confricatione peccati rubigo expellitur, nec ſine amara potione noxius humor à mẽtis ſtomacho eijcitur, nec ſine acri dolore vlcus à vulnere abſcinditur. Cum gaudio igitur ſumat poculũ amaræ confectionis ob ſpem ſalutis, certus quod corripiens prælatus eſt accuratiſſimus ſuæ ſalutis medicus, & fratres, qui eum proclamant, amici, qui eius vulnus medico ſanandum ex compaſſione oſtendunt, & pœnitẽtia iniuncta ſalutaris medicina, faciens id animo correpti, quod lima ferro, fornax auro, medicina morbo. Bene ergo ait venerabilis Adam gaudere poterit religioſus illo die, quo correptus eſt in capitulo & ſatisfecit pœnitentia. Sed quia totus Capituli fructus eſt in emendatione, ideo non ſufficit, vt ſit culparum confeſſio & ſatisfactio, ſed inſuper neceſſarium, vt ſit deinceps cauta earundem deuitatio & emendatio: & hoc ſignum eſt bonæ & ſapientis mentis, ſicut è contrario nó emendari peruerſitatis. vnde dicitur Prouerb. 17. cap. Plus proficit vna correctio apud ſapientem, quam centum plagæ apud ſtultum. & eiuſdem capitulo 27. Si contuderis ſtultum in pila quaſi ptiſanas feriente pilo deſuper, non auferetur ab

eo

eo stultitia eius. Nam vt habetur cap. 3. Ecclesiastici. Peruersi difficilè corriguntur: postremò vt fructum ex Capitulo habeant, Deum pro hoc orent, vt Magister Robertus de S. Victore docet singulariter, pro his, qui enm proclamant vel corripiunt orare eo die debet, singulariqúe aliquo obsequio remunerari, quod eum reuelare velint, de defectibus & peccato, cogitando quod qui se clamat, nouacula sit Dei, & vult sibi pilos deformes tollere, vt speciosior fiat, & quod est quædam Missa de cęlo pro animæ sanitate. At Prælatus non debet cessare ab increpationibus. Paulus 2. ad Thessalonicenses 4. Argue, obsecra, increpa, cum omni sapientia & doctrina. Prælatus autem in corripiendo quinta attributa & qualitates habebit: primò erit iustus zelosus seu seuerus, sed sic, vt comitetur discretio & virtus mansuetudinis. Vnde in arca erant virga correctionis, fabulæ discretionis, manna mansuetudinis. Opus est autem discretione multa, vt correctionem sciat speciale esse opus Dei, ergo præmittēda est oratio. item vt sciat pro tempore dissimulare. Qui nescit parcere, nescit punire. item vt pro rerum qualitate iudicet. Pietas etiam necessaria est, quia ignis zeli ardere debet in loco misericordiæ & virga correctionis procedere debet de radice Iesse, id est, intentione amoris: superueniat quoque mansuetudo, & sic corripiatur & instruatur in spiritu lenitatis. Ira enim viri iustitiam Dei non operatur, breuiter miscenda est lenitas cum seueritate, & faciendum quoddam modestiæ temperamentum, vt nec multa asperitate exulcerentur subditi, nec

nimia benignitate soluantur, vt sit virga correctionis cum baculo sustentationis, consoletur pusillos & vinum cum oleo infundat cum Euangelico Samaritano: vt sic siue plectendo siue parcendo Disciplina obseruetur pro personarum qualitate, quia sanat oculum, quod sanat calcaneum & parcius cum veteranis agendum. De loco Capituli & modo carcerationis legenda insignia Opuscula Bonauenturæ de sex alis Seraphicis vtilissima.

CAPVT XVI.

Ex Bonauenturæ secnnda parte Opusculorum de sex alis Seraphin.

MOyses non passim quoslibet de populo docetur cæteris præficere, sed ex omni populo eligere viros gnaros & idoneos, qui iudicent populum omni tempore. Exodi decimo octauo capite. Qui enim suscipit officium, vt alios bonos faciat, oportet vt hanc bonitatis disciplinã prius in se studiosè exercendo didicerit, & ex frequenti vsu in habitum verterit. Vnde Dominus prius legitur feciſſe quæ post erat verbo docturus. Actuum 1. cap. Cœpit Iesus facere & docere. Insipientes indigent magistro vt doceantur, quæ ignorant. Hebræorum 5. capite. Indigetis vt vos doceamini, quæ sint elementa exordij sermonum Dei, & vt corripantur, quia peccatum semper trahit

trahit ad deterius, ſicuti vna febris præbet ſæpè incentiuum alteri grauiori & vulnus aliquando generat fiſtulam, niſi medicorum præcaueatur ſolertia. Ita qui labitur in culpam difficulter per ſe corrigitur, niſi fortioris auxilio fulciatur, in epiſtola Iudæ. Hos quidem arguite iudicatos. Ex ſex alis prima ala rectoris animarum eſt zelus iuſtitiæ; quia tanto quiſque melior eſt, quanto plus & purius odit malum. Quanto enim virtus magis diligitur, tanto magis de eius deſtructione doletur.

Cùm autem quatuor ſunt hominum genera in Eccleſia quos bonos nuncupamus: primi qui mala non faciunt, nec tamen in bonis operibus ſe ſtudiosè exercent: ſecundi ſunt meliores, qui mala nulla faciunt, & in bonis operibus ſe frequenter exercent: tertij adhuc meliores, qui malum deteſtantur & fugiunt, & bona quæ poſſunt ſtudiosè exercent, & cùm omnia fecerint quæ valent, parum adhuc feciſſe ſeſe reputant: quarti ſunt optimi qui cum prioribus bonis zelo iuſtitiæ & virtutum calent, qui non recipiunt conſolationem de ſalutis propriæ profectibus, niſi alios ſecum trahant ad Deum exemplo Chriſti. Hi dolent ob amorem Dei & proximi, & vruntur & accenduntur, cùm vident alios tranſgredi præcepta Dei. Pſalmographus. Nonne qui oderunt te & cæt. & magis dolent de grauioribus tranſgreſſionibus quam de leuioribus; qui vt eſt Romanorum ſecundo capite:

Nomen Dei per vos blasphematur inter gentes.

Verus igitur iustitiæ zelator primò cauet, ne malũ aliquod faciat vel doceat; 2. ne concedat malũ quacunque importunitate emollitus, tertiò ne faueat vel diligat fieri, etiamsi eo absente vel irrequisito fiat; quartò ne dissimulet & taceat quasi nesciens, cùm ad eum pertineat arguere & deterrere ne amplius audeant attentare; quintò, ne inultum esse patiatur, quia hoc boni procreat peccati castigatio, ne amplius peccetur. Ioannes: Iam noli amplius peccare, ne tibi quid deterius contingat. Item purgatur à peccato, ne à Deo postea durius puniatur. Prouerbiorum cap. 23. Tu virga percuties illum, & animam eius ab inferno liberabis. item quia per hoc alij erudiuntur, vt caueant peccare & similia perpetrare. Prouerbior. c. Pestilente flagellato sapientior erit paruulus, id est, tenellus. Item Prælatus Vicarius superni iudicis liberat animam suam à peccato negligentiæ officium suum sic implendo, quod quia Heli sacerdos non fecit mortis sententiam cum filijs peccantibus excepit. 1. Regum quarto. In hoc enim differunt laudabiles religiones à iam dilapsis, non quod nullus peccans in laudabilibus reperiatur, sed quod nullus impunè peccare sinatur, & peccandi aditus studiosè præcludantur, & incorrigibiles & alios inficientes eliminentur, & boni foueantur & diligantur, vt perseuerent & in melius semper proficiãt. Nam cum in Angelorum conuẽtu ante confirmationẽ, & in ordine Apostolorum sub magisterio Christi reperta sit

praui-

prauitas, quis ordo bonorum in terra sibi audeat arrogare hanc prærogatiuam, quod in eo non sit peccatum. Ioannes 13. Vos estis mundi sed non omnes. Bonis enim expedit, quamdiu sunt hic in statu merendi aliquos malos secum habere, qui eis sint maioris meriti occasio, quibus compatiãtur in malis suis contra quos zelus eorum inardescat quos corrigere laborent, quibus similes fieri pertimescant, qui eis sint tentationis materia, à quibus etiam persequutiones sustineant, ex quorum consideratione confusi humiliẽtur, quia tales non sunt, admoneantur gratiarum actiones ei referre qui eos custodit ne tales efficiantur. Si autem deessent bonis talium virtutum occasiones, merita ipsorum tanto etiam fierent minora. ad Galatas 6. ca. Quæ enim seminauerit homo hæc & metet; Nec tantũ diligendi sunt mali, seu fouendi sed tolerandi maxime, quorum occulta sunt mala & alios non inficiunt, & est spes de correctione ipsorum. Vbi vero ista defecerint, ibi sine detrimento graui non possunt sustineri, & ideo eliminandi sunt, ne putetur eorum prauitas bonis placere. Interim etiam dum toleramus puniendi sunt stimulis admonitionum, correptionum, confusionum, castigationum, vngendi etiam fomentis exhortationum, consolationũ, orationum & promissionum, si fortè conualescant de infirmitate & fortes fiant. Præcludenda est eis via peccandi & tentationis aditus obstruendi, quod etiã bonis expedit, ne oportunitas mali faciat eos deteriores. Prælatus enim Dei Vicarius cui data est potestas à Domino super familiam

ſuam, & cui debent ſubditi ea de cauſa vice Dei obedire ſi non corrigit delinquentes, ſi permittit ſub ſe vitia creſcere & conſuetudines malas oriri & iam exortas roborari & dilatari ſi videt regulares obſeruantias dilabi & trãsgreſſiones multiplicari, & pro poſſe non obuiat tam præſentibus malis, quam imminentibus triplicem, Deo reddet rationem. Primò pro ſua negligentia, quia non fecit, ad quod ex officio tenebatur. Sapientiæ ſexto cap. Cùm eſſetis miniſtri regni illius non rectè iudicaſtis, nec cuſtodiſtis legem iuſtitiæ, neque ſecundum voluntatem eius ambulaſtis, horrendè & citò apparebit vobis, quoniam iudicium duriſſimum in his qui præſunt, fiet. Secundo quia omnia peccata ſubditorum, quæ debuerat & potuerat correxiſſe & præcauiſſe imputantur ei Ezechielis trigeſimo tertio. Si non fueris loquutus, vt cuſtodiat ſe impius à via ſua, ipſe in impietate ſua morietur, ſanguinem autem eius de manu tua requiram. Tertiò per abuſionem honoris & proteſtatus ſibi collatæ, quã ad propriam gloriam & commodum retorſit & non ad quod data eſt ei Matth. vigeſimo quinto. Tollite ab eo talentum & ſeruum inutilem eijcite in tenebras exteriores, ibi erit fletus & ſtridor dentium.

Circa lapſorum correctionem diſcretio Prælati ſimul vigere debet. hic eſt ordo ſecundus, tres gemmas continens, quia triplex continentia ad hoc neceſſaria eſt, ſicuti ſunt tria genera delinquentium. Quidam enim cùm deliquerunt, mox autem intus moti à Spiritu aut foris correpti ab homi-

homine, ad pœnitentiæ remedium confugiunt. his cum clementiæ fomentis medicus ſpiritualis remedia ſatisfactionis debet adhibere ſic, quibus ſatisfaciant Deo de offenſis & proximo de ſcandalo, vt cœteri peccare magis timeant & tamen propter leuitatem remedij ipſos non pœniteat ſe pœnitentiæ ſubmiſiſſe. Galat. c. ſexto. Si præoccupatus fuerit homo aliquo delicto, vos qui eſtis ſpirituales medici, ſcilicet, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis conſiderans temetipſum, &cæt. talem ei ſatisfactionem imponite, per quam cognoſcat pondus reatus ſui ita tantũ clementer, ſicuti tibi velles alium compati ſi in ſimili peccato offenderes & hæc eſt gemma. ſecundi ordinis diſcretio talis. Alij cum delinquunt, tegunt, palliant, defendunt, virus intus latet.

Et licet Rector ex certis indicijs deprehendat ibi ſaniem putridam eſſe collectam, tamen non ita exterius erumpet, nec per euidens teſtimonium, nec per voluntariã confeſſionẽ, quod poſſit oportuno ferro apertæ confeſſionis ſecare. Si corripit, non proficit, & magis videtur vitiorum diffamator, quam viciolorum corrector, ſed monetur & diſſimulat, vritur & anxiatur tam pro anima fratris, quam pro ſe, quia non corrigit delinquentem.

Cùm ergo aliud congrue non poſſit facere, oportet diſſimulet, patientiam ſuam exerceat, & quod arguendo non valet, hoc orando obtinere laboret, vt aut Deus citius demum corrigat, aut laten-

latentem eius maliciam detegat vt aliquod remedium apponat. Sicuti dominus Iudam proditorem diu tolerauit tacite, quod eum apertè, non corripuit, donec eius iniquitas adeo creuit, quod per se patenter erupit. Quæ quamdiu latuit, licet in se letaliter ægrotaret, tantum alijs non nocuit, & ideo irreprehensibiliter potuit tacite tolerari. Matthæi 13. ca. Sinite vtique zizania cum tritico crescere vsque ad tempus messis Apocalypsis vltimo. Qui in sordib. est sordescat adhuc. Debet tamen talibus, vbi potest, cautè caueri ab occasione peccandi, & in communi moneri debent vt recipiscant. Matthæi 26. Væ homini illi, per quem filius hominis tradetur. Sed cum ad tã singulare facinus non potuisset Iudas subito proruisse, nisi diu paulatim semper in deterius prolapsus. apparet eum à domino in malo statu diu occulte toleratum, ego tacens quasi non videns. Talis ergo dissimulatio in corde Rectoris multa discretione indiget, vt in neutro à iusto deuiet. & hæc est gemma secundi ordinis secunda in pectore sacerdotis. Tertij offendunt grauiter aperte, & non recipiunt debitam correctionem, vel ficte recipiunt, quia non emendantur & alij ex ijs fiũt deteriores vel scandalizantur de ipsis, vel imitari eos incipiunt, si vident eos impunè peccare, volentes sibi parci sicuti illis parcitur. Vbicunq; ergo quatuor illa conueniunt scilicet grauiter apertè peccare, & non esse spem correctionis propter obstinationem seu inueteratam malam consuetudinem, & alios infici per eius exemplũ vel scandalizari, quia talia tolerantur, quid restat,

nisi

nisi vt ouis morbida abijciatur,& membrum putridum præscindatur, ne sana inde inficiantur & corrumpantur Matthæi 6. Omnis arbor quæ non fructum bonum exscindetur. ad Gal. 5. Vltimam abscindatur,qui vos conturbat Corinth 6. Auferte malum ex vobismetipsis. Numerorum 5.c. Præcipe filijs Israel vt eijciant è castris omnem leprosum, & qui semine fluit pollutusque est super mortuo,ne contaminent ea, cũ habitauerint vobiscum. Ad ista tamen non debet impetu ferri, sed maturo consilio prudentum & spiritum Dei & donum consilij habentium. Omnia cum consilio fac & post factum non pœnitebis, Matthæi 18. Qui scandalizauerit vnum ex pusillis illis,qui in me credunt,expedit illi vt suspendatur mola asinaria in collo eius,& demergatur,in profundum maris, hoc est cuius vita in habitu religionis magis scandalizat simplices quam ædificet,expedit vt foris missus solus damnetur quam vt per eum sacra religio contaminetur.

CAPVT XVII.

Ex Roseto Spiritualium exercitiorum Abbatis Ioannis Monburni in Eruditorio exercitiornm Titulo 2. Alphabeto 8. §. 5. De causis excidij obseruantiæ regularis.

TRithemius Abbas Spanheimensis duodecim tales causas attingit quas sequentibus versibus memoriæ causa breuiter comprehendit Abbas Monburnus, qui sic sonant. Hæ tibi collapsæ sint

sint causæ religionis Suscipis, institutis, prope, mens, studiumque vagaris: Præsul, opes, simulans non visans, tempora tendis. Prima causa indiscreta susceptio personarum inutilium. Secunda indebita & negligens primaria institutio nouiciorum susceptorum. Tertia est puerorum de proximo seu è vicino susceptio personarum. Quarta est non recta ordinem ingredientium intentio. Quinta est studij regularis & deuotionis omissio. Sexta est religiosorum frequens è monasterio euagatio. Septima est Prælatorum inutilium promotio. Octaua nimia cupiditas & sollicitudo diuitiarum. Nona debitæ correctionis omissio & dissimulatio erratorum. Decima negligens & inconsulta visitatio religiosorum. Vndecima malicia horum posteriorum temporum & dierum malorum. Duodecima nimia extensio reformationis & Capitulorum. Ex his duodecim causis quædam fuerunt apud omnes excidij rationes generales, quædam verò earum in singulis ordinibus fuerunt ruinæ causæ singulares. Generales enim causæ fuerunt, & præcipuæ malicia & negligentia prælatorum. Omissio & interruptio Visitationum Incuria minimorum cum mala intentione iuuenum, per quas quatuor communissimas causas tanta ruina contigit sub statu omnis religionis. De primo inueni quod omnis iniquitas egressa est à senioribus & quod iuxta Oseæ verbũ speculator Ephraim laqueus factus sit ruinæ, itaque misera Prælatorum conuersatio, subditorum miserabilis subuersio

uersio fuit & totius dissolutionis vel maxima occasio, sic quod omnis culpa subiectorum ex vitio & negligentia prælatorum fuit suborta, quemadmodum radix putrida causa est demarcescentis arboris, & ex vitio capitis aut morbo cordis totius fit languor corporis. In eam sententiam descendit pulchrè D. Bernardus dum ait. Mala vita & negligentia Prælatorum mater & occasio est omnis insolentiæ & deformationis religiosorum.

Plurimum enim nocet iniqua potestas, adeò quod caput impij quoque subiectos suæ impietati conformat, vt de Israelitico populo videre est, pro capite præsidentium vel bono vel malo, & de turbata Hierosolyma Herode turbato. Quare & in Numerorum libro peccantis populi culpa in principes detorquetur, quos dominus iussit contra solem in patibulis suspendi, quasi de illorum negligentia vel culpa obuenerint omnia subditorum errata. De altera quoque causa manifestè patet quod ex eo, sicuti iura & statuta habent, quod visitationes nec studiosè fiunt, nec bene obseruantur, maxima prouenit dissipatio religionis.

Si enim in singulis domibus per singulos annos in Visitatione excessus tam in capitibus quam in membris ritè corrigerentur, non tanti defectus aut scandala aut dissolutiones suborirentur. Impunitas namque excessuum incentiuum, præstat & audaciam vitiorum. Patet illud in sacra religione Carthusiensium, quæ maximè stetisse inue-

inuenitur præter cæteras religiones, ob ſtrenuam obſeruantiã Viſitationum cum alijs iuxta illud Per tria Si: So. Vi: Carthuſia permanet in vi id eſt per ſilentium, ſollicitudinem, Viſitationem. Præterea incuria minimorum occaſionẽ præbet grauiorum, ſic vt verum ſit ſapientis verbum. Qui minima negligit paulatim decidit. Sæpe neglecta ſentina fit nauis iactura, & obruitur arena, quæ vitauit grandia; Dicere in religione parua ſunt, hæc non ſunt curanda, non paruum hoc iuxta Bernardum delictum, ſed peccatum ingens culpa non parua. Hoc etenim verbum contemptum ſapit impœnitentiam redolet: blaſphemia irremiſſibilis peccatum in ſpiritum ſanctum eſſe videtur. Porrò de mala & neglecta inſtitutione iuuenum patet ad oculum, quod potiſſima ſit cauſa ſubuerſionis religionum. Puer ſiquidem, ait ſapiens, qui dimittitur voluntati ſuæ puerili ſeu laſciuiæ, ſine ſtrenua inſtitutione confundit matrem ſuam, id eſt, ſacram religionem. At ſtrenuũ magiſterium facit bonum religioſum: Hæ ſunt igitur generales cauſę euerſionis religionum cum temporum concurrente malitia.

CAPVT XVIII.

De cauſis ſpecialibus & ſingularibus & lapſus ordinum §. 6.

PRimò occurrit celeberrimus ille Ordo Canonicus non infima portio Eccleſiæ ſacræ, quippè qui (vt pace dixerim ordinum reliquorum) ordinibus omnibus & tempore & dignitate prior:

ex

ex initijs nascentis Ecclesiæ de sub sanctis, Apostolis institutus adeò efloruit vt videretur quasi Paradisus Dei sed defloruit post, decidit & exaruit, & post plurimas reformationes iterum iterumque est crebro dilapsus, vt hoc in Inuestigatorio seu Venatorio Canonicorum Regularium plenius deduxi. Cuius crebrioris recidiuationis potior causa mihi non occurrit, nisi quia iste ordo ex primaria sui institutione Ecclesijs deseruiuit, quippe qui propriè clerus Ecclesiæ erat. Vnde inter populares & gentes commixtus tandem didicit opera illorum & factus est sicut populus sic & sacerdos. Perstat enim sententia Psalmi commixti sunt inter gentes qui didicerunt opera illorum & factum est illis in scandalum. Cuius lapsus occasioni occurrere & obuiare volens sanctissimus ille, qui post hunc surrexit monasticus ordo, certum namque est hunc Canonicum subsequutum esse cum centum ferme annis Benedictum Monastici ordinis principem præcesserit Canonici Ordinis institutor D. Augustinus vt alibi plenius id ostensum. Is inquam sacer ordo mnnachorum ex Canonicorum lapsu cautior redditus commonitusque vitare occasiones ruinæ illius, declinabat omnimodò popularem commixtionem & permixtionem, malens in occultis delitescere, quam curis Ecclesiarum deseruire. Vnde & monasticum & solitarium sibi nomen assumpsit, sub quo aliquousque perstitit eatenus & permansit in vigore. Sed post vbi & ipse cœpit Ecclesiarum suscipere curas miserabiliter cœpit & iste ordo tam sanctus deformari,

præsertim accedente singulari quadam & non parua occasione ruinæ amplioris diuitiarum videlicet & temporalium bonorum exaggeratione, ita quod ex adipè & pinguedine omnis illorum iniquitas processit & filia amplæ dotationis deuorauit matrem deuotæ religionis. Qui ordo primum per Cluniacensem deinde & per Cistertiensem reformatus fuit. Sed & ab illis itum est in antiquam syluam & dilapsi sunt vt prius, quia sibi non præcauerunt à nimietate diuitiarum & temporalitatis, quæ venenum religionis, & licet ex initijs sub multa paupertate incœperunt & decimas abdicauerunt, præsertim Cistertienses vt patet ex Decretalibus. Tametsi in singulis quoque his ordinum reformationibus singulares notari poterunt rationes recidiuationis. Cluniacensium siquidem iniquitas videtur prodijsse ex saturitate panis & vacantis animi possessione otio, quod docet maliciam multam, vt in Apologetico tangere videtur oculatus ille Bernardus. Quare & Cistercienses abundè sibi præcauere volentes labores etiam rurales sibi pro bona occupatione assumserunt. Sed quia nimis in eos effusi fuerunt diuersis succrescentibus & animis nimis distractis, ideo illi deperierunt etiam. Quod contemplantes eorum contemporanei Præmonstratenses externis illis laboribus omissis, se totos laudibus diuinis & officijs infrenare volentes eatenus vsque mancipârunt, vt duas vel ternas vel plures missas cantarent in die arctissimis & multiplicatissimis sese statutis constrinxerunt. Sed est modus in rebus

sunt,

sunt certi denique fines, vltra quos citraque nequit consistere rectum. & durabile non est quod numero & metro caret. Quare citius cæteris eorum obseruantia disperijt, eò quod plus præsumpsit quam potuit: modum non tenuit & diuitias nimium accumulauit. Nimietas ergò diuitiarum ferè fuit communis causa ruinæ & excidij omnium prædictarum religionum. Quod mendicantes ordines contemplantes & sibi à lapsu præcauere volentes in altissima paupertate domino seruire cœpe runt. Sed & hi non minus cæteris imò præcæteris deformius corruerunt. Et quam causam putabimus, nisi quod populo nimis se immiscuit, & lapides sanctuarij in capita omnium platearum diuisim euagare permisit. & non satis se inter limites continentiæ & abstinentiæ continuit, quasi facti instar nostri ordinis prioris: sicuti populus sic & ipsi. A qua euagatione quia ordo ille celebratissimus Carthusiensis & reliquis occasionibus tacitis sibi præcauit, adhuc in primitiuo suo flore quotidie efflorescit. Et quia vnum omnibus deesse posteriores illi minimi (quia forsan de fortioribus illis sunt quorum sapiens cõmeminit) viderunt quadragesimalem abstinentiam priorum patrum institutis adiecerunt: sperantes huius virtutem cum cæteris prædicauerũt reprobi nõ posse fieri. Quibus tantum mendicantibus & circumcursitantibus vnum defuit totius religionis conseruatiuum exercitatio scilicet interni hominis studiũ deuotionis. Nã tametsi illis abundè forsan & plus æquo literale liberale studium adfuit scholasticæ exercitationis: vnctio

tamen non ita nec spirituale studium sacræ affectionis, de quo dictum putatur. Erudire Hierusalem ne forte recedat à te anima mea ne forte ponam te terram desertam & inhabitabilem, cõminans si verba bene attendantur & cordis sui recessum inopiam spiritualium bonorum, defectum insuper spiritualium personarum. Sunt itaque causæ excidij deuotionis & deformationum, si bene recolligamus singula malicia & negligentia prælatorum, neglectus Visitationum, incuria minimorum, negligens institutio nouiciorum, commixtio sæcularium & deseruitio Ecclesiarum, abundantia possessionum & opulentia diuitiarum saturitas panis & otyum, effusio nimia externorum laborum, nimia arctitudo statutorum & multiplicatio ceremonialium obseruationum, euagationum frequentia, inexercitatio spiritualium exercitiorum omissioque deuotionis & sacrorum studiorum. Quæ omnia vitanda forent si qua forma reformationis foret ordinanda vt latius id exequutum in Reformatorio.

CAPVT XIX.

Ex Opusculo Bonauenturæ quod Speculum Disciplinæ inscribitur.

SPeculum Disciplinæ in prima & præcipua sui parte continet. 32. capita in quibus summatim sequentia pertractantur. ca. 1. De vetustatis depositione ca. 2. de constantia meutis & cautela contra Diabolicas tentationes. c. 3. Quomodo sit necessa-

ceſſaria humilitas ad Diſciplinæ ſuſceptionem c. 4. De captiuatione voluntatis propriæ. cap. 5. De præſumptione tam in re quam in ſigno. cap. 6. De irreuerentia. cap. 7. De Diſciplina in generali. ca. 8. De Diſciplina in ſpeciali. cap. 9. De diſciplina circa Confeſſionem priuatam. cap. 10. De Diſciplina circa Confeſſionem publicam. c. 11. De Diſciplina quoad poſitionem boni in genere. ca. 12. In ſpecie. De Diſciplina circa cordis informationem & primò de Oratione. ca. 13. De Diuino officio addiſcendo. c. 14. De diuino officio in generali. c. 15. De Diſciplina Officij in Choro. c. 16. De Diſciplina Officij extra chorum. ca. 17. De altaris miniſterio curando. ca. 18. De Diſciplina circa ea quæ ad corpus ſunt ca. 19. De Diſciplina in geſtu. ca. 20. De Diſciplina in modo loquendi ca. 21. De Diſciplina circa comeſtionem. c. 22. De Diſciplina in Opere Manuali. cap. 23. De Diſciplina in geſtu membrorum. ca. 25. De Diſciplina circa habitum ſeruanda. ca. 26. De Diſciplina in officinis circa fratres. cap. 27. De modo conuerſandi omni loco ſecularium. ca. 28. De modo conuerſandi in itinere conſtitutis. cap. 29. De modo conuerſandi in Eccleſijs ſecularium. c. 30. De diſciplina in officiũ ſeruanda. c. 31. De diſciplina verborum inter ſeculares. c. 32. De diſciplina comendendi inter ſeculares. Sequuntur 25. Memorabilia in epiſtola Bonauenturæ quæ continent quaſi regulam quãdam & Statuta omnium in Chriſto pie & ſpiritualiter viuere volentium, quæ inde hauriantur ex Opuſculis nimirum Bonauenturæ.

CAPVT XX.

De Disciplina Veteris testamenti.

IObi 17. cap. Cor eorum longefeciſti Domine à Diſciplina, propterea non exaltabuntur.

Dauid in pſalm. 17. Diſciplina tua ipſa me correxit, diſciplina tua ipſa me docebit in finem Arguere peccata & quidem non tantum paucorũ ſed omnium: non in genere tantum, ſed & in ſpecie, non ſolum ſubditorum, ſed & regum ac principum non leuiter, ſed magno zelo ac feruore officium eſt ſacerdotum & miniſtrorum, ſic Exodi 12. Moyſes grauiter Aaronem & populum obiurgat ob vitulum 1. Reg. 2. Vir Dei Heli & filiorum eius ſcelus reprehendit. & 1. Reg. 12. Samuel populum ob præpoſteram petitionem regis obiurgat. idem 1. Reg. 13. Saulem arguit ob Dei neglectum mandatum. Nathan 2. Reg. 12. Dauidi pœnitentiam concionatur, propter adulterium & cœdem. & 2. Reg. 24. Gad Dauid obiurgat ob numeratum populum. & 3. Reg. 11. peccata Salomonis à Deo grauiſſimè reprehenduntur. & 3. Reg. 13. vir Dei Hieroboam ſacrificanti ſuis vitulis in Bethel iram Dei indicat. 3. Reg. 14. Ahias Silomites per vxorem Hieroboam monet de peccato. 3. Reg. 16. Iehu Propheta grauiſſimè reprehendit Baaſa. Elias 3. Reg 18. grauiſſimè reprehendit populum ob idololatriam. Baal idem reprehendit Achab ob vineam ereptam Naboth 3. Regum 21. & 4. Reg. 3. Heliſæus ſatis duriter tractat regem Iſrael. 4. Reg. 21. Prophetæ reprehendunt

Manaſ-

Manassæ peccata & pœnas prædicunt. 2. Paralipo.16. cap. Hanani Propheta venit ad Aza regem & eundem acriter obiurgauit. 2. Paralixo: cap. 19. Iesu Iosaphat acriter increpat. 2. Paral. 20. Eliezer Iosaphat increpat propter fœdus cum impio Ochozia. Prouerb. 24. Qui arguunt sunt amabiles & benedicetur eis large. Ecclesiastes 7. cap. Melius est indignari quam ridere, quia tristi vultu cor emendatur. Oseæ 5. ca. Audite hoc sacerdotes, quoniam de vobis iudicium fiet, quod estis laqueus in Maspa & retè extensum in Thabor. Oseæ 6. Dolani eos per prophetas, occidi eos per verba oris mei, & iudicia tua quasi lux egredientur. Esaiæ quingentesimo octauo. Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam & annuncia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Interdum ad exaggerationem peccati parabolas proposuerunt, quas postea grauiter accommodarunt eis, quos redarguebant. Sic Nathan ad Dauidem 2. Reg. 12. & 3. Reg. 20. Achab in parabolis obiurgatur. Interdum etiam per literas reoarguerunt peccata impiorum & ijs pœnas denunciarunt 2. Paralipo vigesimo primo. Elias Ioram regi impio misit literas & eum reprehendit. Interdum etiam externis gestibus indicabant sibi non probari peccata populi. Exodi 32. ca. Moyses iratus proiecit tabulas Legis & eas confregit ad radicem montis 3. Reg. 13 Vir Dei in Bethel negat cum rege edere aut bibere. Quod autem contra posset obijci ex Prouerbiorum nono capite. Ne corripe subsannatorem ne oderit te. & Prouerbiorum vigesimo tertio.

Auribus stulti ne loquaris, contemnit enim sapientiam sermonis tui & similia, vel non ad sacerdotum officia sunt referenda, sed ad priuatos homines vel sunt ad discrimen sanabilium & insanabilium accommodanda aut de modo intelligenda vt ex zelo Dei non aliquo animi morbo peccata arguantur. Similiter Prophetæ & sacerdotes etiam inter corripiendum de pœnis peccatorum docebant. 1. Reg. 2. Vir Dei prædicit Heli, quibus pœnis Deus eum velut affligere propter liberorum indulgentiam. eadem 1. Reg. 3. per Samuelem repetuntur ac paulò pòst correspondet euentus. 1. Reg. 4. & Reg. 3. cap. 2. & Samuel prædicit Sauli pœnas propter neglectum Dei mandatum. 1. Reg. 15. Et 2. Reg. 12. Nathan Dauidi indicat calamitates sequuturas propter peccatũ eius. & id Propheta denunciat. 2. Reg. cap. 24. eidem pestem ob numeratum populum. 3. Reg. 11. Salomoni denunciatur ira Dei ob suam idololatriam. 3. Reg. 14. Asias vxori Hieroboam indicat filij mortem & excidium familiæ. propter peccata sua, 3. Reg. decimo sexto Iesu propheta regi Baasæ ob peccata sua prædicit cum tota familia sua interitum. 3. Reg. 17. Elias prædicit famem ob idololatriam Achab. 3. Reg. 21. Elias inquit ad Achab. hæc dicit dominus. Occidisti insuper & possedisti, &c. in loco hoc in quo linxerunt canes sanguinem Nabaoth, lambent etiam sanguinem tuum. Iosaphat 4. Reg. 13. constituit in Hierusalem Iudicium Ecclesiasticum, in quo non solum causæ ciuiles & criminales, sed & Ecclesiasticæ Disciplinales tractabantur. hæc sunt verba

Iosa.

Ioſaphat in Hieruſalem conſtituit Leuitas, & ſacerdotes,& Principes familiarum ex Iſrael,vt iudicium & cauſam Domini iudicarent habitatoribus eius; præcepitque eis dicens: Sic agetis in timore Domini fideliter & corde perfecto. Omnẽ cauſam, quæ venerit ad vos, fratrum veſtrorum, qui habitant in vrbibus ſuis, inter cognationem & agnationem, vbicunque quæſtio eſt de lege, de mandato, de Ceremonijs, Iuſtificationibus, oſtendite eis vt non peccent in Dominum, & ne ira veniat ſuper vos & ſuper fratres veſtros. Sic ergo agentes non peccabitis. Amarias autem ſacerdos & Pontifex veſter in his quæ ad Dominum pertinent, præſidebit. Porrò Zabadias filius Iſmael, qui eſt Dux in domo Iuda, ſuper ea opera erit, quæ ad regis officium pertinent: habetiſque magiſtros Leuitas coram vobis. Confortamini & agite diligenter, & erit Dominus in vobis. Refertur quoq; inter proprietates & notas Eccleſiæ, piorum zelus ardens & pius aduerſus obſtinatos peccatores & blaſphemos. Pſalm. 118. Tabeſcere me fecit zelus meus, quia obliti ſunt verba tua inimici mei. Iniquos odio habui & legem tuam dilexi. Pſal. 138. Nonne qui oderunt te Domine oderam perfecto odio oderam illos, ideo mihi facti ſunt inimici. Pſalm. 14. Ad nihilum deductus eſt in cõſpectu eius malignus vel contemptus eſt, timentes autem Dominum glorificat. Pſalm. 118. Horror apprehendit me propter impios derelinquẽtes legem tuam. poſtea: Declinate à me maligni, & cuſtodiam mandata Dei mei. item: vidi præuaricantes & tabeſcebam, quia eloquia tua non cuſtodie-

stodierunt. Psalmo 138. O Deus si occideres impios & viri sanguinum declinarent à me, qui loquuntur contra te scelerata, extolluntur frustra hostes tui. Prouerb. 28. Impios prædicant hi, qui legem Dei deserunt, contra succenset eis, qui legem seruant. 2. Machab. 2. Matthias sacrificantem idolis, ad aram interficit. Quinetiam certa politia à Deo fuit instituta per Moysen, Iosuam, Iudices ac reges administrata, habuerunt etiam in Captiuitate Babylonica regem Ioachim ab Euilmerodach ex carcere dimissum. Ierem. 52. 2. Reg. c. 7. Qui si iniquè aliquid gesserit arguam eum in virga virorum & in plagis filiorum hominum. Misericordiam autem meam non auferam ab eo, sicuti abstuli à Saul, quem amoui à facie mea. & postea ob peccatum Salomonis licet decem tribus auelluntur, tamen non totum regnum aufertur. 3. Reg. 11. cap. Ecclesia comparatur arbori. Psalm. 1. oliuæ. Psalm. 51. viti. Psalm. 79. palmæ. Psalm. 91. vineæ. Esaiæ 5. cap sponsæ. Ieremiæ 2. cap. igitur vt floreat sicuti ista sic & hæc per Disciplinam excoli & exornari debet, Ecclesia vera politicè honestè agit, leges & Disciplinam seruat. Prouerbiorum 11. Integritas rectorum deducit eos, exitio est impijs à iure deflectere. Prouerbiorum 29. cap. Cùm florent impij multa fiunt scelera, sed spectantibus iustis ruent. In regno Christi est Disciplina. Psalm. 44. Equita super verbum veritatis & afflictionis propter iustitiam, & docebit te tua dextera mirabilia. Psalm. 96. Iustitia & iudicium firmamentum sedis eius. Psal. 98. Regnum huius regis iudicium diligit. Tu firmasti iudicium in æquita-

quitate & iustitiã in Iacob tu feciſti. Eſaiæ 16. Præparabitur in miſericordia ſoliũ & ſedebit ſuper eo in veritate, in tabernaculo Dauid iudicans & quærens iudicium velociter reddens quod iustũ eſt. Pſ. 44. Sceptrum regni tui eſt ſceptrum rectũ. Eſa. 42. in Veritate educet iudicium, ponet in terra iudicium & legem eius inſulæ exſpectabunt. Commendat ideo ſacra ſcriptura Diſc. puerorũ, quæ non abſimilis eſt Diſc. Eccl. Prou. 22. Stultitia agnata eſt cordi adoleſcentis, virga verò caſtigatrix eximet eam-Syracides 22. Filius non bene diſciplinatus ignominia eſt patris. Filia ferocula & matri & patri ignominia eſt exoſa quoq; vtrique & c. 30. Qui diligit puerum ſuum hic ſub fercula tenet eum, vt poſtea gaudium habeat ex illo. Qui pœdagogia in diſciplina puerum ſuum coercet, hic lætabitur. Puer qui non caſtigatur poſtea feroc it, ſicut equus indomitus, inflecte ceruicem eius dum eſt adoleſcens, & dorſum eius verbera dum paruulus eſt, ne præfractus fiat & inobediens. Prouer. 13. Qui abſtinet virgam odit filium ſuum; qui verò amat eum, quærit vt erudiatur. & ca. 15. Stultus calumniatur paternam caſtigationem, at obſeruans increpationes, callidior fit. & c. 19. Caſtiga filium tuum dum ſpes eſt fore vt corrigatur. & c. 23. Ne ceſſes caſtigare adoleſcentem, ſi percuſſeris eum virga, non morietur. ſi virga verberaueris animam eius ex inferno eripies. & capite vigeſimonono. Si caſtigaueris filium erit tibi iucundus, & adferet animæ tuæ delicias. item. Virga & obiurgatio adfert ſapientiam, at puer qui non coercetur pudefacit matrem ſuam. ibidem.

Ideo

Ideo Heli 1. Reg. 2. 3. 4. propter indulgentiam & intermissam seueram castigationem liberorum diuinitus est punitus Prouerb. cap. 26. Flagellum equo, frenum asino, virga tergostultorum. Mutuũ officium requirit disciplinam & correptionem proximi. Prouerb. 9. ca. Si corripueris sapientem diliget te. Da sapienti occasionem & sapientior erit. Si docueris iustum, erit cordatior. & cap. 10. Perferre castigationem ad vitam conducit, & deferens increpationem errabit. & cap. 12. Qui diligit castigationem prudentior erit, at qui odit disciplinam stultus est. c. 15. Audiens increpationem, sapientior erit. & c. 19. Audi consilium & admitte castigationem, vt & deinceps sapias. item cap. 23. Accommoda cor tuum castiganti, & audi sermones scientiæ. & c. 28. Qui arguit hominem, postremò gratior erit assentatore. & c. 27. Melior est manifesta correptio, quam occulta dilectio & clandestina. Item: Fidelia sunt vulnera inflicta à diligente, & oscula inimici contumeliosa sunt. ibid. Ecclesiast. 7. c. Melius est audire increpationes sapientis, quam audire canticum stultorum: quoniam sicuti vox spinarum sub olla est, sic est risus stulti: etiam hoc vanum est. Ordinem autem disciplinæ habemus Prouerb. ca. 18. Iustus primum accusat sese, & venienti proximo patet Syracides 18. cap. Corripe primum teipsum antequam iudices alios, tunc gratiam inuenies, quando alij castigantur. In disciplina autem temporis esse rationem habendam monet Syracides c. 20. Sæpe quis proximum suum obiurgat sed non satis in tempore, & prudentius faceret, si taceret. Melius est libe-

liberè proximum admonere, quam odium tenere incluſum,& qui monentem æquo fert animo, huic adfert commodum.& c.22. Qui conatur docere ſtultum, perinde facit atque ſi fragmina reſarcias in vaſe fictili, aut arcte conſopitum excites.Qui loquitur ſtulto, loquitur ſtertenti,cùm finieris ſermonem dicet. Quidnã erat:Excitat nos ſcriptura diuina ad ſuſcipiendam libenter & admittendam diſciplinam.Prouerb.1.ca.Audite paternam caſtigationem & matris (Eccleſiæ ſcilicet)legem nolite negligere,idem habes c.4.ibid. & ca.13. Filius ſapiens eruditionem paternam ſuſtinet; at ſubſannator non audit increpationem. Prouerb.10.c.Sapiens corde accipiet præcepta,& ſtultum os vapulabit.& c.13.Egeſtas & ignominia penes eum ſunt, qui caſtigationem negligit. At qui obſeruat increpationes,honore afficietur.& c.15.Qui odit increpationes moritur. Non diligit ſubſannator corripientem ſe,ad ſapientes non accedit.ibidem. Neglecta diſciplina eſt cauſa pœnarum diuinitus inflictarum.Threnorum 4.c.Viſitabit iniquitatem tuam filia Edom,diſcooperiet peccata tua.Ezech.9.c.à ſanctuario meo incipite, Deus per diſciplinam ſuam ſanat & curat nos.Ierem.30.Obducam cicatricem tibi &à vulneribus ſanabo te. Magiſtratus cuſtos eſt diſciplinæ quiſque in ſuo genere.Prouerb.11.c. Sine gubernatione corruit populus,ſalutem adferunt multi conſultores.& 20.ca.Rex ſedens in ſolio iudicij diſſipat omne malum intuendo. cap. 27. Tuum pecus contemplare & gregem cura diligenter. Syracides 10. ca. Vbi prudens eſt magiſtratus,ibi omnia

ord.

ordine procedunt. Prouerbiorum cap. 29. Cùm florent iusti populus bene habet, cùm dominantur impij, luget populus. Inobedientes & rebelles Disciplinæ ad iugum retrahendi. vide Genes. ca. 14, Supplicia sumit disciplina de impijs. vide Iosue 8. cap. 1. Regum 15. exempla. In disciplina erga supplices adhibenda lenitas & misericordia, vt Dauid Semei supplicanti promittit vitam certis tamen conditionibus. 2. Reg. 19. ca. Indignationis regis nuncium est mortiferum, at vir sapiens placabit. Prouerbiorum capite 16. Magistratus malæ disciciplinæ contra vtranque tabulam vindex est, vt latè docent sacræ literæ. Oportet etiam prælatos in causis Disciplinæ aliorum consilia audire, & admonitionibus necessarijs obtemperare. Sic Dauid 2. Reg. ca. 19. obtemperat consilio Ioab. & 1. Reg. 29. Achis dissuasu principum Philistinorum Dauidem ex conflictu cum Israelitis remouet. Salomon etiam docet in Ecclesiaste & Syracides 7. c. etiamsi magistratus summam diligentiam adhibeat, tamen non posse omnia iniusta corrigere. Noli cupidè ambire magistratum nam tuis consilijs & viribus non omnia iniusta corriges, idem comprobant historiæ omnium regum & gubernatorum. Neque decet delictis leuioribus nimis grauem pœnam statuere. Syracides 10. cap. Ne omnia ad viuum reseca in delictis puniendis, nec priuatis affectibus indulge, cùm debes exercere iudicium, Deus enim & homines oderunt superbos; nam contra vtrosque peccant.

De

CAPVT XXI.

De Disciplina ex Prophetis.

OBseruandum est in Prophetis per Iudicia Dei Disciplinam Dei esse intelligendam: & quoniam Prælati Vicarij sunt Christi in Disciplina exercenda, & ad Christi imitationem sese comparare debent hac etiam in parte; hinc ea testimonia & loca sacrarum literarum, quæ agunt & loquuntur de Dei disciplina erga peccatores, etiam accipienda sunt de disciplina Prælatorum in subditos. Ordiamur ab Esaia cap. 1. Esaiæ à versu 5. ad finem totius Reipub. deformationem malamque Disciplinam redarguit ac reprehendit. in capite & membris totoq; corpore Reipub. pulchrè autem v. 25. dicit ad similitudinem aurifabri se totam Rempublic. velle refundere tanquam nummum adulterinum, qua allegoria seu metaphora, vtitur etiam Hieremias cap. 9. v. 7. & Malachias cap. 3. v. 3. & hoc 1. c. Esaiæ v. 28. impios cum scorijs comparat, fragmẽta enim scoriæ abijcinntur, vt purũ aurum post purgationem remaneat. in capit. 3. versic. 7. comparat Ecclesiæ restauratores & curatores cum structoribus domus, qui collectis ruderibus faciunt opus rediuiuum versic. 8. dicit vulnera insanabilia. versic. 13. administrationem publicam ciuilem & Ecclesiasticam docet esse corruptam, & versiculo 17. incipit agere de disciplina & reformatione mulierum vsque ad finem capitis fusè. capite 4. versiculo tertio. Deum malum ex Ecclesia tollere paleam exurendo igni inexstinguibili, tum suorum peccata venti-

ventilando atque perpurgando ſpiritu ſancto & igni, vt Ioannes Matthæi 3. concionatur. in c 5. v. 8. denunciat pœnas ſordidiſſimæ auaritiæ, intemperantiſſimi luxus & malitiæ obfirmationiſque in malo. ca. 6. a. v. 11. ad finem variæ diuinæ pœnæ & correctiones cõglomerantur. c. 7. v. 8. & deinceps vtrique regno denuuciatur exitium. ca. 8. a v. 5. ad finem diſciplina Dei denunciatur Syris, Iſraelitis, & Iudæis. c. 18. v. 8. comparat viſitatorem ac reformatorem cum vinitore, qui luxuriantia vitis flagella cædit, vt commodius maturetur vitis & paſcatur alimento ſuo: ſarmenta amputantur & humi relinquuntur, non curantur vt vitis. c. 19. a v. 14. ad 18. in v. 14. comparat Dei diſciplinam cum medicato populo exhauriendo, quo homines perturbantur vt oberrent ſicuti ebrius in ſuo vomitu c. 22. v. 15. ad finem vſque ibi eſt denunciatio diſciplinæ in Sobinam qui reformationem publicam & priuatam, Eccleſiaſticam & politicam toto conatu impediuit. a. v. 20. ad finem prophetia eſt de ſufficiendo in locum depoſiti Sobnæ Eliachim. c. 24. toto exponuntur pœnæ & calamitates, quas per diſciplinam ſuam immiſſurus eſt Deus. ca. 28. toto. Diſciplina Dei in regnum Iſraelitarum & Iudæorum pro varietate peccatorum. c. 29. v. 6. viſitatio Domini deſcribitur per immedicabiles plagas, quæ allegoricè multa verborum congeriè deſignantur. v. 10. non plebeios tantum, ſed etiam vtriuſque ordinis Ciuilis & Eccleſiaſtici curatores ſe portaſſe ſimilitudine declarat. ca. 30. v. 13. dicit indiſciplinatos perinde facere ſua iniquitate ac ſi vectibus aut malleis iam incliuantem

murum

murum Reipubl. momento deturbarent in suas ceruices. v. 20. docet Deus se esse castigaturum virga hominum, sed non esse relicturum suos orphanos, quin à ministris & sacerdotibus assiduè corrigantur & informentur. v. 26. illustrissimam & glorioſissimam fore restitutionem & reformationem Ecclesiæ per hyperbole: erit lux lunæ vt lux solis, lux solis erit sextupla vt lux septem dierum, quo die obligauerit Iehoua sui populi fracturam, & fractionem plagæ illius curauerit. v. 30. effecta diuinæ Disciplinæ, qua profligati sunt Assyrij quatuor comparationibus optimè describuntur. c. 31. v. 9. qui cultum Dei labefactare nituntur & disciplinam euertere seipsos tanquam in furnum ardentem ingerunt in iram Dei. c. 32. v. 9. singulæ ciuitates Iudæ ad pœnitentiam prouocantur, vt anteuertant Dei disciplinam. ad finem ca. vsque & pij reformati comparantur cum exculto agro & cum beatissimis agricolis, qui agrum optimum coluerint propter venturam messem. ca. 48. v. 10. Deus in disciplina sua erga peccatores nõ agit semper summo iure, quia si ab omni scoria, vt argentum, eos expurgare vellet, omninò disperirent. inde ad finem c. 51. v. 16. agit de restauratione disciplinæ per Christum in Ecclesia, per disciplinam id quod crassum & feculentum, atque ex liquidis potionibus excerni solet, id quasi colatur & aufertur: hæc est allegoria disciplinæ Dei.

Scoriæ expurgandæ ab argento, i. spurcitia illa siue sordes, quæ ex metallo inter coquendum veluti spuma quædam abstergitur, vide Sasbodt in ca. 1. Esaiæ. Cinpulum metaphoricè Disciplinam,

id est, vitæ ac morum moderationem significat. Sasbodt in cap.22.Esaiæ,Magisterium Disciplinæ per vexationem dat intellectum diuinæ doctrinę Esaiæ 27.cap.5.

CAPVT XXII.

De Disciplina ex Prophetis.

CAp. 57. Esaiæ, a. v.7. vsque ad finem vtrunque ordinem Ecclesiasticum & popularem obiurgat iudæorum.v. 24. vt cœnum eijcitur exagitato mari, sic improbi & indisciplinati omnia ingrata Deo egerunt.c.58.v.3 ad 8.redarguit hypocrisin popularem.c.59.à v.1.ad 9.peccata tanquam causas calamitatum, quia non corriguntur, populo exprobrat.cap.64. v.3. indisciplinati tanquam in fornaci ferri seruiunt diabolo & peccato.vnde exuunt pietatem & induunt obdurationem. ca.66. v.14.Ecclesia neglecta disciplina sepulta & prostrata multis malis iacet,veluti putrida aridaque ossa per terram,sed per disciplinam diuinitus instaurantur.vide Ezechielis c.37.Ex Hieremia ca.1. v. 10. Præficio te gentibus & regnis ad exstirpandum,demoliendum, perdendum, destruendum, ædificandum,plantandum. v.13. ollæ feruenti cõparat Iudęam,quod futurum erat vt Iudæi tanquã carnes in olla ita feruerent calamitatibus.ca.2.v. 22.amplificat crimen indisciplinatæ Ecclesiæ per comparationem adulteræ κατ' ὑποθεσιν,quasi dicat,laua intro, munda, orna, compara te vtcunque voles non potest tamen celari vlla ex parte tua

tua impuritas & comparat impuritatem indiſciplinatæ cum muliere ex menſium profluuio laborante, cap. 3. & 4. ad diſciplinam pertinet. in 4. verſic. 3: comparat indiſciplinatum populum Iudæorum cum agro inculto, diu & ſpinis horrente, diſciplinam verò cum nouatione & truncatione ſpinarum vt & Oſeæ 10. c. verſ. 12. cap. 5. redarguit eos, qui iugum diſciplinæ ruperunt & fregerunt vincula: ideo verſ. 6 ſequitur pœna ideo percutiet eos leo è ſylua, lupus veſpertinus vaſtabit eos, pardus obſeruabit ad ciuitates, quiſquis egredietur ex eis, diſcerpetur: quia plurimæ ſunt defectiones eorum, numeroſæ eorum auerſiones. quæ denunciationes ſuppliciorum ob neglectam diſciplinam toto capite exponuntur, ſimiliter & capite 6. vbi verſicul. 8. indiſciplinati comparantur cum eliſo & luxato membro, & quaſi à corpore abſciſſo & alienato. verſic. 29. indiſciplinatos obduratos in ſeipſis ferreos & chalybæos eſſe & adiuncta ſibi omnia corrumpere. verè, ait Propheta, ſunt chalybs & ferrum non argentum vt videri volunt: nam tantum abeſt vt mala tanquã ſcoriæ, ab ipſis diſparentur, vt contra non magis fundi & conflari poſſint, quam ferrum aut chalybs, imò potius exſiccantur Æoli pylæ, contrahuntur & exuruntur folles, plumbumque totum (quod ad commoditatem fuſuræ adhiberi ſolet) omninò euaneſcit, quam vt liquari poſſint ad purgationem ſui. capite octauo, verſiculo decimo tertio, comparantur indiſciplinati plantæ inutili, quam Deus veluti bonus agricola extirpatum iri denunciat, quia nul-

nullam culturam admittit, sed operam & exspectationem agricolarum ludificatur. vers. 14. ponitur pœna indisciplinatorum, Deus dabit eis bibendum succum cicutæ soporiferum videlicet atque lethiferum, quasi dicat soporabit eos exponendos morti. cap. 9. ver. 12. arguit eos ob neglectam disciplinam, & v. 15. pœnam subiungit, cibaturus sum istum populum absynthio, id est, rebus amarissimis tractabo, nam amaritudinem absynthio comparat scriptura, vt Prouerb. 5. c. v. 4. ibid. in Hieremia ca. 23. v. 15. Lamentationum 3. 15. & 19. Apocalypseos 8. c. v. 11. cap. 10. a. v. 17. ad finem v. 24. Castiga me Iehoua veruntamen modice, ne castiges in ira tua, vt non comminuas me. cap. 11. v. 16. per allegoriam antegressam dignitatem exprobrat, & futuram calamitatem ob neglectam disciplinam figurat elegantissimè: prius cùm seruaret disciplinam, Ecclesia erat similis oliuæ virenti, pulchræ specie fructus efflorescenti, quæ faciebat maximam spem sui. postea neglecta disciplina erunt veluti concursantes ventorum procellæ, quæ in hunc locum irruentes decutient flores tuos, perfringent ramos, id est, paruos & magnos trucidabunt, dein oppidum ipsum tanquam arboris truncum consument igne, quæ quidem gesta esse ostendunt vltima capita Regum & Chronicorum & Ierem. c. 12. v. 3. probi per disciplinam a Deo in aduersis explorantur, probantur, agnoscuntur, improbi prosperè agentes, & disciplinam negligentes ac contẽnentes saginãtur vt pecudes ad mactationẽ, & abripiuntur tandem tanquam in lanienam à saginario: de pœnis & supplicijs

Dei

Dei contra indiſciplinatos multa ſubijciuntur in eodem capite. cap.13. indiſciplinatorum pęna eſt ſpiritualis ebrietas, id eſt, vehementiſſima calamitas, qua ita obruentur, vt non amplius ſciant quò ſe vertant quam ebrij ſepulti vino. ſic Eſaiæ 51.17.& ſeqq.c.19.v.11.ita frangam populum & ciuitatem hanc,vt qui frangit vas figuli, quod non poteſt curari amplius, id eſt, in priſtinum ſtatum reſtitui: nam Iudæorum regnum à deportationis tempore nunquam fuit redintegratum, & priſtinæ dignitati ac amplitudini reſtitutum,cap.22.v. 2.3.& deinceps ſingularem Dei diſciplinam prædicit ordinibus ſingulis euenturam:ac primùm vniuersè toti regno, deinde minutatim regibus ipſis toto hoc capite, tum principibus & ſtirpi regiæ 8.primis verſibus ſeqq. capitis. poſtremò verò popularibus.ad finem vſque cap.23.v.9.prædicit ſingularem Diſciplinam Dei contra omnes ſubditos qui diſtribuuntur in duos ordines,vnum Eccleſiaſticum prophetarum ſacerdotumque,alterum popularem Eccleſiaſtico ſua ſit denunciatio vſque verſic.33.populari ad finem v.15. dicit ſe falſos prophetas eſſe enecaturum amarulentiſſimis & grauiſſimis mortis generibus, quorum amaror abſynthio, pernicies verò cicutæ ſucco figuratur. verſ.29.bonus propheta ſeu prælatus tanquam aurifex igne verbo Dei vtitur in probandis & purgandis pijs ducendiſque & informandis in recta diſciplina,& bonus prælatus non cedit indiſciplinatorum pertinaciæ & ſaxeorum hominum,ſed verbo Dei quaſi malleo perfringit:mali prælati confirmant obdurationem blandimentis

ſuis.cap.25.verſicu.30. vſque ad finem.verſic.38.In Diſciplina & punitione Deus per allegoriam cum leone, reges & principes cum paſtoribus, populos cum gregibus, regiones cum paſcuis & caulis comparat cap.27. verſic.22. vltimo de Viſitatione & diſciplina domini in deportatione & captiuitate Babylonica ob neglectam correctionem peccatorum, & poſt emendationem de reductione in priſtinum locum.cap.29. verſicul.26. reprehendit delicta ſacerdotum duobus verſibus inter quæ præcipuum eſt.quod non increpent vitia pſeudoprophetarum,& denunciatur animaduerſio in pſeudoprophetam.cap.39. verſic. 6. elegans hypotypoſis acerbiſſimi doloris à forma parturientium in indiſciplinatis propter pœnam ſequuturam. verſic. 12. exponuntur miſeriæ & calamitates immittendæ in Eccleſiam Dei iuſtitia & diſciplina, docet autem ictus ſalutares non lethales futuros.verſic.15.per allegoriam autem ab arte chirurgica grauitatem diſciplinæ illuſtrat:tam deſperatum erit vlcus tuum, vt neque curationes, neque ſolamen adhibere quiſquam poſſit, purgabo autem te ab omnibus vitijs igne afflictionum velut candente ferro ſeu cauterio. verſic 14.15.cap.36. verſic.5. per abſtentionem Eccleſiaſticam,vt Cyprianus loquitur detentus fuit Hieremias,quia principes ſacerdotum regi aſſentantes Ieremiam quodammodo excommunicauerant, ne orationem amplius haberet ad populum aut templum accederet,propter prophetias, quas anno 4. enunciauerat ſupra 25. & 35. capite 48.verſicul. 26. eſt Dei diſciplina inebriare ſic vt

plauſu

plausu totius corporis voluat se in suo vomitu ebriorum more. cap. 50. versic. 6. de ruina regni Babylonici & pœna præfectorum omnium ordinis vtriusque Ecclesiestici & politici ob disciplinam violatam. versic. 24. allegoria venustissima vtitur, qua Deus potentissimum Babyloniorum malleũ ostendit, sibi non amplius fore quam bubalam aut feram venaticam, ad quam capiendam omnia sibi iam comparata esse docet. capite 51. versiculo 33. & 34. vt peritus agricola tempestiuè aream solidat ad triturationem, vt messis, quæ intrò comportata est, per ministros Dei trituretur: sic in disciplina exercenda agit Deus: Ex Lamentationibus siue Threnis Hieremiæ capite 1. versiculo 4. queritur cultum Dei desertum, & omnia esse luctifica. versiculo 8. mulieri impuræ comparatur synagoga indisciplinata, à qua se coniunx. id est, Deus separat. versiculo 14. sumit allegoriam à comparatione iumenti subiugi: defectiones meæ, ait, sunt tanquam lora & vimina, hanc materiam assumit Deus, compingit, contorquet tanquam vietor vimina & imponit cerũicibus meis illarum iugum tam graue, vt infirmet meas vires. verfic. 15. id est tertia allegoria à torculari, torcular calcat Dominus virgini filiæ Iudæ & Esaiæ 63. v. 3. torcular calcaui solus: calcaui vos ira mea & conculcaui vos æstu meo &c. v. 19. sacerdotes curatores rei Ecclesiasticæ apud Deum atque politicę apud homines, quoru consilijs oportet stare Rẽp. & seniores in ipsa ciuitate exspirarũt, & sic corrupta fuit discipl. cùm quærerent escã, qua reficerẽt seipsos. cap. 2. v. 9. rex & principes sunt inter gen-

tes sine disciplina & lege. & versiculo octauo Quomodo Ioua cogitat corrumpere muros filiæ Sionis extendit regulam, non retrahit manum, qui absorbeat & luctum adferant præmunitioni & muro pariter languescentibus, ac proinde ad ruinam luctuosam veluti ad mortem spectantibus. cap. 3. vers. 45 Purgamentum & reiectamentum statuis nos in medio istorum populorum, veteses latini dicebant exuerras purgamentum, sic 1. Corinth 4. versic. 13. tales sunt indisciplinati. ca. 4. toto, primo expostulatio de omnibus rebus diuinis & humanis euersis sigillatim sæuiente gladio & fame vsque ad versi. 11, secundò causæ & rationes istarum calamitatum explicantur corrupti mores Ecclesiæ vsque ad vers. 21. tertiò denunciatur iudicium hostibus euenturum, totum caput ad argumentum de Disciplina est accommodatissimum. cap. 5. toto enumerantur varia mala & pœnæ ac supplicia, quæ Ecclesiæ obueniunt ex corrupta disciplina & præcedentibus peccatis. versicul. 16. Cadit corona capitis, væ nobis quod peccauerimus. ex Ezech. cap. 4. v. 6. tempore Iosiæ redintegratum fuit fœdus cum Deo, eo freti non metuebant Dei disciplinam, ostendit aût Iudæos à fœdere defeciſſe ipso anno redintegrati fœderis, & in defectione sceleratissime perstitisse, proinde pœnam indies sibi accersere & accumulare obstirmatione sua, cap. 5. ver. 5. Proposueram Hierosolymam in exemplum gentibus omnibus, vt præluceret eis quasi ex edito & quædam magistra esset disciplinæ & vitę in sanctimonia informandæ. Deut. 4. v. 6. exponuntur etiam hoc ca. .

pœnæ

pœnę graues neglectæ disciplinæ quæ contigerũt tempore Babylonicæ deportationis & ca. 6. similiter vers. 3. 4. 5. 6. & seqq. ca. 7. v. 10. tribus Iudæorum surculo depacto comparatur, qui germina superbiæ & ramos violentiæ dicitur protulisse ac proinde iram Dei conciliasse vt & 5. ca. Esaiæ. tales surculi per Disciplinam nonnihil amputandi sunt, v. 26. 27. in fine pœnæ neglectæ Disciplinæ recensentur. cap. 8. v. 11. mentio est publici populi Iudaici summique consilij quod institutum fuisse à Deo legimus. Numerorum 11. cap. v. 16. & seqq. in hoc summo consilio negotia Disciplinæ Ecclesiasticæ pertractabantur & v. 17. illustratur Disciplina metaphora putationis inutilium palmitum & ramorum putridorum. cap. 13. v. 5. venustissima metaphora à re castrẽsi vt in psal. 105. vt & 30. non ascenditis ad irruptiones aut sepitis vel obducitis sepem pro domo Dei. Seps Ecclesiæ est ipsa disciplina. ca. 14. v. 9. pulchro simili illustur Dei disciplina. vt auis imprudens pellicitur esca; ita pelliciã eum ipsis donarijs muneribusq; consulentium, sed tandẽ quoties commodum videbitur vt auceps plagarum funes retrahens, aut piscator retium peridromidas; ita inclinans manum meam intercipiam ipsum cap. 15. pœna & disciplina diuina grauis typicè proponitur & postea per anagogen accommodatur. cap. 16. prioribus versibus allegoricè amplificatur corrupta disciplina populi cuius mores sint quod ammodo incurabiles v. 15. à temporib. Salomonis per 390. annos fuit corruptissima disciplina in populo Israelitico, quæ hic latè exaggeratur toto capite

17. explicat initio causas, ex quibus Disciplina domini, consequuta est, & Prophetiã pœnarum, quæ in Iudęam erant euentura propter antegressas causas. v. 3. surculus summus seu talea ad insitionem ex arbore auelli solet: sic fit & in Disciplina. cap. 18. repræhensio acerrima Israelitarum Dei Disciplinam ludificantium vsque ad versic. 18. cap. 19. ostenditur toto, Iudæorum regnum de pristina sua dignitate decidisse regum impiorum culpa qui fœdus & disciplinam neglexerũt quod & iam labefactatum sit, & mox sine spe restitutionis sit collapsurum vsq; in aduentum Christi, contigerunt hæc à morte Iosiæ. describitur hic status duabus allegorijs leænæ & catulorum ad versic. 10. & vitis ac fructuum versibus quinq; sequentibus. ca. 20. v. 37. Deus populum suum probat & recognoscit sicuti pastor gregem, vt improbos abdicet bonosq; in caulam recipiat toto ca. 21. Disciplinam Dei seu exitium Iudeæ primò per allegoriam arboris, deinde apertis verbis typoque prænunciat. v. 10. castigato nonnihil populo inde gladium quasi in vaginam recondit v. 15. Vir seu flagellum quo Israelem filium meum solitus eram castigare, iam non est amplius eiusmodi, sed est effectus gladius crudelissimus, qui omnes perditurus sit promiscuè bonos & malos, dicit gladium suum coruscum esse & omnem rubiginem absterſam. v. 18. cum tantum probo adignem afflictionum, inanes tantum sunt omnes castigationes meæ vt Esaiæ 1 5, Iere. 6. & seqq. v. 20. gladium suum vocat coruscum elaboratũ & exacutũ vt multiplicatis offendiculis contra omnes

portas

portas disponatur mucro gladij v.21.est Apostro phe ad gladiũ, cui mandat sententiæ exequutionem suæ pertranslationem.36.vltimo indignatio domini presteri seu aduerti vento futura est similis.c.22.v.18.& deinceps exornatio diuinæ Disciplinæ per similitudinem elegantissimam Effecti sunt, ait, mihi domus Israelis pro scoria vel in seoriam. Vt congregatur argentum & æs, ferrumq; ac plumbum & stannum in catinum seu in medium catini, sufflatur circa eum ignis ad fundendum, ita congregabo ira mea & æstu meo & collocans illic fundam vos. Nam cõportabo vos & sufflabo circa vos ignem excandescentiæ meę, vt fundamini in medio ipsius vrbis. Vt funditur argẽtum in catino,ita fundemini in medio illius & experiemini me esse Iehoua m effundentem æstum iræ meæ in vos.postea confirmat hanc suam Disciplinam à partium enumeratione.primo recenset malefacta sacerdotum & prophetarum, dein principum,postea popularium & omnibus comminatur Disciplinam v.30. non inuenio aliquem ex eis qui obducat sepem,&c.in ca.23.toto allegorice corrupta disciplina describitur & ob eam Dei vindicta, in qua allegoria coniugij Deus vir est,mater Resp. Israelis ex qua duo nata sunt regna Iudæ & Israel,quæ cum filiab. comparãtur quæ defecerunt à fœdere & disciplina ac turpissima adulteria patrarunt.v.32. per allegoriam poculi figurat eleganter antegressum iudiciũ, illud miscet Deus. qua ebrietate Iudæorum gens peritura & ludibrio gentibus futura . vide similẽ allegoriam.Esaiæ c.51.v.17.c.24.Iudæorum peccata

vna

vna allegoria seu parabola ollæ exponuntur. ad v. 6. vsq; inde Disciplina ob peccata euentura ad vers. 9. v. 7. Deus, ait, similes sunt carni, cuius non est depuratus sanguis, vers. 13. scelera tua sunt mihi quasi immunditia, spuma, ærugo & si quid est simile, quod in ollis solet improbari. cap. 32. v. 3. 4. 5. & seqq. describitur grauis disciplina Domini contra Aegyptum, exequutores disciplinæ vocantur piscatores sui. hic gladij domini frequens mentio est cap. 33. ab exemplo rei militaris confirmat functionem disciplinæ Ecclesiasticæ. Speculatores monere debent populum de venturo gladio diuinæ disciplinæ & clangere tuba si quis nolit audire fit suo periculo, at Prælatus animã suam liberauit. contra si Prælatus non clangat tuba, fit id periculo & damno animæ suæ. c. 34. primo Pastores & gubernatores tam politicos quam Ecclesiasticos reprehendit grauissimè malè administratæ Disciplinæ nomine ad v. 7. inde disciplinam Dei contra illos pronunciat v. 17. malos præfectos petulcas pecudes & hircos vocat v. 29. Ecclesia est planta Christi quia radicata & plantata in Christo qui ideo surculus plantarum appellatur Isaiæ 11. & Esaiæ 60. 21. hæc planta irriganda disciplina est, vt crescat. cap. 35. v. 5. in tribus membris singulos causæ cum disciplina, id est, maleficia cum pœnis comparantur ad iustitiam Dei illustrandam. ca. 36. v. 8. 9. hæreditatem suam vult curare medicamine disciplinæ ver. 17. Israelitas peccasse hoc v. castigatos esse duobus seqq. perseueraſſe in peccatis, quia non habuerũt spiritum legis, quod reliquiæ tantum saluentur,

ex

ex Dei misericordia proficiſci. ca. 37. prædicitur reſtitutio Iſraelitarum in priſtinum ſtatum è captiuitate per typum allegoricũ, ſed non niſi poſt diſciplinam receptam. cap. 44. verſ. 6. Denunciatione inſtauratus per diſciplinam totum ordinẽ Eccleſiæ primum Iſraelem totum increpat nomine infidelitatis 3. verſibus, deinde Ithmaris poſteros capite minuit, quia ſeſe accommodauerant ad libidinem Iſraelitarum v. 9. & quinque ſequentibus impios ſacerdote vult à ſacris, arceri, miniſtros legitimos, qui infirmitate fuerant traducti in communia peccata, loco arcendos eſſe & mouendos, & quamuis reſipiſcant cap. minuendos. ca. 45. perfectiſſima inſtauratio Eccleſiæ, totus ordo ciuilis & Eccleſiaſticus nouus inſtituitur. v. 5. Leuitæ exauctorati propter ſcelera ſua Nehemiæ 13 cap. requirit igitur magnam puritatem Eccleſiæ tempore Chriſti maximè. ca. 47. v. 6. in Eccleſia omnia mala curantur per Diſciplinam, id ſynedochire oſtenditur ab exemplo Aſphaltitis lacus, quem tantum piſcatores colunt, & ampliſſima inde commoda percipiunt, aquæ enim curantur & fiunt vtiles ac ſalubres & eorum locorum quæ neque fructuoſa, nec piſcoſa erant, eorum fructus eſt ampliſſimus & piſciũ multitudo copioſiſſima. Ex Oſea ca. 1. verſ. 10. vniuerſum corpus Iſraelitarum profligandum, ſed tantum reliquiæ ſaluandæ. cap. 2. adhortatur primo pios vt ad Diſciplinam fratres ſuos Eccleſiãque Iſraelitarum reuocent deinde narrantur maleficia, quibus Iudæi tenebantur aſtricti v. 5. 6. 7. quæ Deus vult caſtigare, cap. 3. Oſeæ v. 4. Depra-

uatiſſima

uariſſima deſcribitur futura forma Reip. per annos 680. id eſt, ab an. 6. Ezechiæ ad Chriſtum: maſerunt ſine vlla forma Reipu. legis & diſciplinæ, ſine rege, ſine principe, ſine ſacrificio, ſtatua, amiculo, imaginibus, ſic vt non ſit futura etiam illa deprauata, quæ circumfluebat idololatria. toto c. 4, Deus Iſraelem ſummæ impietatis & ſcelerum reprehendit & confirmat reprehenſionem ſuam à præſente regni adminiſtratione, poſtremo Iudã dehortatur à participandis Iſraelitarũ factis ſuppliciorum, quæ Iſrael comparata ſunt, metu. ca. 5. v. 3. declarat primum crimina Iſraelitarum v. 3. & 4. deinde correctiones & ſupplicia v. 5. 6. 7. v. v. 12. conſumpſi eos diſciplina mea, vt tinea vel putredo veſtem. ſic Iobi 14. Prou. 24. v. 20. & alibi hoc cap. v. 9. Ephraim deſolationi futurus eſt die correctionis. v. 13. videns Ephraim morbum ſuũ & Iuda vlcus ſuum &c. c. 6. forma veræ & ſanctæ Diſciplinæ initio proponitur. Deus vel loco Dei prælatus cũ chirurgo cõparatur qui medicamento ad vulnera, quæ inflexit nobis adhibito imponet faſciam & eam obducet vulnerib. c. 7. Maleficia exaggerat, quod alij alios prouocent ad maleficia & allegoria phreneticorum figurat, quia eò magis in ſua ſtudia exardeſcunt, quò magis ſaluti ipſorum à perito medico conſulitur. v. 5. febri laborant ex nimio vino, quod incendit potores ſuos vt loquitur Eſaias. c. v. 11. Vino ex vtrib. immodico, cum non cyathi, ſed quadrantalia expotantur v. 6. Regem inter Principes quaſi piſtorem eſſe, qui ex officio debeat cum omnia incẽdia publica, tum ſuorum Principum ardores auctoritate ſua

te sua restinguere, principes vero tum habuisse animos similes fornacib. qui cõcalefacti vino studerent rebus nouis & inter se conspirarent, hinc cecidisse multos reges tempore pauco. v.8. Israelitæ adhærendo gentib. & nõ mihi eò delapsi sunt vt gentes circunstantes habeant ipsorum regnum pro dulciaria placenta & tracta suauissima, quæ propter ius & condimentum suum non solet verti, sed suo tantum fundo incumbere. Itaque nunc quia condimentum suũ habet à finitimis gentib. quasi conuiuis absumitur, & quicquid supersit, ipsum per se mucescit ac q. obducta canicie per se corrumpitur v.15. infirmitates & difficultates eorum subleuani, sicuti medicus ægrotũ subleuat c.7.v.4. Constituunt reges & non ex me, præficiũt Principes quos non agnosco, argento suo & auro faciunt sibi terricula vt exscindatur Israel v.5. expositio diuinæ disciplinæ contra defectionem à cultu sacro v.7. vt seuetint, ita & metent adeoq; difficilius & molestius v.8. efficientur ob neglectam Disciplinã & cultum Dei similes instrumẽto, in quo nulla est delectatio, id est, abiectissimi & expositi indignissimis contumelijs tanquã pelues, & matulæ. ca. 9.v.7. animaduersio diuina superuentura est ob duas causas nempè iniquitatẽ in Deum, & inhumanitatem odiaq; intestina & crudelissima, ex quib. tã multi reges pauco tẽpore in Israele exstiterunt. c.10. narratur initio crimina, quib. tenebantur Israelitę v.4. deinde Disc. diuinitus superuenturã v.4. seq. v.3. non reges nobis, sed nos regibus imperamus, leges ferimus, exauctoramus ipsos reges c.11.a v.2. ad 9.v.3. dicit se per Disc. curare Ephraim & tamẽ nõ agnoscere id v.8. ani-

v.8.animus meus in dubio est, incertus sum quid agam, cum hinc atrocitas peccatorum tuorum me ad supplicium sumendum prouocat,inde paternus meus amor & misericordia ad sustinenda & inhibenda iudicia compellit, gratiamq; meã in Christo explicandam, denique certat virtus misericordiæ meæ cum vitiositate tua,& me tanquam patrem optimum filios castigantem flectit ad faciendam gratiam.cap.12. v.3. Iehouæ disceptatio est cnm Iehuda,qui animaduersurus in Iacobum secundum vias eius, secundum actiones eius reddet ei c.13.v.12. seruatur in fasciculo iniquitas Ephraimi, reconditum est peccatum eius. Dolores parturientis,euenient ei. v. 13. si saperet maturè erumperet ex vtero & se Dei manib. veluti obstetricantis committeret & non tanto tempore maneret in ore matricis.cap. 14. adhortatio ad Disciplinam, versic.4. curabo euersionem eorum,amabo eos:quomodo floreat Ecclesia reformata per disciplinam.v.5.ero vt ros Israeli florebit vt lilium, propagabit radices suas vt Libanicæ arbores v. 6. diffundent se teneri rami eius, eritque quasi oliua decus eius & odor eius quasi Libani vers.7. sessuri sunt in vmbra eius,in vitam producent vt frumentum, qui efflorescant tanquam vitis,memotia eius fragrabit vt vinum Libani.v.8.erit tanquam abies virens.v.15.c.13.supra etsi abreptus fuerit tanquam vento Israel & exarefactus ita, vt nulla spes amplius instaurationis ostendatur,etsi thesauros exhausero,desolauero, cruentissimis sedibus exposuero, efficiam tamen vt efflorescat promissione mea.ex Ioele c.1.a.v.5.

ad

ad finem de Disciplina & animaduersione Dei præsertim in ebriosos,& multæ pœnæ peccatorũ numerantur.c.2.v.3.Locustas& similia populum appellat, sicuti & formicas & mures montanos Prou.30.25. 26. sicuti & his attributum est gentis nomen 5.c.1.v.6.&castra copiæq; Dei nominatur infra.v.11.& 25.per quas exercet Deus Disciplinã v. 15. forma Disciplinæ & resipiscentiæ describitur.Ex Amos.c.1.v.3.comparat Disciplinam cum trituratura, triturare tribulis ferreis est grauissimis supplicijs afficere synechdochice. nam ferreæ tribulæ adhibebãtur ad afficiendos rebelles & contumaces vltimo supplicio 2.Reg.12.ver.31. vlt.toto 2.ca. perstringit tria genera peccatorum Israelitarum,barbaram crudelitatem, impuritatem,impiam de peccatis gloriationem, addit alia plura & v.10.Disciplinam subiungit, triturabo vos violentissimè, adeò vt quemadmodũ manipulus tritici pressus plaustro onustissimo singula graua eijcit,ita vos omnes eijciat locus vester, nec tantum eijciat, sed in eo comminuamini, si quis autem planè non comminuatur saltem vitã suam solummodo spolij loco reportabit,similis granotritici, quod trituratione non cõminuitur quidem,sed ex gluma folliculoque suo decussum exilit.c.3.v.3. in animaduersione disciplinæ cum leone comparatur Deus,ipsos sibi laqueũ induisse per indisciplinatam vitam, vnde se minimè erepturi sint v.5.tanquam laqueis auiculæ intercipiuntur,ita Dei disciplina per singularem prouidentiam impij v. 6. Prophetæ & prælati vocantur Dei Ecclesiæ vigiles,qui voce veluti tuba mo

neant Ecclesiam de sequutura Disciplina. Ezech. 3.c.vocantur speculatores v. 7. minis Disciplinæ à malo deducit Deus vt & Hieremiæ 18. cap. v.7. & seqq. Annos cap. 4. v. 1. Israelitæ indisciplinati refractarij similes iuuencæ refractariæ quæ opimo Baschanis pascuo saginata est iugi impatiẽs, petulca & ferox. sic etiam Oseæ 4. cap. v. 16. vers. 2. minatur Deus acerbam disciplinam quod hamis aculeatis tanquã pisces eos piscabitur & tollet. allegoria vt 3. Reg. 19. ca. v. 28. a v. 6. ad 12. narrat præcedentes castigationes & disciplinas, quibus nunquam fuit effectum, vt Israelitæ seipsos colligerent & conuerterentur ad Deum, nominat famem, siccitatem, vim maiorem & cœli iniuriam, pestem, & bellum, oppidorum & agrorũ subuersiones. c. 5. v. 2. ruinam Israelitarum explicat: v. 15. Deus in grauissima Disciplina sua quosdam tanquam torres ex incendio eripit v. 18. non posse non Deum Disciplinam suam exercere ob peccata grauia quæ duo hic notantur ca. 6. Disciplina Dei contra præsidentem fastum, iniustitiã & luxum immoderatissimum ver. 11. percussurus dominus domum maiorem veluti aspersionibus & domum minorem rupturis, id est densissimo castigationum imbre perfusurus sicut pruinam, ignem, sulphur depluere dicitur Psal. 21. cap. 7. Disciplina famis, gladij interni & externi c. 8. v. 4. Disciplina contra auaritiam, fraudem inhumanitasem. ver. 6. quisquilias frumenti disciplinam Dei vocat, id est acus, glumam, folliculos, omniaq; frumenti aphæremata pro iusto frumento. ca. 9. ver. 6. statuit Deus ad exequendam suam

Disci-

Disciplinam hominum & rerum omnium creatarum turmas comparatas, v.1. gladium synechdochice accipit pro quibuslibet verberibus disciplinæ.in cap.vnico Abdiæ v.3. & seqq. acerbissima Disciplina in superbiam v. 3. 4. 5. 6.7.Micheæ 1.cap. vers. 6. Disciplina talis, vt nihil è Samaria superstit. nisi lapidum aceruns ruderumque, vt vinitores cum plantaria vinearum curant & nouellant, lapides solent coaceruare ad itinera extra vinearum septum, ac ne aceruos ipsos quidē lapidum relinquam ait,sed mea disciplina exundabit vt torrens, lapides eius ad ima vsque fundamenta euertet atq; deportabit, vt per Assyrios factum c 3.¦Disciplina domini contra prophetas populi & principes.v.3.ferinam crudelitatē principum persequitur laniorum & coquorum similitudine c.7.v.5.iustè & gratiosè Deus malefacta Iudæorum castigauit Schitimis Numerorum 25. purgauit etiam renouato ad Gilgalem fœdere Iosuæ 5.ca.v.10. exponitur qua culpa flagellum Dei accersatur. vers. 10. 11. 12. & quis in causa sit cur hac virga flagellandi sint vers.13. 14.15. cap.septimo, versicul. primo corrupta omnis disciplina, quia apud nullos pietas, fides, sanctitas reperitur versi. 1.2.3.4.5.6.7.versic. primo, sicuti destituuntur viatores fructibus & vuis,cum pomaria aut vites peruasit vis aliqua maior & fructus speratos sustulit,sic est communis improbitas populariorum versiculo tertio, iniurias communicatis inter se consilijs confirmant & tanquam lorum aut restem ex multiplici filo contextam,(vt loquitur Plautus)contortuplicant.versi. quarto:

Optimus est tortuosior & magis aculeatus, quam spinetum vllum. Ex Nahum ca. 1. v. 10. 11. 12. Disciplina domini cõtra Niniuem. v. 10. Aequè ac spinæ perplexi & tanquam si mero obruti essent, inebriati, consumeutur quasi stipula arida v. 12. si Israelitę mecum & inter se pacem ac disciplinam coluissent, ita etiam ampli fuisset aut ita tonsi vt transiuisset, vt afflixerã te non afflicturus te fuissem amplius, hoc est si fuissent mihi de rebus ipsorum aliquid resecandum castigationib. hunc modum adhibuissem, vt Assyrij totõdissent quidem aliquantulum sicut locustæ prata, sed ilico se in regiones suas recepissent. ca. 3. Nahum toto causæ calamitatũ cum pœnali disciplina tractantur. Abacuc 1. c. v. 3. reprehenduntur, quinequeunt patienter ferre admonitiones disciplinæ, lex intermittitur & disciplina, non procedit vnquam ius, quia improbus circumsidet iustum idcirco prodit ius peruersum. v. 4. v. 12. paterna Dei castigatio & disciplina ponitur. Iehoua ad iudiciũ & disciplinam disponis eum, & O rupes ad corripiendum fundas eum. v. 13. surdum ageres, dum absorbet improbus iustiorem se? & faceres homines veluti pisces maris? vt reptile, cui non est dominator, cap. 2. v. 1. metaphora castrensi vocat prælatos & Visitatores exploratores, speculatores & quasi vigiles in custodia aut in arce munitionis collocatos vt Esaiæ c. 21. v. 8. & seqq. v. 4. ecce ebullat, in quo non est animus rectus, etsi in clinum ex improbitate videtur assurgere iniustus & magnus mons effici, ebullat tamen, hoc est non magis est quam bulla, crepat & sua ipsius imbecillita-

cillitate rumpitur. v.6. & deinceps quinque causæ ambitio, auaritia, libido, tyrannis seu crudelitas, idololatria, quibus diuina disciplina & correctio annectitur. v.16. eodem poculo inebriaberis & ita perfunderis, vt gloria tua tanquam vomitu ignominiosissimo conspergatur vt Iere. 51. v.17. v.17. explicat poculum, quod Deus est præbiturus Babylonio per alteram allegoriam. Similes erunt, inquit, hostes tui venatoribus feras in Libana venantibus, & vehementissimè persequẽtibus, quorum cassibus & plagis intercipieris, & in maximam vastitatem redigeris c.3. v.14. Principem inimicorum ita deiecisti vt si montes & munitiones, quibus confidebant, terebra pertudisses idque nullo negotio, quia virgæ vncti tui fuerunt ad perforandum satis Sophoniæ 1. cap. v. Iosiæ temporibus post reformatam Ecclesiam habita hæc Prophetia, proponitur seueriſſima Disciplina contra Iudæam & Hierosolymam contra tria hominum genera pro ratione offensarũ v.12. scrutabor Hierusalem in lucernis. i. minutatim cognoscam de peccatis populi, & cum eo inibo rationes meas acauratissimè vt solẽt, qui adhibitis lucernis omnia perlustrant, animaduertam in istos homines, qui concreti sunt cũ fecibus suis v.9. animaduertam in omnes qui implent domũ dominorum suorum violentia & dolo. v.8. erit quoq; die mactationis Iouæ, vt animaduertam in ipsos principes & in filios regis & omnes, qui induuntur vestimento alienigenarũ Sophoniæ 2. c. Per disciplinam domini excutiuntur & ventilantur mali, sicuti solet excuti gluma v. 2. ideo v.

1. monuit vt seipsos excuterent, quam eandem allegoriam seruauit Christus Matthæi. ca. 3. ver. 12. ca. 3. Sophoniæ v. 1. corruptos Hierosolomitanos cum ingluuie auium comparat, sicuti enim auiũ ingluuies alimenta concipit & sordes cum alimentis plurimas: ita etiam innuit propheta Hierosolymã fuisse conceptaculum, quo reges, principes & sacerdotes omnes Iudeæ opes & sordes congesserunt, quarum illas ex officio debuerant popularibus distribuere, has verò è regno tanquam ex aluo eijcere, ideo per elegantissimam auxesin vrbem ipsam, ingluuiem vocat, quasi dicat eam non cum onocratalo, sed cum onocrotali ingluuie esse comparandam perstringit singulorum ordinum hoc cap. peccata, popularium v. 2. magistratuum v. 3. Ecclesiasticorum v. 4. & subijcit disciplinam nempe deportationem quam vt patienter ferant, monet v. 8. Zachariæ capit. 5. toto Disciplina domini contra Iudæos immorigeros primò narratio corruptissimorum morum describitur & quasi in acta Ecclesiæ refertur versibus quatuor. secundò descriptio est grauissimorum scelerum, quibus Deus irritatus fuit, & diuini ordinis ac disciplinæ in eis obseruandæ v. 5. 6. 7. 8. sententiæ ac disciplinæ exequutio 3. vltimis versic. 9 10. 11. vers. 5. omnes improbos ex Iudæis Dei prouidentia in vnum aceruum, & quasi modium comportatos grauissimo decreto Dei obsignatum iri versic. 9. Duobus temporibus Ecclesia fuit per disciplinam repurgata à maculis, quibus erat commaculata, primum est cum Esdras missus ex Babylone in Iudæam Ecclesiã ordinauit.

dinauit, Esdræ nono & decimo alterum, cum Nehemias adhibito sacerdotum consilio similiter fecit vt legimus Nehemiæ cap. decimo tertio. Malachias extructo templo & cultu diuino turpissimas eius deprauationes reprehendit, de quibus habentur in libris Esdræ & Nehemiæ multa a v. 6. cap. 1. incipit contestationes contra corruptam disciplinam & plurima Iudæorum peccata. prima contestatio est aduersus prophanationem & cultum Dei, cuius vindices debebant esse sacerdotes in ipsos grauissimè inuehitur. hoc toto ca. primo & capite secundo, vsque ad v. 10. secunda contestatio est contra polygamias à versi. 10. cap. 2. ad v. 17. tertia est contra maliciam eorum qua plerique reduces ludificabantur. Disciplinam Dei a versic. decimo septimo cap. secundo ad versi. 7. capit. 3. quarta est contra sacrilegas detentiones earum rerum quæ ad Deum ex lege erant peruenturæ vsque ad versic. 13. postrema aduersus contumaciam impiam & nequissimum contemptū cultus Dei ac disciplinæ versibus seqq. Præter hos propheticos iam recēsitos libros ad disciplinam Ecclesiæ referuntur Libri Prouerbiorum. Sapientiæ, Ecclesiastici, qui toti agunt per species de singulorum vitiorum correctione ac emendatione. Si quis autem corruptissimum statum in Disciplina & cultu Dei legere velit, imò etiam in religione adeat c. 17. 18. 19. 20. 21. lib. Iudicum, reperiet ex paruis initijs breui tempore Israeliticæ Reipublicæ tribus in idololatriam & aperta scelera ruisse, hæc autem omnia eo fine narrantur, vt castigationis & disciplinæ diuinæ, quæ su-

pra à cap. tertio hucusque commemorata sunt æquitas & iustitia eluceſcat. hinc dicitur ca. 18. v. 7. nec quicquam fuisse, quod pudorem adferret cuiquam in ea terra id est Laischi omnia licere & nihil esse turpe apud eos præ licentia, Rempubl. non rege sed alternante magistratu regi.

CAPVT XXIII.

De Disciplina noui testamenti, ac primò paucis de Disciplina ex Euangelistis.

Christus per petuò corripuit vitia Iosephus Acosta de Christo Reuelato li. 7. c. 11. & lib. 8. ca. 28. pag. 346.

MAtthæi 3. Lucæ 3. Marci 1. ca. Cuius ventilabrum in manu eius &] purgabit aream suã. Christi iudicis iustum iudicium & disciplinam significat. Area est Catholica Ecclesia, in qua paleæ cum tritico id est, mali cum bonis permixti sunt horreum est regnum cœlorum, purgat autem aream suam per tribulationem disciplinæ vt Origines explicauit. Ventilabrum est potestas iudiciaria Disciplinæ. Matthæi cap. 18. & Luc. 17. ca. gradus & ordo Disciplinæ in correptione fraterna ostenditur. notus est satis iste celebris locus, lege in dum locum Commentaria Cornelij Iansenij & Baronium Tom. 1. Annalium Matthæi 3. Lucæ 3. Marci ca. 1. Securis ad radicem arboris posita per securim disciplina & vindicta Dei significatur, qua steriles in bonis operibus perdendi, securis ramos vitiorũ amputat sic Luc. 13. ficus sterilis plantata in vinea non ferens fructus abscinditur. Omnis. n. arbor quæ non facit fructum exscinditur & in ignem mittitur, & comburitur.

Lucæ

Lucæ 1.cap.in cantico Zachariæ.quia visitauit nos oriens ex alto. Visitare in malam & bonam partem capitur.In malam pro punire, castigare, vindicare,vt Psalm.88. Visitabo in virga iniquitates eorum. In bonam partem est se memorem declarare eosque beneficijs afficere,qui prius ab eo neglecti visi sũt habiti. Exod.3.c. Visitas visitaui vos.

CAPVT XXIV.

De Disciplina noui testamenti ex epistolis Paulinis.

B Hieronymus in Procœmio in epistolam ad Ephesios. Paulus per singulas epistolas medetur vulneribus Ecclesiarum illatis, nec imperiti medici more vno collyrio omnium oculos vult curare.Iuxta hanc igitur sententiam B. Hieron.epistolæ Paulinæ maiori ex parte sunt morales & disciplinales.Apostolica Disciplina fuit peccata redarguere. Act.2.3.4.7.8.13. 2.Timoth.4.Increpa oportunè & importunè argue tempestiuè ad Tit. 2.Argue cum omni studio præcipiendi. 1.Cor.4. Quid vultis cum virga ad vos veniam? an cum charitate & spiritu lenitatis.In taxandis peccatis ad vitia communia respexerunt Apostoli. Paulus Galatas vocat stultos, quia fuit commune gentis vitium teste B.Hieronymo. Cretenses mendaces & pigros ventres ad Titum 1.c.Romanos ab arrogantia dehortatur, ne supra de se sentiant quam oportet Romanorum ca.12.De disciplina suscipienda.ca.12.ad Hebræos totum agit. Quis est filius quem non castigat pater &c.Rom.13. Prælati non

sunt terrori bene agentibus sed male. quod si feceris id quod malum est, time; non enim frufruſtra gladium & clauem correctionis siue disciplinæ portat. nam Dei minister est, vltor ad iram ei, qui, quod malum est, fecerit: sic accommodo quia Chrysostomus non tantum refert ad magistratum ciuilem, sed & ad Ecclesiastic. 1. Pet. 2. siue regi tanquam præcellenti, siue præsidibus, vt qui per eum mittantur in vindictam nocentium. De disciplina excommunicationis. 2. Ioannis 2. 2. Corinth. 5. 2. Thessaloncen. 3. ad Titum 3. Publicos & graues peccatores esse excommunicandos, idololatras 2. Timoth. 4. cap. conuiciatores. 1. Corinth. 5. cap. Maledicos. 1. Corinth. 6. cap. Iniustos. 1. Corinth. 6. Parricidas, homicidas, matricidas. 2. Timoth. 1. Scortatores. 1. Corinth. 5. & 6. ad Galat. 5. Adulteros. 1. Cor. 6. ad Galat. 6. 1. Timoth. 1. Molles, immundos. 1. Cor. 6. Galat. 5. Ephes. 5. Arsenocætas 1. Cor. 6. 1. Timoth. 1. Incæstuosos. 1. Corin. 5. Ebriosos. 1. Cor. 5. & 6. Fures. 1. Corint. 6. Rapaces. 1. Corinth. 5. 6. Auaros. 1. Cor. 5. 6. Ephes. 5. Plagiarios. 1. Timoth 1. cap. Versantes inordinatè, nihil operis facientes, sed curiosè agentes. 2. Thessal. 3. periuros. 1. Timoth. 1. & mendaces. 1. Timoth. 1. Ordo, modus & forma Disciplinæ excommunicationis prescribitur talis, vt in peccatis nondum publicè notis & manifestis semel atque iterum admoneantur, ad Titum 3. & instaurandi spiritu lenitatis. Galat. 6. & monendi vt fratres. 2. Thess. 3. cap. quod si priuatim moniti, nolint agere pœnitentiam, aut si manifesta sint peccata, mandat Paulus tales peccatores argui coram omnibus. 1. Timoth.

Timoth.5.cap.& in cœtu Eccleſiæ.1. Corinth.5.& tandem à Sacramentis excludi & ab omni commercio.2.Ioannis 1.1.Corinth.5.2.Theſſalon.3.Ordinem verò & proceſſum eundem Chriſtus Matthæi 18.cap.tradidit. Finis primus huius diſciplinæ eſt,vt ſeriò de peccatis moniti reſipiſcant. 1.Timoth.2.cap. 1. Corinth.5. Paulus dicit hanc poteſtatem ſibi conceſſam ad ædificationem non ad deſtructionem. 2. Cor.10. & 13. vt pudore ſuffundantur.2.Theſſ.3.ad exemplum etiam aliorum & tollendum ſcandalum.1.Cor.5.3.Tim.5.ca. ne alij fiant earundem pœnarum participes. 2.Ioan.1.Apoc.18.c.exempla excommunicationis occurrũt. Actor.5.de Anania & Sapphira.& 1. Cor.5. 1.Tim. 5.2.Tim.1.& 2. Apoc.2.& 3.

Hanc diſciplinam conſeruant præſides Eccleſiæ & magiſtratus,Petrus 1.epiſt. cap.2. vt qui per Deum ordinantur ad vindictam nocentium, laudem verò rectè agentium,& Paulus 1. Tim.2.cap. vt tranquillam & quietam vitam agamus cum omni pietate & honeſtate,& Roman.13.cap.eſt miniſter Dei ad bonum. Diſciplinæ excommunicationis vſum habemus in teſtamento veteri,Num. 12.c.Maria cùm murmuraſſet contra Moyſen ad 7. dies ex caſtris relegatur,& Num.4.c.omnis leproſus,ſemine fluens,& pollutus ſuper mortuo eijci iubetur ex populi communione, Anathematizationis exemplum eſt.Nume.16. cap.in Chore,Dathan & Abyron, & in Achan Ioſuæ 7.c. Modus & proceſſus Diſciplinæ excommunicationis, pecca to commiſſo poſt diligentem inquiſitionẽ ſeniorum, qui in ſynhedrio erant, denunciabatur ira

Dei

Dei peccatori & sequebatur pœna politica in lege constituta. Deuteron. 13.16.19.21.23. & Iudic. cap. 20. populus Israel à Beniamitis postulat vt tradant filios, qui Leuitæ vxorem in Gabaa stuprassent, vt moriantur & auferatur malum de Israel, verùm cùm illi id facere recusassent, vi totam vrbem adoriuntur, & multa millia de illis cedunt: aliquando etiam signa reatus imponebantur & in exilium admittebantur. Geneseos 4. cap. de Caino. fines huius disciplinæ ijdem notantur in testamento veteri, qui obseruati fuere supra in testamento nouo.

De Visitatione Ecclesiarum locus insignis. 1. Corinth. 16. vers. 5. Beauxamis tomo 1. folio 151. b. Commentariorum in Euangelistas Gellius lib. 7. Noctium Atticarum capit. 22. Censores olim homini pinguiori & corpulentiori equum adimere solitos narrat, minus idoneum ratos, cum tanti ponderis onere ad faciendum equitis munus. hominem ergo requirit militia, laboris, inediæ, frigoris, sitis, & vt scribit Tertullianus libro ad Martyres omnis inbonitatis patientem. ita enim habet. Nemo miles ad bellum cum delicijs venit, nec de cubiculo ad aciem procedit, sed de papilionibus expeditis & substrictis vbi omnis duritia, inbonitas, & insuauitas constitit. Maximus Martyr Centuria 5. numero 96. Sententiarum suarum docet bene habente & lautè tractato corpore animam obscurari & contra. Idem Beauxamis folio ducentesimo vigesimo sexto in Commentarijs Harmoniæ Euangelicæ. Circuitus Chri-

Christi pro Euangelio prædicando non infirmat residentiam Pastorum. Non negarim residentiam pastorum vt & sacramenta vno in loco ministrent, sed verbum Dei non est alligatum, quod latius protenditur, verbum loco non circumscribitur, si modo, qui illius est minister; legitimè mittatur. Marci primo capite: eamus & in proximas ciuitates. & Psalmo 102. In omni loco dominationis eius benedic anima mea Domino.

REVE-

REVENDISSIMO AC ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, D. THEODORO A FVRSTENBVRGH ELECTO & confirmato Episcopo Padebornensi, Clementissimo suo Principi ac Domino.

CVM quinq; hostium Ecclesiæ sint genera nempè Pagani, Iudæi, Mahumetani, Philosophi & haretici, ex ijs præ cæteris postremi maiorem molestiam semper Christi sponsæ exhibuerunt. Et quanquam hi nouissimi in varias classes distribuantur, nulli tamen ijs qui à Ioanne Caluino nomen sibi sumserunt, maiorem calamitatem vnquam Christianis attulerunt, cum quibus Catholica Ecclesia potissimum tribus de rebus assiduum & quodammodo implacabile bellum gerit, nempe de dogmatum fidei articulis varijs, de legitimo cultu diuino, deq; Disciplina totius Christianæ Rei publicæ nertuo. Dogmata & articulos fidei in Ioannis Caluini Institutionibus, & Petri Martyris locis communibus præcipuè & vehementer corruptos maximo labore & incredibili industria vindicare conatus sum vt apparebit breui, si Deus benignè vitam concesserit in nostris edendis cõtra Ioannis Caluini institutiones, & eadem opera contra Petri Martyris locos communes operosissimis & laboriosissimis Animaduersionibus, Diuinum cultum & antiquam maiorum nostrorum

rum deuotionem in quatuor Tomis Commentariorum Ecclesiasticorum de diuinis officijs non modò copiosè perpurgare, sed etiam errores Lutheranorum, Caluinistarum, Anabaptistarum, & aliorum hæreticorum, qui ex falsa eorum doctrina oriuntur, cùm veram legem supplicandi lex statuat credendi, vt habeat aurea Celestini Pontificis sententia in diuino cultu sacrisq; ministerijs fusè confutare adnixus. Nec minus Disciplinæ ratio ex doctrina dependet, cùm verissimè index doctrinæ & gemina eius soror à veteribus appelletur, sic vt corrupta dogmarum veritate disciplinam apud hæreticos consimilem consequi sit necesse. Vt autem simiæ homines, sic tam in diuino cultu quam disciplina hæretici Lutherani præsertim, Catholicos in plerisq; imitari student. Caluinistæ verò tanquam vulpes, ea, quæ ad nostra diuina Officia & Ceremonias pertinent, demoliri & funditus exstirpare omnibus viribus pene omnia moliuntur, quæ verò Disciplinam attingunt veterem mutatis saltem nominibus pene vniuersa omni studio in suis Synhodis & libris de Politia restituere & reuocare conantur, adeò vt sicuti in diuinis Officijs & Ceremonijs exstirpandis vulpes, sic in Disciplina veteri imitanda simiæ manifestè deprehendantur. Quod dixi mutatis nominibus sic intelligi cupio. Sublatis Episcoporum, Archidiaconorum, archipræsbyterorum, Decanorum ruralium, conciliorum, Capitulorum. Disciplinæ adilium vocabulis, penes quos apud veteres & Apostolicos viros omnis exercendæ Disciplinæ Ecclesiasticæ

Cap. 11. epist. suæ.

stiasticæ potestas & auctoritas residebat, in eorum locum, suos Ministros, Seniores, Laicos, Decanos, Classes, & Decanos classium, Consistoria, Præsbyteria, conuentus Ecclesiasticos, rebus propemodum ijsdem in multis nobiscum retentis, substituerunt. De Disciplina nostræ Ecclesiæ restituenda his sex libris agere modò nostri instituti & propositi est; sed de Disciplina peruersa & corrupta, qualis in Caluinistarum Synhodis Gallicis, & Belgicis eorundemq; varijs De Disciplina & Politia Ecclesiastica libris à me perlectis reperitur ex proposito peculiari iusto volumine iam magna ex parte à me pertractatum est, & copiosius multoque adhibito indefesso studio multiplici variaq; lectione amplius pertractandum erit, & auxilijs necessarijs suppetentibus hac & alia superiora ad honorem nominis vestri publicè omnibus communicabuntur. Hos autem de Disciplina libros Reuerendißime Præsul ad Celsit. V. mitto glorioſa & honorifica nominis vestri fama permotus, quod amore Orthodoxæ religionis ducta. Collegium PP. Societatis Iesu erexerit, Caluinistarumq; iconoclastiam detestata, Imaginem Christi crucifixi, ex auro purißimo confectam, quæ sexagies mille florenis empta fuerat, quam Otho 2. Volckmari viri pij & nullo non honoris gradu digniſsimi, anno Domini 955. fauore vt Cranzius refert donauit, religioſißime custodiat, quod Disciplinam Ecclesiasticam in sua Diocæsi strenuè & paternè vestigijs anteceſsorum inſiſtendo exerceat. Meinvvercus enim Anno Domini circiter 1030. Vualonem Corbeianum

Abba-

Abbatem, quod censuram suam de vitiosis Cœnobij moribus corrigendis repudiaret, loco mouit. Laudat & Imadum Crantzius lib. 4. cap 30. quod religionis cultum magno studio fouerit, quod Ecclesiastica Disciplinæ curam gesserit diligentissimam & maximam Anno Domini 1052. Tanta est præeminentia, sublimitas & prærogatiua Episcopi Padebornensis, vt habeat hoc priuilegium, quod solis conceditur archiepiscopis, nempè vsum Rationalis, quod Bernhardus eius nominis Episcopus primus Paderbornensis vnà cum Lothario Romam profectus ab Honorio 2. Pontifice impetrauit sicuti & Bernardus 3. Anno 1202. plura insignia priuilegia ab Honorio 3. accepit. Ex Episcopis Paderbonensibus etiam Cardinales electi, sicuti Oliuarus Cardinalis Sabinẽsis fuit Bernhardus numero 4. Episcopus Paderbornensis nonnihil de rigore seueræ Disciplinæ Ecclesiasticæ remisit, dum Canonicis suis permisit ex regularibus fieri seculares vel potius vt Crantzius libr. 7. cap. 50. in Metropoli interpretatur regulares sine regula vel irregulares, circiter annum Domini 1250. sed in eo purgandus videtur, quod necessitati temporum cedere & inclinanti ac collabenti paulatim disciplinæ se accommodare, & aliarum Ecclesiarum imò ipsius Pontificis concessioni & consuetudini conformem se reddere fuerit coactus; cùm ante Treuerenses, Moguntinenses, VVormacienses, Spirenses, Leodienses, Colonienses, vt ostendit doctè & pulchrè Ioannes Molanus D. Louanienſis li. 1. de Canonicis cap. 14. & 15. suaue illud communis vitæ iu-

gum affluentibus opibus pietate ac concordia decrescentibus dissolutiores facti excussissent. Sed V. C. laudatur à pijs omnibus Disciplinæ zelo æstuãtibus, quod prolapsam in collegijs & monasterijs suæ Diœcæseos Disciplinam restituat, iacentem erigat, exstinctam accendat. Impulit quoq; me ad hunc vtilissimi argumenti librum C. V. inscribendum, quod cum duo nepotes vestri fratris Satrapæ, filij maximæ spei & expectationis adolescentes nobiles Reueren. DD. Godefridus & Fredericus à Furstenburgh, Canonici Metropolitani Moguntiaci & Treucrenses, sub mea scholastica disciplina in Gymnasio celeberrimo Laurentiano Colonienſi me Rectore summa honestate morum & modestia aliquot annis militarint, eosdemq; intimo amore ob heroicam indolem fuerim complexus, ex ijsdemq; de laudatissima administratione Diœcæseos vestræ in Disciplina, in diuino cultu & obseruatione Catholicæ religionis multa præclara vt & ex alijs intellexerim, officij mei esse putaui talem tantumq; virum, qui à Caroli Magni temporibus ad se deriuatam religionem, disciplinam, & diuinum cultum adeò heroicè & strenuè restituit ac tuetur, hoc scholastico munere salutandum esse; accedente etiam ea causſa quod frater vester Casparus à Furstenburgh nobilissimus Satrapa in Bilstein I. C. non aspernandus, vtpotè qui Coloniæ Iuris lauream publicè ante plurimos annos promeruerit, quondam Coloniæ Doctoris Petri Schultingij Steinvvichij Senatus Colonienſis Syndici, Iurisq́ue Professoris Ordinarij fratris mei longè carissimi,

non

non auditor tantum in Iure fuerit, sed etiam per omnem vitam summa amicitia coniunctissimus & deuinctissimus. Quod si igitur nominis sui patrocinio hūc fœtum nostrum dignata fuerit Celsi. V. non modo de Ecclesia & mea persona bene merebitur, sed etiam conatus meos ad maiora ante nominata absoluenda & perficienda alacriores reddiderit. Deus Optimus Maximus V. Reuerend. Celsi. ad annos longos Nestoris in vtroque homine tranquillè & pacificè pro gubernatione ordinatissima Ecclesiæ Padebornensis semper sanam tueatur. Datum Coloniæ ex Collegio S. Andreæ, Anno 1598. ipsis Kalendis Iunij.

Reuerendissimæ Celsi. V.

cliens humilis

Cornelius Schultinge
Steinvvich.

DE

DE DISCIPLINAE ECCLESIASTICAE METHODO LIBER QVARTVS.

CAPVT I.

Ex Decretorum ſcriptoribus qui totius Diſciplinæ & Politiæ Eccleſiaſticæ Corpus complectuntur.

CONSONANTIA, Harmonia ac cõcordia quatuor præcipuorum Canonum ſcriptorum Burchardi, Iuonis, Iſidori MS. habiti ex Bibliotheca Siebergenſi, & Gratiani, vnde corpus & Theſaurus Diſciplinæ Eccleſiaſticæ copioſiſſimè hauriri ac deſumi poterit.. Notandum initio Iſidori MS. ordinem Burchardum magna ex parte fuiſſe ſequutum.

De Primatu Eccleſiæ & ſupremis poteſtatibus Eccleſiaſticis.

Burchardus lib. 1. Decretorum, Gratianus parte 1. Decretorum, Diſtinct. 22. & 23. & Iſidorus MS. Siegebergenſis lib. 1. Decretorum.

De inferioris ſacris ordinibus, ordinatione, dignitate, vitæ qualitate, officijs, miniſterijs præsbyterorum, Diaconorum reliquorumq; ordinum Eccleſiaſticorum.

Burchardus libro ſecundo. Iſidorus libro 2.

Iuo

Iuo parte 6. Gratianus Distinctione 25. & 23. ac passim.

De Ecclesijs, de diuinarum domorum institutione, cultu & honore, de Decimis & oblationibus, deq; iustitijs singulorum.

De his omnibes libr. 3. Burchardus & Iuo in 3. part. & Isidorus in 4. lib. & Gratianus de Ecclesijs in 3. parte Decreti de Consecratione & Decimis ac oblationibus, Causa 13. Parte 2. Causa 16. q. 1. & in Decretalibus lib. 3. tit. 30.

De Sacramento Baptismi & Confirmationis, deq; ijs quæ circa hæc sunt obseruanda tractat.

Burchardus libr. 4. Isidorus lib. 5. in quo quartum & quintum Burchardi ferè complectitur, Iuo Parte 1. Gratianus in 3. Parte Decretorum, De Consecratione Distinct. 4. & 5.

De Sacramento Eucharistiæ.

Burchardus libro quinto. Iuo Parte 2. Isidorus libro 5. vt supra dictum. Gratianus 3. Parte de Cõsecratione, Distinct. 2.

De homicidijs spontaneis & non spontaneis, parricidijs, fratricidijs, vxoricidijs & cæde seniorum & Ecclesiasticorum, ijsq; pœnitentia iniungenda.

Burchardus libro 6. Isidorus libro septimo. Iuo parte 10. Gratianus libro tertio Decretalium, Titulo 12.

De incesta consanguinitatis copulatione & gradibus quæ incestuoso Pœnitentia sit imungenda.

Burchardus libro 7. Isidorus libro 8. Iuo parte nona. Gratianus libro quarto Decretalium titulo 14.

De viris ac fœminis Deo dicatis, qui sanctum propositum reliquerunt, & de eorum pœnitentia.

Burchardus libr. 8. Iuo parte septima. Isidorus libr. 3.

De fœminis non consecratis vt virginibus & viduis, de earum raptoribus & pœna ijs imponenda, de legitimo matrimonio & illegitimo eiusq; Pœnitentia.

Burchardus libro nono. Isidorus libro octauo. Iuo parte octaua. Gratianus sparsim in diuersis locis, & de matrimonio toto quarto libro Decretalium.

De incantatoribus, auguribus, diuinis, sortilegis, varijs illusionibus Diaboli, de maledicis, contentiosis, deq; pœnitentia singulorum.

Burchardus libr. 10. Isidorus libro decimo. Iuo parte vndecima. Gratianus Causa 3. qu. 5. & sparsim in locis varijs.

De

De Excommunicatione, eius neglectu, & contemptu, furibus, prædonibus, & sacrarum ædium incensoribus ac depredatoribus.

Burchardus libro vndecimo. Iuo parte decimaquarta. Isidorus libr. 10. Gratianus sparsim in diuersis locis.

De Periurio, & Iuramento, de iurandi facilitate, eius periculo, deqúe impijs iuramentis infringendis.

Burchardus lib. 12. Iuo parte 12. Gratianus causa 22. per quinque quæstiones.

De obseruatione vtilitateqúe ieiunij, & de ieiunio Quadragesimali 4. Temporum & aliorum ab Ecclesia institutorum, eorumqúe violatoribus.

Burchardus libro 13. Isidorus 6. parte. Iuo 4. parte, vbi & de festis agit, de ieiunijs parum aut nihil Isidorus. De festis Isidorus parte sexta. & de festis Burchardus nihil habet. De Concilijs Isidorus parte nona, de quibus nil habet Burchardus.

De Crapula & Ebrietate & pœnitentia Ebriosorum.

Burchardus libro 14. Iuo parte 13. Gratianus Distinct. 35. & 25.

De Laicis omnis conditionis, Imperatoribus, Regibus, Principibus & subiectis.

Burchardus lib.15.Iuo part.16. Isidorus libr.10. Gratianus sparsim & Distinct.96.97.& 10.

De accusatoribus, iudicibus, testium, & talium, si mali sint, pœnitentia.

Burchardus lib.16.Iuo part.12. Isidorus libr.10. Gratianus Causa 4.per sex quæstiones.

De fornicatione & incœstu generis & correctione ac pœnitentia talium.

Burchardus lib.17.Iuo parte 9.Isidorus lib.8.Gratianus de fornicatione, Causa 15.quæst.8. De Incestu, Causa 35.q.2.3.cap.8.

De Visitatione infirmorum & ad eam requisitis.

Burchardus lib.18. Isidorus lib.11. Gratianus in parte de Consecratione. Burchardus libro decimo octauo.

Corrector & Medicus ac totus Disciplinalis, quia correctiones corporum & animarum medicinas plenè continet, docet sacerdotem quemlibet, quomodo cuique succurrere valeat ordinatè vel sine ordine pro varia ætate & sexu.

Burchardus libro decimonono, Iuo parte decimananona. Isidorus libro nono. Gratianus sparsim.

Speou-

Speculator de Dei Prouidentia, prædestinatione, Aduentu Antichristi, eius Operibus, de resurrectione, die Iudicij, de Inferno, Aeterna vita.

Burchardus libr. 20. postremo Isidorus. Parte 12. Iuo Parte 17. Hæc est generalis Harmonia & Collatio Canonicæ Disciplinæ siue Politiæ Ecclesiasticæ aut Thesauri & Corporis Canonum. Porrò si quis magis specialem singulorum Canonũ de indiuiduis & singulis Canonicis materijs Decretorum Harmoniam atq; consonantiam legere desiderat, adeat Corpus Decrotorũ Gratiani nouissimè sub 3. Pontificibus & postremò Gregorio 13. correctum & inueniet in omnibus & singulis Canonibus Gratiauum non modo cum tribus illis Isidoro, Burchardo Iuone, sed etiam cũ Decretis Cresconij, Anselmi, Deusdedit Cardinalis Gregorij Presbyteri, qui Volumen suum Polycarpum, inscripsit collatum atque comparatum, & sic habebit Disciplinæ Ecclesiasticæ, Corpus & Thesaurum locupletissimum. consulantur marginalia ad singula capita & canones.

CVPVT IIII.

Illustratum argumentum Disciplinæ Ecclesiasticæ & & Politiæ exemplo, imitatione & similitudine Disciplinæ præstantissimæ & florentissimæ Reip. Rom.

INter omnes Monarchias & Respublicas Rom. Rempublicam florentissimam fuisse ac diutis-

tissimè potissimum ob vigorem Disciplinæ fletisse omnino extra controuersiam pono. Paulus Orosius libr. 7. cap. 2. & libri 2. capit. 1. Romanum cum Babylonico imperio comparans facilè Romano imperio primas partes attribuit. Stadius in argumento Prologi Flori Romanum Imperiũ per strictam & rigidam Disciplinam militarem maxime floruisse minimè diffitetur. Cicero Oratione in Pisonem folio tertio. Censoriam Disciplinam quadringentis annis seruatam, per Pisonem è medio sublatam ipsi acriter exprobat, qua singulis lustris seu quinquennijs mores ciuium emendabantur verba Ciceronis hæc sunt. Quadringentos annos legem Iudicum rationemque Censoriam tenueramus, quam potestatem minuere, quo minus de nostris moribus quinto quoque anno iudicaretur, nemo tam effusè petulans conatus est. hæc sunt O Carnifex in gremio sepulta consulatus tui. hactenus Cicero Valerius Maximus libr. 12. cap. 9. De Censoria seueritate nouem præclara ex Romana Republ. exempla commemorat, ex quibus tantum ego tria insignia omissis alijs recitabo. Prius audiamus, quã pulchrè Valerius præfetur in hanc materiam Castrensis Disciplinæ tenacissimum vinculum, & militaris rationis diligens obseruatio, admonét me, vt ad censuram pacis magistram custodemque transgrediar. Nam vt opes populi Romani in tantam amplitudinem, Imperatorum virtutibus excesserunt, ita probitas & continentia censorio supercilio est examinata. Opus effectu par bellicis laudibus. Quid enim prodest foris esse stre-

ſtrenuum, ſi domi malè viuitur? Expugnentur licet vrbes, corripiantur gentes, regnis inijciantur manus; niſi foro & Curiæ officium ac verecundia ſua conſtiterit, partarum rerum æquatus cœlo cumulus, ſedem ſtabilem non habebit. ad rem igitur pertinet noſſe, atque adeò recordaris acta Cenſoriæ poteſtati quartum Valerij exemplum ex c. 2. primo loco collocabo. Quid de Fabricio Luſcini cenſura loquar? narrauit omnis ætas & deinceps narrabit, ab eo Cornelium Rufini duobus conſulatibus & dictatura ſpecioſiſſimè functum, quod decem pondo vaſa argentea comparaſſet, perinde ac malo exemplo luxurioſum in ordine ſenatorio retentum non eſſe. Ipſæ mediusfidius literæ ſeculi noſtri mihi obſtupeſcere videntur, cum ad tantam ſeueritatem referendam miniſterium accommodare coguntur, ac vereri ne non noſtrę vrbis acta commemorare exiſtimentur.

Liuius l. 14. Plutarchus in Sulla Gellius in Noctibus Atticis.

Vix enim credibile eſt intra idem pomerium decem pondo argenti, & inuidioſum fuiſſe cenſum & inopiam haberi contemptiſſimam M. autem Antonius, & L. Flaccus Cenſores Duronium ſenatu mouerunt, quod legem de coercendis conuiuiorum ſumptibus latam tribunus plebis abrogauerat, mirifica notæ cauſa. Quam enim impudenter Duronius Roſtra conſcendit, illa dicturus, Freni iniecti ſunt vobis quirites nullo modo perpetiendi, alligati & conſtricti eſtis amaro vinculo ſeruitutis: Lex enim lata eſt, quæ vos eſſe frugi iubet: abrogemus igitur iſtud horrificæ vetu-

vetustatis rubigine obsitum imperium. Etenim quid opus libertate, si volentibus luxu peri re nō licet? sequuntur duo eiusdem generis exempla, eaque erit satis adiecisse. G. Cotta, cum à L. Metello & Cn. Domitio Censoribus Senatu motus esset, postea Censor factus est. Item M. Valerius Messala censoria nota perstrictus censoria post. modum potestate imperauit. Quorum ignominia virtutem acuit: eius rubore excitati, omnibus virib. incubuerūt, vt digni ciuib. viderentur quibus dari potius, quam obijci Censura deberet. Idem Valerius lib. 6. cap. 3. de Seueritate. districtæ ait & inexorabiles vindictæ vtilia legum munimenta. exempla profert 12. interna, externa tria vocat seueritatem rigidam custodem ac vindicē Libertatis, sed pro dignitate & disciplina æquè grauem. Quæstor Cornelius propter vitam inhonestè actam sine vllo prouinciali ministerio, tantum non lege repetundarum damnatus est. hanc ille animaduersionem meruit Consimili seueritate senatus postea vsus est, vt de his, quæ sacris Bacchanalium incestæ vitæ fuerant, inquirerent: à quibus cum essent multæ damnatæ, cognati intra domos in omnes animaduerterunt, lateq; patens opprobrij deformitas seueritate supplicij emendata est. Quia quantum ruboris ciuitati nostræ mulieres, turpiter se gerendo incusserut, tantum laudis grauiter punitæ attulerunt. Metellus vxorum, quod vinum bibisset, fustim interemit. idq; factum non accusatore tantum, sed & reprehensore caruit vnoque existimante, optimo illam exemplo violatæ sobrietatis pœnas dedisse

Vide Valerium l. 8. ca. 6. De his qui commiserūt quæ in alijs vindicarunt & l. 5. ca. 8. Qui seueri contra liberos c. 9. lib. 5. Qui moderati contra suspectos liberos.

De Romana Disciplina locus præclarus inuenitur apud Cornelium Tacitum li. 3. Annalium cap. 11.

disse vel pependisse. Et sanè quæcunque fœmina vini vsum immoderatè appetit, omnibus & virtutibus ianuam claudit & delictis aperit. Lacedemonij libros Archilochi è ciuitate sua exportari iusserunt, quod eorum parum pudicam ac verecundam lectionem arbitrabantur. noluerunt enim ea liberorum suorum animos instrui, ne plus moribus noceret, quam ingenijs prodesset. Cicero in 2. Oratione ad Caium Cæsarem de Repub. ordinanda. Plebs eò liberè agitabat, quia nullius potentia super leges & disciplinam erat: neque diuitijs aut superbia, sed bona fama factisq; fortibus, nobilis ignobilem anteibat: humillimus quisque in armis, aut militia, nullius honestæ rei egens, satis sibi satisque patriæ erat. Sed vbi eos paulatim expulsos agris, inertia atque inopia incertas domos habere subegit: cœpere alienas opes petere, libertatem suam cum Repub. venalem habere. Ita paulatim populus, qui erat dominus & cunctis gentibus imperitabat, dilapsus est: & pro communi imperio priuatam sibi quisque seruitutem peperit. hæc igitur multitudo primum malis moribus imbuta: deinde in artes vitasque varias disparata, nullo modo inter se congruens, parum mihi idonea videtur ad capescendam Rempub. paulò pòst in eadem oratione. Vbi igitur eos in ciuitatem adduxeris, quoniam quidem renouata plebs erit in ea maxime animũ exercitato vt colantur boni mores, concordia inter veteres & nouos ciues coalescat. Sed multò maximum bonum Patriæ ciuibus, tibi, liberis, postremò humano generi pepereris, si studium pecu-

pecuniæ aut sustuleris, aut, quoad res feret, minueris aliter neque priuata res, neq; publica, neque domi, neq; militiæ regi potest. Nam vbi cupido diuitiarum inuasit, neq; Disciplina, neq; artes bonæ, neque ingenium vllum satis pollet: quin animus magis aut minus maturè, postremò tamen succumbat. Sæpe iam audiui qui reges, quæ ciuitates & nationes per opulentiam magna imperia amiserint, quæ per virtutem inopes cœperant. Id adeo haud mirandum est. Nam vbi bonus deteriorem diuitijs magis clarum, magisque acceptum videt, primò æstuat multaque in pectore voluit: sed vbi gloria honorem magis indies, virtutem opulentia vincit, animus ad voluptatem à vero deficit. quippe gloria alitur industria, vbi eam dempseris ipsa per se virtus amara atque aspera est. postremò vbi diuitiæ claræ habentur, ibi omnia bona vilia sunt fides, probitas, pudor & pudicitia. Nam ad virtutem vna & ardua via est, ad pecuniam, qua cuique libet, nititur, & malis & bonis rebus ea creatur, ergo in primis auctoritatem pecuniæ demito, neque de capite, neque de honore ex copijs quisquam magis aut minus iudicaueritl, si neque prætor neque Consul ex opulentia, verum ex dignitate creetur. Virtute alius altum anteire properet. Nec ego magna remedia contra diuitias statuo. Nam perinde omnes res laudantur, atque appetuntur, vt earum rerum vsus est, malicia præmijs exercetur. vbi ea dempseris, nemo omnino gratuitò malus est.

Cæterùm auaritia bellua fera, immanis, intoleran-

leranda est: quò intendit, oppida, agros, fana, atque domos vastat, diuina cum humanis permiscet, neque exercitus, neque mœnia obstant, quò minus in sua penetret, fama, pudicitia, liberis patria atque parentibus cunctos mortales spoliat. Verum si pecuniæ decus ademeris, magna illa vis auaritiæ facilè bonis moribus vincetur. Atque hæc ita sese habere, tametsi omnes æqui, atq; iniqui memorent, tamen vbi cum factione nobilitatis haud mediocriter certandum est: cuius si dolum caueris, alia omnia in procliui erunt. Nam hi, si virtute satis valerent, magis æmuli bonorũ, quam inuidi essent. Quia desidia, inertia, stupor eos inuasit atq; torpedo obstrepunt, obtrectant, atque alienam famam suum dedecus existimant. Sed quid ego plura quasi de ignotis memorem? Marci Bibuli fortitudo atque animi vis in Consulatum erupit: hebes lingua, magis malus, quam callidus ingenio. Quid ille audeat, cui Consulatus maximum Imperium maximo dedecori fuit? An L. Domitij magna vis est, cuius nullum membrum à flagitio, aut facinore vacat? lingua vana, manus cruentæ, pedes fugaces, quæ honestè nominari non possunt, inhonestissima. Vnius tantum M. Catonis ingenium, versutum, loquax callidium, haud contemno. Parantur hæc Disciplina græcorum, sed virtus, vigilantia, labor, apud græcos nulla sunt. Quippe cum domi libertatem suam per inertiam amiserint, censesne eorum præceptis imperiũ haberi posse? Reliqui de factione sunt inertissimi nobiles, in quibus, sicut insiituto, præter nomẽ nihil est additamenti.

Lucius

Lucius Posthumius & Marcus Fauonius mihi videntur, quasi magnæ nauis superuacua onera esse, vbi salui peruenire visi sunt. Si quid aduersi coortum est, de illis potissimum iactura fit, quia precij minimi sunt. hæc hactenus de plebe renouanda corrigendaque differui, &c. quæ quomodo etiam ipsa ad Disciplinam Ecclesiasticã transferantur, nemo nisi cœcus non videt, præsertim cum etiam versus illos, qui occasionem mihi scribendi dederunt, quasi interpretentur. Diuitias peperit quasi mater honorificata Religio, &cæt. sed filia postea deuorauit matrem. mox paulò pòst in eadem oratione, in eandem sententiam. Postquam mihi ætas ingeniumq; adoleuit, haud fermè armis atque equis corpus exercui, sed animum in literis, quod natura firmus erat in laboribus habui. Atque ego in ea vita multa legendo atque audiendo ita comperi omnia regna, ciuitates, nationes, vsque eò prosperum imperium habuisse, dum apud eos vera consilia valuerunt. Vbicunque gratia, timor, voluptas ea corrupere, pòst paulò imminutæ opes, deinde ademptũ imperium postremò seruitus imposita est. Equidem ego sic apud animum meum statuo, cuicunque in sua ciuitate amplior illustriorque locus, quam alijs est, ei magnam curam esse Reipublicæ. Nam cæteris salua vrbe libertas tantummodo tuta est. Qui per virtutem sibi decus, diuitias, honorem pepererunt vbi paulatim inclinata Resp. agitari cœpit, multipliciter animus curis atque laborib. fatigatur, aut gloriam aut libertatem, aut rem familiarem defensat, omnibus locis adest, festinat,

nat,quantò in secundis rebus florentior fuit,tantò in aduersis asperis magis anxiè agitat. Itaque vbi plebs senatui, sicuti corpus animo obedit, eiusque consilia exequitur patres consilio valere decet, populo superuacanea est calliditas. Itaq; maiores nostri cum bellis asperrimis premerentur,equis,viris, pecunia amissa, nunquam defessi sunt,armati de imperio certare, non inopia ærarij,non vi hostium, non aduersa res eorum ingentem animum subegit? quin quæ virtute cœperant,simul cum anima retinerent. Atque ea magis fortibus consilijs, virtute, disciplina, quam bonis prælijs sunt parata, quippè apud illos vnica Respubl. erat, ei consulebant, factio contra hostes parabatur: corpus atque ingenium patriæ,non suæ quisque potentiæ excitabat. Itaque Patres, quorum consilio antea dubia Respublic. stabiliebatur, oppressi, ex aliena libidine huc atque illuc fluctuantes, agitantur: interdum alia, deinde alia decernunt: vt eorum, qui dominantur,simultas ac arrogantia fert, ita bonum malumque publicum existimant. illis maiorum virtus partam reliquit gloriam, dignitatem, clientelas, cætera multitudo plerunque insciafit sententia eorum à metu libera. tandem in fine istius secundæ orationis ad C. Cæsarem per Apostrophen se conuertit & rogat vt Disciplinam, libertatem bonasque leges Reipublic. restituat. In prima Oratione de Ordinanda Republ. (nos accommodamus ad ordinandam Ecclesiam) sic loquitur Orator. Neque quisquam te ad crudeles pœnas aut acerba iudicia inuocat, quibus ciuitas

vastatur magis, quam corrigitur, sed vt prauas artes, malaq; libidines ab iuuentute prohibeas. Nam sæpè ego cum animo meo reputans, quibus quisque rebus clarissimi viri magnitudinem inueniſſet: quæ res populos nationesque magnis auctoribus auxisset, ac deinde quibus causis ampliſſima regna & imperia corruissent; eadem semper bona atque mala reperiebam, omnesque victores diuitias contempsisse & victos cupiuisse. neque aliter quisquam se attollere, & diuina mortales attingere, nisi omissis pecuniæ & corporis gaudijs, animo indulgens, non assentando neque concupita præbendo, peruersam gratiam gratificans, sed in labore patientia, bonisque præceptis & factis fortibus excitando. Porrò ij, quibus bis die ventrem onerare, nullam noctem sine scorto quiescere, mos est; vbi animum, quem dominari decebat, seruitio oppressere, nequaquam eo postea habet, atque claudo pro exercitio vti volunt. Nam imprudentia pleraque & se præcipitant. Verum hæc & omnia mala pariter cum honore pecuniæ desinent, si neque magistratus, neque alia vulgò cupienda venalia erunt. Iam ad Disciplinam Censoriam Romanorum redeamus. Aulus Gellius libro quarto Noctium Atticarum cap. vigesimo. Inter censorias seueritates tria exempla castigatissimæ disciplinæ narrat. vnum est eiusmodi. Censor agebat de vxoribus solenne iusiurandum, verba hæc erant ita concepta. & tune ex anni tui sententia vxorem habes? Habeo equidem respondit, sed non ex animi tui sententia. Tum Censor eũ quod intempestiuè

stiuè lasciuisset, in ærarios retulit, causamque hanc ioci scurrilis apud se dicti subscripsit. Altera seueritas eiusdem sectæ & disciplinæ est. Deliberatum est de nota eius, qui ad Censores ab amico aduocatus est, & in iure stans, clarè nimis ac sonore oscitauit, atque inibi propè vt plecteretur, fuit, tanquam illud indicium vagi animi foret & hallucinantis & fluxæ & apertæ securitatis. Sed cum ille deierasset, inuitissimum sese ac repugnantem oscitatione victum, teneriqué eo vitio, quod oscedo appellatur, tum nota iam destinata exemptus est. Publius Scipio Africanus Pauli filius vtranque historiam posuit, in oratione quam dixit in Censura, cum ad maiorũ mores populum hortaretur. Item aliud refert Sabinus Massurius in septimo Memorabilium seuere factum. Cens. ait. Publius Scipio Nasica & M. Popilius, cum equitum censum agerent equum nimis strigosum & male habitum, sed equitem eius vberrimum & habitissimum repererunt. & cur, inquiunt, ita est, vt tu sis quam equus curatior? Quoniam inquit, ego me curo, equum Statius meus seruus. Visum est parum reuerens esse responsum relatusque in ærarios, vt mos est. Obseruaui etiam ex eodem Gellio libro 5. cap. 19. Censores solitos habere orationes ad populum de moribus in quibus reprehendebant pessimos populi mores & corrigebant. idem Gellius li. 6. c. 14. Tria genera Disciplinæ seu pœnarum commemorat. Vna est species νουθεσία vel κολοσις, vel παραίνεσις, cum pœna adhibetur

castigandi atque emendandi causa, vt is, qui fortuito deliquit, attentior fiat correctiorque. altera est, quam τιμωρίαν appellant, ea causa animaduertendi est, cum dignitas auctoritasque eius, in quem peccatum est, tuenda est. ne prætermissa animaduersio contemptum eius pariat & honorem leuet. Idcirco ei vocabulum à conseruatione honoris factum; tertia ratio vindictę, quæ παράδειγμα à græcis nominatur, cum punitio propter exemplum necessaria est, vt cæteri à similibus peccatis metu cognitæ pœnæ deterreantur. Plato autem in Gorgia ex his tribus duas tantum vltimam & primam agnoscit, vt ibidem docet Gellius. Idem Aulus Gellius libr. 10. ca. 6. Non infacta modo, sed in voces etiam petulantiores publicè vindicatum est. Ita enim debere esse, visa est romanæ Disciplinæ dignitas inuiolabilis. nam ob mulieris cuiusdam improba verba ac inciuilia ædiles plebei mulctam dixerunt ei æris grauis viginti quinque millia. Idem Gellius libr. 11. cap. 1. cum duo. Mulctarum genera recenseat Minimam & supremam, quæ à magistratibus populi Romani more maiorum obseruabantur, tales mulctæ infligebantur in castris & in exercitu, si quis extra ordinem pugnasset & in similibus. Alexander Sardus de Moribus ac ritibus gentium libro secundo. Erant Romæ Censores morum Iudices, vt vocauit Varro, discutiunt enim Senatus & populi mores, de nuptijs inquirunt, liberorum procreatione, viuendi ratione & conuiuijs. lustrum annum quoque condunt, census agunt, quod Consulum fuerat munus, & augent, vecti-

vectigalia locant publicanis in conſpectu populi Romani boueque immolato ſcriba Deos Imperatores precatur, vt populi Romani res meliores amplioreſque facerent: ſenatores ex ordine remouent, & equites, plebeios inter ærarios redigunt. Nam equites ipſi, vbi militaria munera, legitimo tempore obiuiſſent, ad Cenſores ducebant equum in forum, & enumeratis ſtipendijs & Imperatoribus, ſub quibus militaſſent, meritas laudes vel vituperationes referebant. Quos Senatu vel alio ordine remouiſſent, poterant ij ordinem recuperare populi iudicio vel prælatorum aut aliorum Cenſorum, quare eorum non dicebatur iudicium, ſed animaduerſio vel auctoritas, plura latius de eorum officio ibidem, addit Cenſores duos fuiſſe, patricium vnum, alterum plebeium, altero mortuo alter ſe abdicabat magiſtratu, qui id facere nolebat ducebatur in carcerem. Erat poteſtas quinque annorum. Cenſores à græcis dicuntur νομοφύλακες, qui duodecim Athenis erant ſorte lecti, legum cuſtodes quorum officium erat eos, qui legibus parerent, laudibus proſequi & honoribus, qui non parerent, pœna multare erant & νομοφύλακες legum cuſtodes Spartæ. Siculi vero in ſingulis ciuitatibus duos Cenſores faciunt, qui imperatis tributis ex cenſu populo Romano ſoluunt. Alexander Sardus de Ritibus & moribus gentium libr. ſecundo, folio 110. Apud Romanos diſciplinæ & pœnarum genera erant octo damnum, vincula, verberæ, talio, ignominia, ſeruitus exilium mors,

vide hic plura de singulis, & apud Sigonium in libro de Iudicijs secundo capite tertio, de Pœnis & libro secundo de Antiquo inre Ciuium Romanorum ca.16. De notis Censorijs ordinum. Petrus Victorius Variarum Lectionum libr. 15. capit. 21. Censores ait fuisse, grauissimos Romæ magistratus, qui populi moribus præesset, vnde etiam vocati, nec non qua pœna eos afficerent, quorum facta vitamque non probassent. Marci Varronis verba de vita populi Romani apud Nonium extantia vim nominis declarant. Ideo censores appellarunt, quod essent arbitri populi idem enim valet censeri & arbitrari. Quomodo autem animaduerterent in eos, quos culpæ affines inuenissent, traditum fuit à Cicerone in 4. libro de Rep. his verbis ab eodem Nonio citatis. Censoris officium nihil ferè damnato affert, nisi ruborem. Itaque vt omnis ea iudicatio versatur tantummodo in nomine, animaduersio illa dicta est ignominia. hoc autem confirmat quoque, quod ipse iudicium huius magistratus, censoriam notationem vocare consueuit, hac notatione sola ignominia iniurebatur ei, qui suo officio defuisset. Paulus Manutius in lib. de Legibus Romanis. Lex de censoribus quinquenni imperio è gente patricia creandis primò lata est Geganio Macrino vndecimo, Quinctio Capitolino V. Cos. quam ipsam legem sexennio post Mam Aemilius Dictator correxit lege lata, ne plus, quam annua ac semestris censura esset. grauis enim omnis diuturna potestas in libera ciuitate. paulò pòst Manutius in eodem libro. Graue etiam eo anno patri-

cij

cij damnum accepere, quo Q. Publilius Philo dictator legem nouam tulit, vt alter vtique ex plebe censor crearetur. Lex à Pompeio lata fuit teste eodem Manutio, vt senatores certis de causis a censoribus ordine mouerentur. Interdictio aquæ & ignis fuit apud Romanos (de qua lege Manutium in libello dicto fol. 176. & 213.) similis disciplinę excommunicationis. Leges de Mulctis explicat quoque Manutius in eodem libro folio millesimo quingentesimo nono. 160. Testis idem Manutius folio decimo quinto, eodem lib. ait quod Athenienses minus diu quam Lacedemonij, & Lacedemonij minus quam Romani floruerint, quod Athenæ citius, quam Sparta, & Sparta citius quam Roma de recta maiorum consuetudine & disciplina deflectens, legum imperium maiestatemque neglexit quare prudenter iudicat Polybius, quod duabus potissimum ciuitatibus, Carthagine & Roma, multorum annorum bello de imperio certantibus, ad extremum succubuisse Carthaginem, & victam condiciones accepisse, ob eã maximè causam putat, quod, quo tempore inter eas incidit contentio, tum & Carthagine, multò quam antea negligentius, & Romæ multò quam vnquam, diligentius leges disciplinæ seruabantur, &cæt. Omnes leges Manutianæ ferè sunt pœnæ Disciplinales & correctoriæ seu castigatoriæ aliæ ambitus folio ducentesimo septuagesimo secundo, aliæ auaritiæ folio centesimo quadragesimo septimo aliæ deportationis 171. aliæ corrupti iudicij 224. 245. & 179. corruptelæ munerum. 161. 207.

Vide supra li. 3. cap. 2.

alia pœna interdicti & deportationis 214. 221. aliæ clandestinarum coitionum 248. alia exilij 179 174 173. 179. 197. 241. 169. alia verberum in ciuibus 226. aliæ contra pellices 139 alia corrupti iudicij vt quinto. & hic 238. aliæ contra illicitam venerem exercentes 246. 247. Prius non excludebantur iure iudicandi quos ignominia censores notassent, id significat Cicero in oratione pro Cluentio folio 134. postea tamen inductum lege Iulia, vt Senatu moti iudicare non posset vide folio 134. & 135. Quoniam Italia erat armentosissima pro copia boum aut ouium penuria multæ indicebantur, postea quoniam cum à magistratibus eiusmodi multa pecoris armentique dicta erat abigebantur boues oueſque alias precij parui alias maioris, eaque res faciebat inæqualem multæ punitionem, idcirco postea pro ouibus & bobus multæ loco certa quota pecuniæ fuit constituta, multam indixerunt, ij apud quos legis erat actio, quod apud I. C. libro tertio, C. de modo multarum, constat & in eo titulo multarum coarctata est licentia folio 160. Possumus Disciplinam definire ad imitationem Manutij in eodem libello folio decimo sexto quod nihil aliud sit quam bene viuendi norma legibus tradita atque præscripta quæ definitio non longe abhorret à definitione Cypriani, de qua libro primo, capit. secundo. Nunc paucis dispiciamus de Causis legum & canonum, qui ad Disciplinam pertinent. A corruptis moribus manasse canones nemini dubium est, nam vbi continenter, sobriè viuitur, vbi pietas colitur, vbi iustitiæ locus est,

est,quorsum ibi canon aut lex feratur? nec sanis corporibus quæsita medicina est: nec, qui leuiter & sedato cursu amnes fluerent,sed incitatis extraque ripas diffluentibus aggeres obiecti. ac vetustissimi mortalium omnem luxum ignorantes tranquillam vitam,ipsa natura duce,viuebant;post erupit iniuria & quod quisque potuit, id quisque velle, neglecta ratione cæpit, tunc necessariò leges & canones lati, & iniecta licentiæ quasi frena,quæ,si quis rectè agere sua sponte nollet, eum pœnæ metu in officio continerent:itaque conseruandæ augendæque Ecclesiæ causa,& vt essent bene viuendi norma, canones inuentos manifestè cognoscitur;quotquot autem Ecclesiæ particulares aut malas leges & canones habuerunt,aut bonis non rectè sunt vsæ,aliæ vi externa,aliæ domestica seditione conciderunt. Moderatam autem sic fuisse disciplinam legibus constitutam, ne pœna capitis cum pecunia coniungeretur, significat Cicero in oratione pro domo sua. In Disciplina quoque & iudicijs Romanis, si quis magistratum sine prouocatione creasset,tergo ac capite puniebatur,& sic Dictator,à quo antea prouocatio non erat,cum alijs magistratibus exæquatus est,fol.51. tulit talem legem Duilius, sed L. Valerius & M. Horatius Coss. illam legem non modò confirmarunt,sed etiam auxerunt,nouo iure adscripto. cum illi de prouocatione ab omni magistratu, quicunque crearetur, lege sanxerunt, folio 50. 57. 58.M.Valerius Consul eam legem de prouocatione diligentius sanxit ad scripta pœna.si quis eum qui prouocasset, virgis cecidisset, securiuè necas-

set,at qua pœna?hac vna improbè feciſſe, ea tum probitas erat, vt ignominia non minus quam acerbiſſima pœna timeretur. Regum ætate non multæ leges de diſciplina & moribus erant, quia nondum licentia,nondum vis emerſerat, non luxuries,non illa,quæ opes,ferè conſequitur,malarum artium lues in vrbem inuaſerat.regibus exactis ſimul cum publicis opibus & nata noua vitia ſunt & ea, quæ fuerant, aucta.: tunc vt ad varios morbos diuerſa medicamenta inueſtigata inuentaque ſunt,ſic ad ea mala, quæ manare cœperant in ciuitatem comprimenda atque ſananda varia legum genera peperit neceſſitas. Numa tamen Pompilius multò magis ciuitatem legibus & bona diſciplina excoluit,& ab armis ad religionem bonoſque mores traduxit, & pietate erga Deum quaſi freno ad impetus animorum reprimendos homineſque in officio & recta ratione continendas vſus eſt. Multas Romani leges ſumptuarias ſeu cibarias tulerunt, quæ ad luxum cleri refrenandum,in Eccleſiæ praxin forent transferendæ, & tales leges ſeu canones ſunt non negligendi, domus enim per immodicos priuatos ſumtus exhauriuntur,at ex domibus ciuitas conſtat. itaque valere nō poteſt,quaſi corpus quoddam membris malè affectis; ideo leges cibariæ multæ ad coercendam luxuriam diuerſis temporibus ſunt latæ. Publius Cornelius Rufus motus ſenatu à cenſoribus,quod eum comperiſſent argenti facti,hoc eſt vaſorum argenteorum decem pondo habere. De ſumptibus mulierum C.Oppius tribunuſpl.tulit ne qua mulier plus ſemiuncia auri haberet, neu veſti-

veſtimento verſicolori vteretur neve vehiculo in oppido veheretur. Lex Melilia rationem poliendarum veſtium fullonibus præſcribebat. De moderando ſumptu funerum legem tulit Sylla dictator. Leges de Cœnis multæ fuerunt, Orchia numerũ conuiuarum præſcribebat. Lex Fannia ſeueritate ſua ſuperabat Orchiã quod in priore numerus tantum conuiuantiũ cohibebatur, licebatque ſecundũ eam vnicuiq; bona ſua inter paucos conſumere. Fannia aũt & ſumptibus modum fecit aſſibus centum, deinde non ſolum qui prandia cœnaſve maiore ſumptu feciſſent, ſed etiam qui ad eas vocati eſſent, atq; omninò interfuiſſent, pœnis legis æquè tenerentur. Hæ leges fuerunt planè neceſſariæ, Reſp. enim ex luxuria conuiuarum, maiora quam credi par eſt, detrimenta patiebatur: ſiquidem eò res redierat, vt gula illecti pleriq; ingenui pueri, pudicitiã & libertatem ſuã venditarent, pleriq; ex plebe Romana vino madidi in Comitium venirent & ebrij de ſalute Reip. conſulerent. Lege Licinia cuiq; in dies ſingulos 30. duntaxat aſſes edendi cauſa conſumere licebat, cæteris diebus qui excepti nõ eſſent, ne amplius apponeretur, quam carnis aridæ pondo tria & ſalſamentorum pondo. Lege Cornelia non conuiuiorum magnificentia prohibita eſt, nec gulę modus factus, verũ minora precia rebus impoſita, & quibus rebus dij boni quamq; exquiſitis & pene incognitis generibus deliciarum: quos illic piſces qualque offulas nominat? Lex Reſtia ferente Reſtione licet optima foret, obſtinatio tamẽ luxuriæ & vitiorũ firma concordia, nullo abrogante irritam

Ivdalricus Zaſius in Catalogo legum ant. f. 83 54. 85. octo leges ſumptuarias in vno cap. connectit.

Macrobius. irritam fecit, illud tamen memorabile de Restione latore ipsis legis, fertur eum, quoad vixit, foris postea non cœnasse: ne testis fieret contemptæ legis, quam ipse bono publico pertulisset. Necessitas & vtilitas Ecclesiæ varia pœnarum genera & disciplinæ Canones ac regulas pepererunt, quibus fundatur & munitur publica Ecclesiæ salus. Cicero in libro 3. de natura deorum Romani imperij magnitudinem à bonis legibus & disciplina fluxisse significat, & præsertim ab ea lege & Disciplina Romuli, ne quid fieret inaugurato sine auspicijs deorum: hisce auspicijs constitutis ait Romulum iecisse fundamenta ciuitatis populum reuereniia numinis & pietate deuincientē. Cicero de Oratore. Vitia hominum atque fraudes damnis, ignominijs, vinculis, verberibus, exsilijs, morte mulctantur. Vdalricus Zasius in Catalogo legum Antiquarum leges ad coercitionem & disciplinam criminum spectātes breuiter has sequentes recenset Legem Iuliam de adulterijs folio 81. legem Iuliam contrá ambitum 73. De nota Censoria tulit legem Clodius, ne quem Censores in senatu legendo præterirent, neue qua ignominia afficerent, nisi quis apud ipsos accusatus & vtriusque Censoris iudicio condemnatus esset ait Asconius. hac lege Censoriæ potestatis ius imminutum est, quod 400. annis in Repub. ait Cicero in Pisonem retentum fuerat. Antea enim Censoribus notam apponere licuit etiam iure non accusatis, & quod vnus statuisset, nisi alter disertè intercessisset, aut notatum liberasset, tantundem erat, ac si vtriusque iudicio esset damnatus. fol. 22. b. Lex

b. Lex Scantinia statuebat pœnam decem milliũ nummum auctore Quintiliano lib. 6. & 7. Oratoriarum Institut. in eos, qui alienam pudicitiam sollicitassent: sed postea ob magnitudinem huius sceleris atque culpæ maximam atrocitatem pœna gladij à Christianis Imperatoribus constituta est, quam primum sanxerunt Constantius & Constans, vt habetur in L. cum vir nubit. C. ad l. Iuliã de adulterijs. vide in Catalogo Zasij, folio 109. De multis leges tres enarrat. fol. 5. & 60. Legem Pompeiam contra parricidia explicat folio 99. Legem Iuliam peculatus, & de residuis & sacrilegijs exponit folio 66. Legem Corneliam de Sicarijs & veneficis habet folio 28. Porrò de Censoribus addere præcedentibus libet quæ inueniuntur in lib. Guerini Pisonis Soacij I. C. Patauini de Romanorum ac Venetorum magistratuum inter se comparatione à numero 58. vsque 64. Censorum auctoritas à parua origine nempe à censendis ciuibus orta, inquit, Liuius tanto incremento aucta est, vt morum disciplinæque Romanæ penes eum regimen senatus, equitumque Centuriæ, decorisque discrimen sub ditione eius magistratus esset, quem ideo magistratum Plutarchus in vita Titi Flamminij amplissimum vocat & perfectissimum Reipubl. culmen. idem Plutarchus in Paulo AEmilio. Censura, inquit, maximæ omniũ reuerentiæ magistratuum, plurimque potestatis in alijs rebus, tum maximè ad morum emendationem. nam à senatu remouere potest, equitibus auferre equos, notare infamia, censum agere. idẽ Plutarchus in M. Catone. Post Consulatum censuram

ram ambiuit, quę cùm sit omnium magistratuum facilè princeps, vniuersæ Reip. supremum & perfectissimum locum habet, hæc cùm alias res, tum verò vt mores vitasque discutiat, plurimo imperio ac potestate est, vtique de nuptijs, de liberorum procreatione, de viuendi ratione, de conuiuijs diligenter inquirit, nullam denique omnium cupiditatum ac institutionum esse, quam odorari ac indagare non oporteat: ijs enim longè putabant facilius quam publicis muneribus, aut ijs, quæ in oculis omnium fiunt, hominum mores eum posse deprehendere, qui seueritate disciplinæ, nequis ad voluptatem vteretur, custodiret, & acerrimè coerceret, ne quis primam ac consuetam viuendi disciplinam transgrederetur. Ex his colligere possumus tres fuisse notas Censorias, vel enim magistratu reos mouebant, vel publicum equum auferebant, vel faciebant ærarios, hoc est eorum nomine pro derelicto habito notæ causa suffragijs priuabantur, nec amplius describebantur in albo suæ centuriæ, nisi vt pro capite dũtaxat tributi causa æs conferrent, vt Asconius Pædianus ait in Diuinationem Cic. Erat hic ex maioribus magistratibus, imò in omnes alios magistratus ius potestatemque habebat: poterant enim Censores omnibus ordinibus secundũ merita pœnas statuere quemcunq; magistratu priuare si eo indignus videretur, adeoq; Senatores ipsos senatu eijcere, vt & Catonem fecisse in Censura legimus, qui L. Flaminiũ, quod meretricis hortatu, reum quempiam occidi iussisset, ordine senatorio extrusit, vt refert Val. Max. li. 2. c. 4. Quod ad morum castigationem, Censorum nomen, numerum

Eadem habet Aimarius Rivalius ad ll. 12. tabularum.

rum ac poteſtatem pene parem Veneti obſeruãt, qui ne in creãdis magiſtratibus ambitu peccetur, diligenter animaduertũt, quod ſi quid in ea re fuerit compertum animaduerſione dignũ, conſiliorum arbitrio ſuffragationeq; ſeueriſſimè cognoſcitur. Diuiſa poſtmodum fuit poteſtas & auctoritas, ita vt alij cẽſores ſupra ſupradictos creati fuerint coercendis conuiuiorum ac veſtium ſumptibus. Magna familia ſine diſciplina adminiſtrari non poteſt: Eccleda autem eſt quaſi magna quædã familia Dei omnipotentis; eget ergo gubernatione per diſc. Eccl. Romani etiã rigidã diſcipl. ſeruarunt in præſides prouinciarum ſi quid deliquiſſent atq; à legibus receſſiſſent multis iudiciorum laqueis irretiti fuerunt. Tribus autem inprimis quæſtionibus ac legibus obnoxij fuerunt, peculatus, ſi prædã aut pecuniã publicã auertiſſent, quo iudicio etiã obſtricti erãt, quæſtores, legati, & ſcribæ eorũ, maieſtatis, ſi aut exercitũ, aut prouinciã hoſti prodidiſſent, aut vltrò exercitũ è prouincia eduxiſſent, aut bellũ ſine S.C. intuliſſent, repetundarum, ſi ſe in ſocios aut auarè, aut ſuperbè, aut libidinosè, aut crudeliter, aut iniuſtè geſſiſſent, quę lex maximè ſocialis fuit, & prouinciarum ſalutẽ continuit Carolus Sigonius lib. 2. de antiquo iure prouinc. c. 12. hæc tradit. Idem Sigon. l. 2. de Iudic. c. 3. octo pœnarũ ſeu Diſciplinarum genera, quibus crimina (de quibus c. 2. l. 2. de Iudicijs) vindicata fuerunt, explicat. Diſciplinæ autem ſeu iudiciorum & pœnarum exequutores quæſitores appellati ſunt, partim reges, partim conſules, & alij à ſenatu huic muneri præfecti, de quibus latè

agit

agit Sigonius lib.2.de Iudicijs cao.4. horum quæsitorum imaginem nobis in Eccleſia repræſentãt Epiſcopi & alij prælati Diſcipliuam Eccleſiaſticam exercentes vel exequentes.talis fuit & Iudex quæſtionum ſeu criminum cum poteſtate. Sigonius lib.2. c.5.de iudicijs. Formam autem accuſationis & defenſionts,quam exponit Sigonius lib. 2.de Iudicijs cap.17.& 18 imitantur etiam Prælati in Diſciplinæ Eccleſiaſticæ vſurpatione. Quin & officium Quæſitoris de quo lib.2.de Iudicijs cap. 21. ijdem Præſides Eccleſiæ in diſciplina ſequuntur. Nec caruerunt ſua debita Animaduerſione Romani, quam exponit Carolus Sigonius libr.2. de Iudicijs cap.24. Animaduerſionis Diſciplina fuit mulctæ pœneve perſequutio, quæ prætoriæ curæ mandata fuit.In mulcta ſic res fuit acta. Pecunia per magiſtratum exigebatur, quod ſi illi ſoluendo non eſſet,bona auctioni ſubijciebantur ea,qui emiſſent,ſectores vocati ſunt. Verberatio coêrcitio,talio per lictores magiſtratus eius ſunt facta, cuius illa fuit iudicatio. Infamium cura mandata fuit Cenſoribus ne eos in Republ. paterentur,illa, quibus per infamiæ notam priuati erant,obire.exilij obeundi exemplum Coriolanus ſit,de quo Dionyſius lib.7. Moris etiam erat apud Romanos,vt de vno crimine ſæpius leges ferrentur,quod aut primæ leges vetuſtate obſoleſcerẽt, aut pœnæ leuitate negligerentur, aut aliqua ex parte gliſcente hominum libidine & ipſæ eſſent augendæ.idem & in Canonibus ac legibus Eccleſiaſticis fieri conſueuit. agit Sigonius deinceps à cap.17.lib.2.de Iudicijs vſque ad cap.33. De Diſciplina

Sigonius lib. 2.cap.16.de Indicijs.

plina, pœna & correctione singulorum criminum cap.17.de pecunijs repetundis,cap.18.De pœna peculatus,pecuniarum residuarum & sacrilegij.cap.19.De crimine læsæ maiestatis. cap.30. De Disciplina ambitus.cap.31.De Disciplina sicariorum,veneficiorum & parricidiorum.c.32. De crimine falsi.cap.33.De legibus de vi.lib.3.cap.2.De Criminibus in Iudicijs popularibus, & c.3. de pœnis eorundem, & c. 11.de mulctæ pœneve irrogatione. De animaduersionis & pœnarum generibus.lib.3.de Iudicijs,cap.18.de tormentis in Equuleo.hæc planè omnia ad Disciplinam populi Romani pertinent. Porrò disciplina deserta concidere regna & imperia pulchrè & breuiter docet C.Velleius Paterculus initio libr. 2. Romanæ historiæ in hæc verba. Potentiæ Romanorum prior Scipio viam aperuerat,luxuriæ posterior aperuit quippe remoto Carthaginis metu,sublataque Imperij æmula,non gradu, sed præcipiti cursu à virtute descitum ad vitia transcursum, vetus disciplina deserta,noua inducta, in somnum à vigilijs ab armis ad voluptates, à negotio in otium conuersa ciuitas:tum Scipio Nasica in Capitolio porticus, tum Metellus, tum in circo Cn. Octauius multa amœnissima moliti sunt, publicamq; magnificentiam sequuta est priuata luxuria. Salust. ruinam Romani imperij luxui ac libidiui acceptam fert,quod amare,potare, mirari signa & diripere prouincias Romanus exercitus cœperit. idem ait. O venalem vrbem si emptorem venerit. Iuuenalis quoque conquerebatur luxuriam victum orbem vlcisci.Et sanè necessaria fuit omni-

nò apud Romanos Censorum Disciplina, quandoquidem apud eos, luxus in vestibus, cibis, potibus & conuiuijs nimis magnus censebatur, vti copiosè ex Salust. grauissimo luxuriæ Romanæ censore narrat. Macrobius lib. 3. Saturnaliorum cap. 13. toto. & 14. 15. 16. at ca. 17. lib. 3. Macrobius refert disciplinam, leges & remedia Romanorum contra luxuriam, quales fuerunt octo leges sumptuariæ, de quibus supra dictũ. Leges autem sumptuariæ, ait Macrobius in fine c. 19. ferebantur à singulis, qui totius ciuitatis vitia corrigerent, id est, à Censoribus. At nisi pessimis effusissimisque moribus viueretur, profectò opus ferundis legibus nó fuisset, vetus verbum est. Leges bonæ ex malis moribus procreantur. Modum autem reprehendendi exponit Macrobius lib. 7. Saturnaliorum cap. 1. Nihil tam cognatum sapientiæ, quam locis & téporibus aptare sermones, personarum, quæ aderunt, æstimatione in medium vocata. Alios enim relata inciderunt exempla virtutum, alios beneficiorum, alios modestiæ: vt & qui aliter agebant sæpe auditis talibus, ad emendationem venirent. Sic autem vitijs irretitos, si & hoc in conuiuijs exegerit loquendi ordo, feriet philosophia non sentientes: vt Lyber pater thyrso ferit per obligationem circumfusæ hederæ latente mucrone: quia non ita profitebitur in conuiuio censorem, vt palam vitia castiget. Si oportunitas necessariæ reprehensionis emerserit: sic à philosopho proficiscetur, vt & tecta & efficax sit. Quid mirũ, si feriet sapientes (vt dixi) non sentientes, cùm interdũ sic reprehendat, vt reprehensus hilaretur, & c. 2. li. 7.

Hoc,

Hoc,inquit Eustachius,teneas volo, non de ea me reprehensione dixisse, quæ speciem accusationis habet,sed quæ vituperationis instar est.hoc græci σκῶμμα vocant, non minus quidem amarũ quam accusatio, si importunè proferatur. Sed à sapiente sic proferetur, vt dulcedine quoque non careat.vide Iacobum Omphalium D.libr.3. de vsurpatione legum cap.12 quod iustitiæ iurisque exercendi seueritas publicam magistratus vindictam postulet,illumque qui velit nocentes punire,omni reprehensione vacare debere, pœnã autem non ex priuato affectu, sed iuxta æquitatis & Iuris normam esse constituendam. & idem lib.6. de Vsurpatione legum c.19. Aequi & boni iudicis seueritatem,nonnunquam esse clementia temperandam.Idem lib.2.Ciuilis Politiæ c.24.Magistratus Animaduersio in delinquentes eorumque correctio quam temperationem cõtinere debeat. & lib.2.c.25.Ciuilis Politiæ Magistratus lgem innocentiæ cæteris indicens abesse ab omni scelere,etiam cæteris rectè viuendi exemplo egregiè antecellere debet. Hæc quatuor insignia capita Omphalij quoniam Romanam & germanam Disciplinam, eiusdemque modum & formam continent eleganter,omninò erunt à Disciplinæ exercitatoribus & vsurpatoribus consulenda & inspicienda. Apud Romanos etiam quando canes non vigilabant, anseres Capitolium custodiebant,sic Cic.pro Sexto Roscio Amerino: ita cùm Prælati dormiunt magistratus secularis potest inuigilare Disciplinæ, & supplere defectum ac negligentiam Prælatorum.

CVPVT III.

Explicatio Disciplinæ Ecclesiasticæ per similitudinem disciplinæ militaris.

De Disc. Militari præter Vegbetium, vide Iustum Lipsium in libr. de Romana militia libr. 5. in quo agit de disciplina Militari editi libri Anno 96. De disciplina militari legito plura exẽpla apud Conradum Lycosthenẽ in Apophtegmat.

SEueriſſimam fuiſſe apud Romanos Diſciplinã militarem ex omnibus eorum hiſtorijs cognoſcitur, ac inprimis ex Valerio Maximo lib. 9. ca. 7. Ille quoque exercitus nefariè violentus, qui C. Carbonem fratrem Carbonis ter Conſulis propter bella ciuilia diſſolutam militarem Diſciplinam præfractius & rigidius aſtringẽre conatum priuauit vita, fatiuſque duxit maximo ſcelere coinquinari; quam prauos ac tetros mores mutare. Cenſorinus ab exercitu occiſus, quod milites, vt Diſciplinam ſeruarent, coẽgit; inſolentiæ autem aſſueti ferre eius ſeueritatem nõ poterant. Fulgoſius lib. 7. Valerius Maximus lib. 2. ca. 7. De Diſciplina Militari quindecim à Romanis obſeruata, & duo externa exempla terribilia & horrenda commemorat. vocat initio militaris Diſciplinæ tenacisſimum vinculum, in cuius ſinu ac tutela ſerenus tranquilluſque beatæ pacis ſtatus acquieſcit. Primo Scipio Africanus omnia, quæ voluptatis cauſa in exercitu comparata erant, ne corrumperetur ijs exercitus, auferri ac ſummoueri iuſſit. Secundo Metellus cum exercitum nimia indulgentia corruptum accepiſſet, omnibus imperij neruis ad reuocandam priſtinæ militiæ diſciplinam conniſus eſt. Quid ergo reſtituta continẽtia, quid repetita induſtria profecit? crebras ſcilicet victorias & multa trophæa peperit, &c. Quartò C. Cotta militem quendam virgis cædi iuſſit.

Quintò

Quintò Fuluius Flaccus Censor virgarum contumelioſa verbera adhibuit, & cenſorium ſupercilium aduerſus fraternam charitatem diſtrinxit & proprium fratrem ſenatu mouit. Sextò Romani fuerunt ſeueriſſimi cuſtodes bellicarum rerũ, ne turbato ordine militiæ vindicta deeſſet. Septimò Dictatoriæ animaduerſionis terribile exemplum narrat. Octauò Papyrius Dictator virgas expediri & magiſtrum equitũ Q. Fabium Rullianum expediri iuſſit, ſciſſa veſte ſpoliatoque corpore lictorum verberibus laceratur, ſic nec iſta re ſeueritas Papyrij refrenari potuit. Nonò horribile ſeueritatis exemplũ memorat à Calphurnio Piſone Conſule in præfectum equitum C. Titium editum. Aſpero, ait Valerius, & abſciſo caſtigationis genere militaris diſciplina indiget: quia vires armis conſtant, quæ vbi à recto tenore deſciuerunt oppreſſura ſunt, niſi opprimantur, & hac ratione firmatur, diſciplina & totius ciuitatis ſtatus corrigitur, nihil valentius àpud Senatum diſciplina militari fuit: enerues enim animos odiſſe virtus ſolet. ergo Senatus pro militari diſciplina tam ſe ſeuerum exhibuit, vt virgis cederet & ſecuri percuteret inobedientes. Clearchus Lacedæmoniorum dux egregio edicto diſciplinam militiæ continebat identidem exercitus ſui auribus inculcando à militibus Imperatorem potius, quam hoſtem metui debere. Pœnæ autem militares explicantur breuiter in Syntaxi Artis mirabilis libr. 25. cap. 19. quod fuerint aliæ maiores aliæ minores. Maiores vt decumatio, viceſimatio militum. Cùm enim plures deliquiſſent, propriã pœ-

Iuſtinus lib. 13. Macedones gaudebant ſe amiſiſſe Alexandrum nimiã eius ſeueritatem execrantes.

Mortuo Alexandro militum libertas erat ſolutior. Vide Frãciſcum Robetellum de Pœnis & ignominijs militum in libris de vita & victu populi Romani.

nam militarem esse, per subsortitionem in paucos animaduertere ait Cicero pro A. Cluentio, quod non porrigendum ad vrbicas castigationes docet. erat & securis percussio, surreptio ad crucem & ad palum, hodie inter hastas trãsitio, sclopetatio, expositio delinquẽte pro scopo militum ictibus, & olim manuum abscissio fustigatio vsque ad interitum, è rupibus præcipatio membrorum in partes distractio, vt in Metio Suffetio, capitis detruncatio & similes pro modo delictorũ pœnæ. Minores & his leuiores, exauctoratio, cinguli ademptio, admonitio per pupillares, mutatio ordinis aut territorij, ab hybernis exclusio, stando cibum capere, hastæ, equi, tunicæ adẽptio, districtio seu exauctoratio, stando ante prætoriũ cespitem ferre. Plato lib. 2. & 3. de Republ. censet militem ita educaudum vt canem, qui sit erga domesticos mitis, in extraneos ferox & atrox: lege Syntaxin artis mirabilis lib. 25. ca. 16. lege Franciscam Robertellum de Vita & Victu Populi Romani tomo 1. inter octo titulos seu Capita titul. 6. de Castrensibus & Militaribus, & de Pœnis Militum Carolus Sigonius libr. 1. de antiquo iure ciuium Romanorum cap. 14. fol. 73. 74. Et sanè sicuti omnes docti militiam inermem exercent & quasi castrensem vt in tit. de testamento militari docẽt l. C. ita clerici veri Dei milites sunt, qui in castris Dei, id est, Ecclesijs quotidie excubant & stipendia æternæ vitæ faciunt, ideoque tam in sanctis literis, quam in Orthodoxis Patribus adeò multa de Milite Christiano & agonotheta & militia Christiana reperiuutur.

lege ex professo Vegetiũ de re & disciplina militari.

CAPVT

CAPVT IV.

Comparatio Disciplinæ Ecclesiasticæ cum Disciplina Græcorum & eiusdem ab illa illustratio atq; amplificatio.

IVdicum Areopagitarum apud Græcos tanta seueritas, vt ad misericordiam non flecterentur, imò vt Aristoteles tradit lib.1. Rhetoricorum: affectus etiam mouere per præconem prohibebatur Orator. Postellus de Magistratibus Atheniensium cap.4.de Areopagitarum Senatu. Auctor est Carolus Sigonius lib.2.de Rep. Athenienſium fo. 64.tractans de Senatu Areopagitico.quod non solum ad quæstiones capitales exercendas fuerit institutus;sed etiam à Solone ad totius Reip. custodiam sit collocatus: quod non obscurè Plutarch. innuit cum Areopagitas rerum omnium speculatores & legum custodes à Solone constitutos scripsit.Cic.in Officijs Solonis consilium laudans dicit hoc semper profuisse ciuitati, & hoc consilio leges Athenienſium seruatas. Moribus autem ciuium emendandis eundem senatum præfuisse optimus in primis auctor in Areopagitica declarat Isocrates. Apud maiores nostros, inquit, pueri, ne in viros quidem asscripti, quod lubebat, agere poterant, sed multò plures in corroborata, quam in tenera ætate curatores habebant. etenim vsque adeò maiores nostri modestiæ studuerunt, vt moribus corrigendis senatum ipsum Areopagi præfecerint parum modestis moribus præditos ad senatum adducebant, vt eos

Val. Max. Areopagici senatus finis, vt homines honestè viuerẽt memores vitæ rationem esse reddendam.

ille aut admonitionibus, aut increpatione, aut ires poſceret, ſupplicio coerceret. Ex quo ſcitè in Axiocho Socrates. Vbi verò in Ephebos aliquis, inquit, inſcriptus ſit, omne tempus ſophroniſtis, & Areopagi iuuenum cenſuræ tribuitur. vide ea de re hic apud Sigonium libro ſecundo de Republica Athenienſium folio ſexageſimo quinto. Erant apud Athenienſes magiſtratus, qui dicebantur Sophroniſtæ, teſte Sigonio libr. 4. de Republica Athenienſium folio 128. hi decem moribus iuuenum præfecti fuerunt. vt antea dixi ex Axiocho Platonis, Vlpianus notatum reliquit, cùm Demoſthenes aduerſus Mediam theſmothetæ cuiuſdam noctu per petulantiam violati meminiſſet Theſmothetas moderationis cuſtodes vindiceſque fuiſſe, & noctu vrbem obeuntes, ne quid per petulantiam fieret, prouidiſſe. Cicero 3. libr. de Legibus. Nomophylacas facta hominum obſeruaſſe & ad leges reuocaſſe ſcribit, & eoſdẽ cum Cenſoribus Romanis ſcriptores conferunt. lege Poſtellum de Republica Athenienſium cap. 6. & Sigonium libro 4. de eadem folio 127. b. Erant & apud Athenienſes græcos Diſciplinæ morum & Cenſuræ adminiſtri, quos vocarunt οἰνωποτας id eſt, bibẽdi arbitros aut vini obſeruatores, qui vini vſum moderatum præſcribebant, & ſi quis vino bibendo modum fuiſſet prætergreſſus, mulcta præſenti cogebatur in poſterum vino parcius vti. Plato in libris de Republ. μναμόνας vocat Morem autem bibendi aut numerum poculorum apud varias gentes obſeruari ſolitum, ſi quis cognoſcere deſidera-

deci-

decimum atque vndecimum δειπνοσοφιστῶν Athenæi librum legat in quibus nihil fere aliud tractatur. Athenæus li. 10. testis est antiquitatem militem vsque: adeo sobrium deligere solitum atque vini vsu carentem, vt ne ipsos quidem vini obseruatores voluerint eum augere numerum, Turcæ id obseruant seueriſſimè. Erat Oenoptarum magistratus vulgaris & tenuis, vt ait Philinus rhetor in Crocanidarum Disciplina, triumq; virorum numero, qui inde ὄφθαλμοὶ sunt vocati, oculi, quod non raro, quos oculos mentis ipsi conuiuæ vino victi perderent, hi monitionib. restituerent. Sympoſiarchæ ab his tantum nomine differre videntur, de his Postellus de magistratibus Athenienſium cap. 33. At Sigonius libr. 4. de Republ. Athenienſium folio 128. addit tres illos Oenoptas prandentibus lychnos & funalia præbuiſſe. Erant & Disciplinæ magistri Athenis dicti γυναικοκοσμοὶ viginti teste Polluce, qui in mulieres parum modestas animaduertebant & mulctas earum inscribentes exposuerunt in platano in Ceramico. Sigonius li. 4. de Repub. Athenienſium fol 127. b. addit Postellus libr. de Magistratibus Athenienſium c. 32. eosdem de omnium mulierum ornatu statuiſſe, ne vlla illarum quicquam ferret se indignum, vtque singulæ pro ratione census & facultatum induerentur, indicta mulcta ei, quæ secus feciſſet, qua statim plecti solebat, quæ edicto aut legibus de ea re latis non paruiſſet. Erat etiam de incessu lex à Philippide quodam lata, vt quæ inhoneste incederet, statim

drachmis mille mulctaretur. Athenæus 6. libro Diphnosophistarum officium γυναικονομῶν latius patuisse scribit, vbi de parasito agit. Narrabat χαιρεφῶν aliquando parasitum nō vocatum ad conuiuium venisse, quumque in vltimæ mensæ loco recumberet, ipsis Gynæconomis (quos sympositarchas hic dicere possumus) numerantibus, vt moris erat, conuiuas inuitatos, illum parasitum, vt qui numerum excederet tricenarium præfinitum, discedere iubentibus. Numerate, inquit, secundò à me incipiētes. Quod vero mos esset gynæconomos inspicere conuiuia, inuitatorumque numerum disquirere, si regis seruaretur præscriptio, Timocles in φιλοδικάσῃ ita scriptum reliquit; Referate, ait, portas vt in luce simus conspicui: vt pertransiens, si volet, gynæconomus numerum capiat conuiuarum secundum scilicet legem nouam quod fieri est solitum, statimque subdit: Philochorus in septimo Attidos. Gynæconomi cum Areopagitis congressus hominum in singulis domibus obseruabant, atque in nuptijs & sacrificijs: quoniam illic solebant dapibus affatim vti. hæc Athenæus. In Officijs Militaribus apud Athenienses ea disciplina seruabatur, vt Polemarcho duo Hipparchi id est equitum magistri subessent, his etiam subiectus erat vniuersus ordo exercitus teste Aristotele in Athenienſium Politia, licebatque ijsdem animaduertere in imperium detrectantes. Curabant hipparchi, ne quis ab ordine recedere indicta causa vrgente sine illorum permissu pœna ca-

na capitis auderet, vt modum in victu & cultu seruaret & cætera, quæ militibus præscribi solent. Sobrietate, continentia, obedientia olim milites terrori erant omnibus, nunc venus, ingluuies, ebrietas peruicatia, ordinis & ducis contemptus, furta, cædes, rapinæ, propriorum ciuium & popularium nostros delicijs inuoluentes in contemptum vertunt, milites, cum pœna ab ijs deposcitur, turbas excitant. Erant & Taxiarchi ordinum præfecti qui duces, centuriones, decuriones, leuioriſque armaturæ milites in ordinem cogere solebant. Erant Athenis & decem Philarchi, qui vt taxiarchi peditibus; sic illi equitibus imperabant. de his vide Postellum in libro de Magistratibus Athenienſium. capite vigesimo tertio, & Sigonium libro quarto, folio centesimo quadragesimo quarto de Reg. Athe. Plato existimauit summum remedium emendandarũ legum & constituendæ disciplinæ, si videlicet omnes seculorũ omnium aut saltem præstantissimarum Rerumpubl. leges & disciplinæ in vnum conferrentur, ac vna virtute duce & arbitra per prudentes viros ex singulis sumeretur, quod ad mutuam omnium emendationem faceret, vnumque sic corpus morbo vacans componeretur.

Probabantur etiam Senatores diligenter, & eorum vita exquirebatur per iudicium, quod illi δοκιμασίαν appellabant. Solo legem tulit; quam commemorat aduersus Timarchum Aschines, qua cum alijs probris notatos,

tum

tũ maximè impudicos esse in Senatu prohibuit. Quod si parum integra illi vita iudicati fuissent, in eorum locum, qui sub sortitione lecti erant, substituebantur: sin probati erant solenne iusiurandum quoddam iurare iubebantur, quod innuit Demosthenes in oratione contra Neæram. Sigonius lib 2. de Repu. Athenienſium fol. 41. a & b. In Concione quoque & populi conuentu prima sẽper dicata concio fuit legibus veteribus recognoscendis, altera abrogandis & nouis in earum locum iubendis Nomothetas hic accipimus qui in continuè leges ad se perlatas suo iudicio aut probarunt, aut repudiarunt, voluit enim, Solon leges posse corrigi aut abrogari. Sigonius late lib. 2. de Repub. Athenienſium. fol. 55. 56. 57. Postellus. fol. 44. 41. Atq; etiã apud Athenienses publicorum criminum genera erant 39. priuatorum iudiciorum & criminum 30. de his Sigonius li. 3. de Repub. Athenienſi à folio 66. ad fol. 78. Pœnæ autem & correctiones seu castigationes criminum fuerunt sex, id est, mulcta pecuniaria, 2. exilium & bonorum publicatio. 3. infamia, id est spoliatio honorum cui non licebat Rempubl. attingere. 4. Carcer & vinculorum genera. 5. Pila, quando in ænea pila ad perpetuam memoriam, vt impios & ingratos adiecto proprio nomine causa sceleris descripserunt. 6. mors, & complectitur omnia genera necis, quocumque modo illata sen gladio, laqueo, tympano & veneno τυμπάνου lignum erat, quo homines nocentes cedebantur. erat & illa formula iudicandi, cuius

Sigonius l. 3. fol. 77. 78.

Demo-

Demosthenes meminit, vt quibus criminibus nulla à legibus indicta esset æstimatio, iudices æstimarent, quid reum pati aut pendere oporteret, quibus verbis omnia hæc dicta æstimationum genera comprehenderunt. Magistratus antequam inirent magistratum omnes oportebat vitæ morumque suorum rationem in foro apud iudices reddere, quæ forma iudicij δοκιμασια vocabatur, & postquam magistratu abissent, rationem magistratus apud logistas referre, quæ dicebatur εὔθυνη. probat id ex Aschine Sigonius libr. 3. fol. 104. b. 105. quinetiam in prima concione prytaneæ magistratus omnes in disquisitionem vocarunt eosque, si parum probe se gererent, abrogarunt folio 105. Ex ordine equestri nemo equo mereri potuit, nisi qui antea fuisset excussus, an instructum ornatumque equum haberet, vsq; adeo vt infamia notaretur, qui ad equestrem militiam sine probatione accederet aut equam inter firmatos collocatus ascendere. libr. 4. fol. 140. Sigonius.

De Disciplina laxa & severa exemplum Mitionis & Demeæ proponitur apud Terentium in Adelphis.

CAPVT III.

De Disciplina Africana & Carthaginensi, vnde illustratur Disciplina Ecclesiastica.

PLinius libro 33. Naturalis historiæ cap. 11. Pariter nata & luxuria & Carthago sublata ita congruentibus fatis, vt liberet amplecti vitia & liceret peccare & dignatione hinc alicui veterũ C. Marius post victoriam Cxmbricam cantharis potasse Liberi patris exemplo traditur, ille arator

Erant apud Carthaginienses præfecti seu magistri morũ, vt apud Romanos, qui

tor Arxinas & manipularis Imperator. Plinius lib.33. Naturalis historiæ initio cap. 11. Carthago terrarum æmula ob luxuriam perijt. & libro 33. in eod. cap. 11. propter quinque pondo notatum à censoribus triumphalem senem fabulosum iã videtur. & linea 18. ibidem. Inuenimus Legatos Carthaginiensium dixisse nullos hominum benignius inter se viuere, quam Romanos, eodem argento cœnotauisse ipsos apud omnes. mox eodem. cap. 11. libr. 33. de luxuria à fol. 601. libr. 1. & seq. Nec multò post argentei Deliacos imitati sunt. Quæ omnia expiauit bellum ciuile Syllanum. Erubescant Annales, qui bellum ciuile illud talibus vitijs imputauere, nostra ætas fortior fuit. Asia primum deuicta luxuriam misit in Italiam, eadem Asia domata, multò etiam grauius afflixit mores. tum cœpit Roma vel etiam erudita est, non solum admirari, sed etiam amare externam opulentiam immenso & Achaicæ victoriæ momento ad impellendos mores. & lib. 33. cap. 12. seq. Heu mores, Fabricij nos pudet. Videret hæc Fabricius & stratas argento mulierum balineas, ita vt vestigio locus non sit cum viris balneãtium: Fabricius inquam, qui bellicosos Imperatores plus quam pateram & salinum ex argento habere verabat. Idem Plinius in Proæmio libri quadragesimi tertij Quam innocens, quam Beata, imò verò & delicata esset vita, si nihil aliud quam supra terras, concupisceret, breuiterque nisi quod secum est? Parum erat vnam vitæ pestem inuenisse, nisi etiam in precio esset auri sanies. Quærebat argentum auaritia:

lib.33. ca.11.

lib.33.ca. 11.

boni

boni consuluit interim inueniſſe minium rubentiſque terræ excogitauit vſum. Heu prodigioſa ingenia, quot modis auximus precia rerum? Acceſſit ars picturæ & aurum argentumque celando carius fecimus. Didicit homo naturam prouocare. Auxere & artem vitiorum irritamenta. In poculis libidines cœlare libuit, ac per obſcœnitates bibere. Abiecta deinde ſunt hæc, & ſordere cœpere, & auri argentique nimium fuit. hoc argumentum opum, hæc vera luxuriæ gloria eſt exiſtimata, habere quod poſſit ſtatim perire totum. Nec hoc ſatis fuit, turba gemmarum potamus & ſmaragdis teximus calices: ac temulentiæ cauſa tenere Indiam iuuat & aurum iam acceſſio eſt. idem Plinius libro trigeſimo tertio, capite primo. Vtinam poſſet è vita in totum abdicari aurum, ſacra fames vt celeberrimi auctores dixere, proſciſſum cõuicijs ab optimis quibuſque & ad perniciem vitæ repertum, quantum fœliciore æuo, cum res ipſæ inter ſe permutabantur, ſicuti & Troianis, temporibus factitatum. Mulcta legum antiquarum olim pecore conſtabat. Longo certe tempore ne ſenatum quidem aureos habuiſſe, manifeſtum eſt, ſiquidem his tantum, qui legati ad exteras gentes ituri eſſent, anuli aurei publicè dabantur, credo quoniam ita exterorum honoratiſſimi habebantur. Nec Iliacis temporibus vllos fuiſſe annulos video. Romæ quidem non fuit aurum niſi admodum exiguum longo tempore. frequentior vſus annulorum aureorum non ante Cneium Flauium Annij filium deprehenditur, repe-

reperitur, in antiquissimis Annalibus annulos abiectos fuisse à Flauio Tribuno plebis. Annulos quoq; depositos à nobilitate in annales relatum est. Inter Cepionem quoque & Drusum ex annulo in auctione vænali inimicitiæ cœpere, vnde origo socialis belli & exitia rerum. Multis modis hoc, vt cætera omnia, luxuria variauit, gemmas addendo exquisiti fulgoris, censuq; opimo digitos onerando, mox & varias effigies cœlando, vt alibi ars, alibi materia esset in precio. inde licentiæ origo orta, vt seruitia ferrum auro cingant, alia per se mero auro decorant. Denique vt plurimum opum scelera annulis fiunt. Quæ fuit illa priscorum vita, qualis innocentia, qualis Disciplina, in qua nihil signabatur. At nũc cibi quoque ac potus annulo vindicantur à rapina. Hoc profecere mancipiorum legiones & in domo turba externa, ac seruorum quoque causa nomenclator adhibendus. Aliter apud antiquos omnem victum in promiscuo habebant, nec vlla domi custodia à domesticis opus erat. Nunc rapiendæ comparantur epulæ, & pariter, qui rapiant eas & claues quoque ipsas signasse non est satis, grauatis somno aut morientibus annuli detrahuntur, & maior vitæ ratio circa hoc instrumentum esse cœpit incertum, à quo tempore Annuli distinxerunt alterum ordinem à plebe, vt semel cœperãt esse celebres sicuti tunica ab annulis senatum tantum. Plinius lib. 33. ca. 3. Sed in militia in tantum quoque adoleuit hæc luxuria, vt M. Bruti in Philippicis campis epistolæ reperiantur fremen tes fibulas tribunitias ex auro geri. At Hercules

idem

idem tu Brute mulierum pedibus aurum gestari tacuisti, cuius sceleris nos coarguimus illum primum, qui auro dignitatem per annulos fecit, honestius viri aurum pœdagogijs damus. Solent Claudij tempore liberti imaginem Principis in annulo ex auro gerere, magna criminum occasione, quæ omnia salutaris exortus Vespasiani Principis aboleuit æqualiter, publicando principem Proximum scelus fecit, qui primus ex auro denarium signauit. Populus Romanus ne argento quidem signato ante Pyrrhum regem deuictum vsus est. A nummo prima est origo auaritiæ excogitata, fœnore quæstuosa segnitia. hæc paulatim exarsit rabie quadam, non iam auaritia sed fames auri, parit habendi cupido homicidia & multa mala. Pudet intuentem tantum nomina ista, quæ subinde noua græco sermone excogitantur, expresso argenteis vasis auro, aut incluso, quibus delicijs vænentur tam aurea, quam aurata, cũ sciamus, interdixisse castris suis Spartacum, ne quis aurum haberet aut argentum. Tantò plus animi fuit fugitiuis nostris. Messala Orator prodidit Antonium Triumuirum vsum aureis in omnibus obscœnis desiderijs, pudendo crimine etiam Cleopatrę. Summæ apud exteros licentiæ fuerat poculo aureo puluino subdito Philippum regem dormire solitum. Et nos ea fecimus, quæ posteri fabulosa arbitrentur. Laquearia, quæ nunc & in priuatis domibus auro teguntur, post Carthaginem euersam primò inaurata sunt in Capitolio Censura Mummij. Inde transiere in cameras, in parietes quoque, qui & iam

ipsi tanquam vasa inaurantur. Plinius lib.37.cap. 3. vniones, quod capite circumferuntur, gemmæ digitis, in omnibus denique alijs vitijs ostentatio, aut vsus placet, in succinis deliciarum tantum conscientia. Domitius Nero in cæteris vitæ suæ portentis capillos quoque coniugis suæ Popeæ in hoc nomen adoptauerat, quodam etiam carmine succina appellando. Et quoniam nullis vitijs desunt preciosa nomina, ex eo tertius quidam hic colos cœpit expeti à matronis.

CAPVT VI.

Disciplina Philosophica Ciceroniana accommodata ad similitudinem Ecclesiasticæ reformationis.

COllegi ex operibus Ciceronis varias sententias huc pertinentes, ac imprimis ex epistolis. epistola 4. Non prius desinit humanum genus in malis versari, quam aut homines rectè vereq; philosophantes Rerumpub. gubernationē adepti fuerint, aut hi, qui gubernant, diuina quadā sorte philosophentur. Homo consulens ægroto, & circa victum intemperato, imprimis hoc suadere debet, vt modum viuendi mutet, & si ægrotus in hoc obediat, tum alia illi iam ad medelam conferre.

Ex audacia mala omnibus omnia & radicitus hærent & pullulant, & in posterum producunt fructum ijs qui nascuntur, amarissimum. Audacia omnem Disciplinam perdit & peruertit.

Epistola 8. In Disciplina vt in seruitute & in libertate.

bertate, si modum obserues, bona est, si modum excedas mala. Lex Disciplinæ hominibus temperatis Deus quidam est.

Epistola 9. Per omne tempus sapientiam morum ad Philosophiam spectantiũ imprimis exerceo. Vbi septimum annum expleuerit puer, adhibentur custodes, magistri, critici pro disciplina. Quis beatus esse posset vulgi viuens arbitrio? Populus ingratus, morosus, crudelis inuidus, immodestus, vt qui sit ex colluuie turbæ & stultis insolentibus collectus.

In Locis vbi seruatur stricta Disciplina vestibula ferreis claustris atq; clauib. obfirmata sint.

Grauitas morborum facit, vt Disciplinæ medicina egeamus.

Grauius ægrotant ij, qui cum morbo leuati videntur, in eundem de integro incidunt.

Graues esse solent offensiones ex grauibus morbis, si qua culpa commissa est.

Respubl. duabus ancoris continetur præmijs & pœnis Disciplinæ. Nulla remedia, quæ vulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem quam quæ salutaria sunt.

Sit erranti medicina Confessio.

Ex lib. 1. epistolarum ad Atticum.

Alius frenis eget, alius calcaribus. Est ars difficilis rectè Rempub. & Disciplinam administrare. Maius imperium à minori rogari non est ius. Desperatis Hippocrates vetat adhibere medicinam.

Sui cuique mores fingunt fortunam in Acade

micis quęstionibus. Ex vna virtute vita omnis est apta.

Ex finibus bonorum & malorum Sapientia ars viuendi putanda est, qua præceptrice in tranquillitate viui potest, omnium cupiditatum ardore restincto.

Animi conscientia impij excruciantur, tum etiam pœuæ timore, qua aut afficiuntur, aut semper in metu sunt, ne aliquando afficiantur.

Moderator Cupiditatis pudor. Viuendi ars est prudentia Vitia sunt vitiorum contraria.

Ex Tusculanis quæstionibus.

Philosophia & Disciplina medentur animis. Vt ager quamlibet fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest: sic sine Disciplina animus. Qui tollunt Disciplinam omnes virtutis neruos elidunt. Virtutis Magistri Prælati Ferre dolorē, contemnere vulnus, consuetudo docet.

Nullum theatrum virtuti conscientia maius.

Animi medicina Canones Disciplinæ Nimiū resecari oportet Vitiorum expultrix, virtutis indagatrix Disciplina Magistra morum & Disciplinæ philosophia est.

De Natura Deorum. Lex est recti præceptio prauiq́ue depulsio.

Rectè factis præmia exstant & peccatis supplicia.

Ne in regnis quidem reges omnia minima curant.

De Diuinatione. Iuuentus omnium opibus refrenanda & coercenda est. In rebus seueris nō est iocandi locus. Ex libris de Legibus. Ex intima philo-

philosophia & Theologia morum haurienda Disciplina.

Canonicæ leges iubent facienda & prohibent cõtraria.

Lex est recta ratio in iubendo & vetando.

Voluptas imitatrix boni omnium malorum est mater.

Vitiorum emendatrix lex est commendatrix virtutum.

Multos diuini supplicij metus à scelere reuocauit. Animi labes nec diuturnitate euanescit, nec manibus elui potest Magistratus lex est loquens, lex mutus magistratus.

Magistratibus opus est, sine quorũ prudentia Ecclesiastica Disciplina non potest administrari.

Omni vitio carere canonice prælatus debet. Vt cupiditatibus Principũ insici solet ciuitas, sic emendari continentia & corrigi.

Qualescunque Ecclesiæ prælati erunt, talis & Ecclesia erit.

Vitiosi Prælati plus exemplo, quam peccato nocent. In suo vitio quisque plectatur, vis capite, auaritia mulcta, honoris cupiditas ignominia sanciatur.

Cicero in Consolatione de morte Tulliolæ filiæ.

Ex lib. 1. Officiorum.

In officio excolendo sita est omnis honestas, in negligendo turpitudo. Præceptis in omnes partes vsus vitæ confirmari debet.

Verum illud est nullam animo maiorem pestem vnaremissione posse obtingere, qui se intentus

Est puniendi in iustitia tenendus modus.

Sine seueritate administrari Ecclesia non potest.

Prohibenda ira iu puniendo. Suum quisque noscat ingenium & acrem, se vitiorum & bonorum

est seque ad resistendum parat omnia sustinet pondera omnia vel firmissima tormẽta facilè discutit ac depellit, ac remissione enervatus & effœminatus ita deprimitur, vt se ad æquitatem nequeat extollere.

suorum iudicem præbeat. Ineuntis ætatis insci-
tia senum constituenda & regenda prudentia est.
Prælatus gerit personam Ecclesiæ. Magis cerni-
mus in nobis, quam in alijs, si quid delinquitur.

Ex lib. 2 Offi iorum.

Malus custos diuturnitatis metus, contraque
benevolentia fidelis est vel ad perpetuitatem. Vo
luptates blandissimæ Domineq; sæpè maiores par.
tes animæ à virtute detorquent. Qui adipisci ve-
ram gloriam volet iustitiæ fungatur officijs.
Auaritia teterrimum vitium in Rempubl. & Di-
sciplinam administrantibus. Ex lib. 3. Officiorum
Pono personam amici cum induo iudicis. Nos
veræ germanæque Disciplinæ solidam & expres
sam effigiem nullam tenemus, vmbra & imagi-
nibus vtimur, eas ipsas vtinam sequeremur.

Ex Loelio seu de Amicitia.

Tristitia & in omni re nimia seueritas absit. Di-
spares mores disparia studia requirunt. Moni-
tio acerbitate, obiurgatio contumelia careat.

Ex Libello de Senectute.

Aptissima sunt arma senectutis artes exercita-
tioneq; virtutum, quæ in omni ætate cultæ, cùm
multum diu vixeris, mirificos adferunt fructus.
Senes adolescentes ad omne officij munus in-
struant. Agro bene culto nihil potest esse, nec vsu
uberius, nec specie ornatius. Ex Orationibus Ci-
ceronis. Vita rustica diligentiæ, iustitiæ magistra
est. Roma ob virtutem omnibus nationibus im-
perat, & in ea virtus plurimum potest.
Ecclesia seu Respubl. sine metu & seueritate ad-
ministra-

miniſtrari non poteſt. Qui canones Diſciplinæ tollit, vincula reuellit, non modo iudiciorũ, ſed etiam vtilitatis vitæque communis. Vt vectigalia ſic & Diſciplina nerui artuſque Reipublicæ. Auctoritas in Diſciplina multum valet. Pro Archia poëta Parricidarum efferatus furor alitur impunitate diuturna. Si leges & canones non valerent iudicia non eſſent, ſupplicium & pœna peccati. Non cognoſcere leges eſt furere. Maxima illecebra peccandi impunitatis ſpes. Omne malum naſcens facilè opprimitur, inueterantũ fit plerunque robuſtius. Summi gubernatores in magnis tempeſtatibus à vectoribus admoneri ſolent. Omnia iura diſſoluit qui Diſciplinam tollit. Omnis portus pœnitenti mutatio conſilij. Oratio moribus conſonet. Non procacitate linguæ vitæ ſordes eluuntur. In iſtum tanquam voraginem cœnum omnium vitiorum exceſſit.

CAPVT VII.

De Diſciplina Platonica ad Diſciplinam Eccleſiaſticam ex eius libris accommodata.

MArſilius Ficinus in epiſtola ante Platonis opera ex epiſtolis Ciceronis. Hæc ſunt apud Platonem ſcripta diuinitus. Quales in Republ. Principes ſunt & Prælati, talia reliqua ſolere eſſe membra.

Ex Theage Platonis.

Filiorum plantatio patribus facillima exiſtit, educatio autem & Diſciplina difficillima & plena timoris. Non eſt diuinius quicquam, de quo

quis deliberare queat, quam de disciplina & institutione sui atque suorum.

Ex Dialogo Menonis.

Virtus est, vt poeta inquit, gaudere honestis ac posse. Quid aliud est esse miserum, quam cupere mala in eaq; incurrere. Virtute boni sumus.

In Theognide.

Si sana mens homini tradi posset, multam sanè magnamq; mercedem, qui id efficerent, reportarent Docendo nunquam ex malo bonum hominem facies, sed disciplina opus est. Sola prudētia rectè agendi Dux Virtus vtiq; nec natuna nec natura nec doctrina nobis adest, verum diuina sorte absque mente in eum, qui illam sortitus fuerit, influet. Virtus diuina sorte adest cuicunq; adest.

Ex Alcibiade.

Non ad probatos te refers præceptores, cum ad vulgus te transfers. Non molliciei est indulgēdum. In quo vnusquisq; est prudens, in eo bonus. Animæ cura habenda semperque ad ipsam respiciendum. Nemo fœlix esse potest, nisi sapiens sit & bonus. Mali homines sunt miseri. Si rectè gubernanda est ciuitas vel Ecclesia, virtute imbuendi sunt ciues. Antequam virtus adsit conducit nó solum puero, sed & viro regi à meliore potius quam regere. Scientia optimi vtilis est scientia. Lex est vera ratio gubernandi, quæ ad optimum finem per commoda media, gubernata dirigit, transgredienti pœnam, obedienti præmium statuens. Ex Minoe vel de Lege. Lex est institutio seu disciplina ciuitatis vel Ecclesiæ. In Euthyphrone de Sanctitate. Funiculus triplex difficulter rumpi-

rumpitur. Funiculus inquam ex pietate, sanctitate religioneque connexus. Pietas sanctitatem excitat. sanctitas pietatem confirmat & sancit. Sanctitas quoque religionem mouet, religio religat sanctitatem. Nos ipsos relegendo religantes Deo religiosi sumus. Inprimis iuuenum cura suscipienda est, vt quam optimi viri fiant, sicuti agricolã teneriorem plantulã primum curare decet. Non videtur mihi vbicunque timor est etiam pudor existere, sed vbicuuque pudor, ibi & timor. In Philebo siue de summo bono. Lacedæmon bonis legibus instituta est. Non est mos patrius Lacedæmonijs mutare leges. Ex Lyside vel de Amicitia. Deus ducit semper similem ad similem & notum facit. Theætetus de Scientia. Quemadmodum sine retinaculo naues, sic Ecclesia & religio sine disciplina. Corporum habitus otio & torpore corrõpitur, exercitatione autem motuq; conseruatur. Animæ quoque habitus Disciplina & meditatione, quæ motiones sunt, doctrinas consequitur, seruatur atque perficitur. Bonum tam in anima, quã in corpore motus est, quies contrarium, & quietes putrefaciunt & perdunt, motiones conseruãt. Impossibile est mala penitus exstirpari. Qui disciplinam & institutionem procurant, obstetricibus comparantur. Io vel de furore poetico. Summa præcipuaque purgatio est redargutio. Ciuilis vel de Regno. Veri regis scientia regia disciplina est. Quodammodo legis latio ad regiam dignitatem pertinet. Nulla vnquam multitudo potest ea doctrina præcellere, qua secundum mentem ciuitas regatur.

Recta ciuitatis administratio, vel penes vnum, vel penes pauciſſimos quærenda.
Non oportet quicquam legibus eſſe ſapientius.
Vis iudicum non eſt regia illa maieſtas, ſed legũ cuſtos regiſque miniſtra.

Ex Charmide vel de Temperantia.

Pudor adoleſcentes decet. Decet eum, qui res maximas gerit, habere quoque maximam prudẽtiam. In Clitiphone vel exhortatorio. Iniuſtitia turpis eſt res deoque aduerſa.

In Gorgia vel de Rhetorica.

Libenter me redargui patior, ſi quid falſum ineptumve dicam libẽter etiam redarguo, ſi quid ab alio minus verè dicatur. Bona patitur, quiſquis iuſtè punitur. Qui luit pœnas, à prauitate animæ liberatur.
Peſſimè viuit, qui iniuſtus eſt, nec ab iniuſtitia ſoluitur.
Lex omnium regina eſt mortalium & immortalium.
Id inprimis curet vnuſquiſque, qua ratione hoc ipſo tempore, quo vita fungitur, quam optimè viuat.
Sic Reipubl. ciuiumque molis cura eſt capienda, vt ciues ipſos bonos efficiamus. Figulariam, vt dici ſolet, in ipſo vaſe diſco.
Nullus bonus hominem accuſat inſontem. Arduum eſt ingentiq; laude dignum, vt quis in magna peccandi licentia conſtitutus, iuſtam tranſigat vitam, paucique tales reperiuntur, quia, vt ait, Terentius, Licentia omnes ſumus deteriores. Hic optimus eſt viuendi modus, vt iuſtitiam cæteraſque

que virtutes per totam vitam exerceamus.

Conuiuium Platonis vel de Amore.

Mihi quidem nihil est antiquius, quã vt optimus vir euadam. Infantium instar accepto incommodo sapio.

Ex Apologia.

Ex virtute omnia bona hominibus publicè & priuatim proueniunt. Ciuitati à Deo magistratus adhibentur. Phædro seu de Animi immortalitate. Deus noster curator est. Dij optimi omnium rerum gubernatores. In Menexeno vel Epitaphio Respublica siue Ecclesia hominum educatio vel Disciplina est.

Ex Repub. vel de Iusto Dialogo 2.

Iniustitia est maximum malorum omnium, quodcunque sustineat animus, iustitia verò maximum bonum.

Ex 3. Dialogo de Repub.

Vinolentia mollities, pigritia custodes minimè decent. Ridiculum est custodem indigere custode. Qui singulis ætatibus pueritia, adolescentia, matura ætate semper probatus est, & immaculatus existit, custos & princeps ciuitatis constituendus est.

Ex 4. Dialogo.

Virtus sanitas est quædam & pulchritudo, & robustus animi vigor.

Contra prauitas, morbus, turpitudo, imbecillitas.

Exercitationes honestæ ad virtutem acquirendam conducunt, turpes ad prauitates deducunt.

Ex

Ex 5. Dialogo.

Aut philosophos regnare, aut reges philosophari oportet: si esse debet ciuitas fœlix & disciplinata.

Ex 6. Dialogo.

Quicunque leges custodire possunt & ciuitatis officia, his gubernacula sunt Reipubl. committenda. Vbi dux, veritas & Disciplina est, ibi malorum chorus non subsequitur.

Animi præstantissimo ingenio præditi, si malè fuerint educati pessimi fiunt.

Custodes diligentissimi optimi debent esse philosophi. Boni idea est maxima disciplina. Perfecta nobis erit Respub. si Custos horum peritus eá regat.

Ex Dialogo 7.

In fauo fucus ortus examinis apum est morbus Volatiles fucos omnes sine aculeis Deus fecit.

Vbi licentia, ibi quisque arbitratu suo vitam instituit.

Hac in ciuitate vt habet Prouerbium, catellæ perinde sunt vt heræ. Nimia libertas haud in aliud videtur, quam nimiam in seruitutem conuerti & priuatim & publicè.

Ex Dialogo 10 de Republ.

Paternum illud mandatum Humanum genus præcipit quam optimum pro viribus fieri. Conándum est pro viribus, educationis, studiorum, doctrinarum diligentia improbitatem reijcere, assequi probitatem. Morbi nisi periculosissimi sint, pharmacis irritandi non sunt. Pharmacum est so-

lutiua

lutiua medicina. Critias vel Atlanticus. Medicina nobis à Deo medicinarum omnium perfectissima saluberrimaque datur scientia Disciplinæ.
Debita eius, qui per ignorãtiam negligentiamve errauit, pœna est vt sciens & diligens efficiatur.
Deus deorum Iuppiter regit omnia legibus.

Dialogus 1. de Legibus vel Iumentatione.

Prima & potissima victoria est seipsum vincere quàm ocissimè, turpissimum autem & pessimum est, vt à seipso vincatur.
Leges virtutis gratia conditæ.
Disciplina vtique victoriam præstet, victoria nõnunquam negligentiam & ruditatem gignit.
Caput Disciplinæ recta educatio. Nulla in re disciplina negligenda est. Boni sunt, qui sibi imperare possunt, mali, qui nequeunt.

Ex Dialogo 2 de Legibus.

Disciplina prima est per Musas & Apollinem.
Quisquis Disciplina bene institutus est, optimè viuere potest. Disciplina recta potior lege sancita. Nemo id sponte agit, cui non plus lætitiæ quam doloris ineſt. Teneris adhuc & mollibus puerorum animis quasi quadam incantatione insinuo. Gubernatores atque iudices munus suum obituri à vino penitus prohibeantur & deliberaturi de rebus arduis.

Ex Dialogo 3.

Prima dignitatis ratio erit, vt genitores vbique natis imperent. 2. vt ignobilibus generosi. 3. vt iunioribus seniores. 4. vt Domini seruis. 5. vt potentiores dominentur, imbecilliores seruiant. Maxima verò dignitas sexto loco collocanda est, quæ igno-

ignorantes quidem sequi iubentur, prudentes autem ducere & dominari. Septimum principatum ad sortem referamus. Licentia impudentiam peperit.

Ex 4. Dialogo.

Non aliter vnquam facilius & citius, quam exemplo Principum leges in Ciuitate mutantur. Difficile est ciuitatem bonis fundare legibus. Leuium volatiliumque verborum grauissima imminet pœna. Non magna est copia eorum, qui optimi, quam maximè & celerrimè conentur euadere. Hesiodum verò sapientem multi prędicant, cùm dicat viam ad vitia planam esse, ac sine sudore peragi, cùm sit breuissima. Ante virtutem verò Dij sudores posuere, ac via, quæ ad eam ducit longa, ardua & aspera primum, sed cùm ad summa peruentum est quæ ardua via fuerat, facilem præstat callem. Maximam secundum iustitiam vltionem malè agendi nemo, vt vno verbo dicam, animaduertit.

Vltio passio iniustitię sequax est. Quicunque Deo ac legi non obediunt, puniantur.

Ex Dialogo 6.

Non pauciores quam 60. annos natus sit, qui secundum sacras leges res diuinas sit tractaturus.

Est Censorum officium fori ordinem legibus statutum seruare.

Quando aduersus ciuitatem peccatur, omnibus iniuria infertur.

Difficulter domatur homo.

Castigandi cædendique iure sunt serui, neque ita monen,

monendi vt liberi, ne fiant meliores. Quies à laboribus originem trahit, atque è turpi otio & negligentia nasci labores solent.

Ex 7. Dialogo.

Recta educatio ac disciplina potest animum & corpus quam pulcherrima & optima reddere.

Seruos castigare sine contumelia oportet, ne in iracundiam efferantur.

Mutatio omnibus in rebus præterquam malis est periculosissima, in temporibus omnibus, in ventis, in diæta corporum, in moribus animorum, in omnibus simpliciter præterquam in malis.

Omnes eas leges colunt & innouare formidant, in quibus educati sunt.

Qui legibus & canonibus libenter paruerint, laudandi.

Est puer omni bestia intractabilior.

Cùm puer prudentiæ fontem nondum perfectũ habeat, insidiosissimus, acerrimus & petulantissimus omnium bestiarum est; ideo multis frenis vinciendus est.

Ex Dialogo 9.

Nullum supplicium lege factum ad malum tendit.

Aut melior, aut certè minus prauus, qui pœnas dedit, fieri solet.

Peccatum nullum sit impunitum. Peccatum patris non luãt filij. Mali omnes omninò non spõtè

mali

mali sunt. Semper conandum, vt discordiæ nocumentis suscitatæ, per leges in amicitiam rediganter. Quos insanabiles esse Legislator senserit, vltimo supplicio hos afficiet. Iustitia (cuius Disciplina pars est) speculatrix omnium atque vindex.
Necesse est leges hominibus ponere vt iuxta leges viuant. Nullus legislator fortunæ potest imperare. Senior non paruulo interuallo iunioribus præponendus est, & apud deos ac homines qui feliciter victuri sunt. Cædi senem à iunioribus turpe est, & odio à dijs habetur.
Decet iuuenem verberatum à seniore, id patienter ferre ob senectutis reuerentiam.
Quilibet seniorem re & verbo colat.

Ex lib. 10. de Legibus.

Qui deos esse putat secundum leges, nec facit vnquam sponte quicquam impium, nec loquitur. Nauium gubernatori siue nauclero similis est Prælatus, qui disciplinam exercet Ecclesiasticam. Nos Dei possessio sumus. Iniustitia & intemperantia nos corrumpunt, & contraria nobis salutem adferunt.

Ex 11. Dialogo.

Verberibus multis pulsor. Arduum est aduersus duo contrariaque pugnare. Iuuenum mores sæpe indies varieque mutantur. Pœnis malignis vexantur, non tam quia peccauerunt (nam quod factum est, infectum fieri non potest) sed vt posthac ipsi peccatores, & puniri iniquitates videri possunt, iniustitiam oderint, aut saltem minus in simili vitio peccent. vide supra ex Gellio sententiam Phauorini de tribus finibus disciplinæ.

Ex

Ex Dialogo 12. de LL.

Mali ignauiq́ue ſemper puniendi ſunt, vt meliores fortioreſq́; euadant, plectendi, morte, vinculis, verberibus.

CAPVT VIII.

Diſciplina Ariſtotelica, ex eius libris de Moribus & de Repub. ad Diſciplinam & Politiam Eccleſiaſticam accommodata.

HVc inprimis pertinet cap. 9. ſeu vltimum lib. 10. Ethicorum, in quo docet non ſufficere precepta de moribus, niſi bona Diſciplina accedat, & in vſum ea transferantur: vt neglecta radice ſterileſcit planta: ita nulla adhibita educationis & diſciplinæ cura Reſpub. diu florere non poteſt, & quod eſt Medicina in ſinu, id eſt, morum ſcientia ſine virtutis vſu, id eſt, Diſciplina ſine exequutione magiſtratus: oſtendit ergo omnia Moralis philoſophiæ documenta eſſe inutilia & ſuperuacanea niſi accedat diſciplina coactione legis & magiſtratus, & maior vis compellendi eſt in magiſtratu, quam in imperio paterno: debet ergo neceſſariò diſciplina & educatio legibus magiſtratus præſcribi, qua in re laudat Lacedæmoniorum Rempub. quod in ea præcipuè ratio fuerit habita bonæ diſciplinæ & educationis. Animus noſter agri eſt inſtar, qui niſi excolatur diſciplina fructum nullum profert, ſed ſpinas ſterileſq́ue auenas. Flagellandi ſunt praui non ſecus atque aſini; nam quem oratio non corrigit, corrigat flagel-

Vide Picolominæum in vniuerſa philoſophia Morali, Gradu 9. c. 52. linea 13. a fine de vtilitate correctionis, & gradu 10. c. 33. & gradu 9. c. 53. vbi 4. pœnarũ genera.

lum. Praui item doloribus ijs afficiendi sunt, qui voluptatibus, quas amant aduersantur: quippe cùm sint contraria contrariorum medicamenta, vt si quis contumeliam inferre gaudeat, non est aliter puniendus, quam vt contumelia vti prohibeatur: simili modo ebrietati deditus, à vino arcendus abstrahendusque est, & eo dolore castigandus. Conqueritur Eustratius in hunc locum Constantinopoli neglectam fuisse Disciplinam, vbi viuebat vnusquisque pro lubitu, nullam rationem aut legem sequebatur, non secus atque apud Homerum Cyclopes, quibus erat pro lege voluntas. De Cyclopibus Homerus in Vlysse in canit:

Hi neque consilijs vllis neque iure reguntur,
Antra per & syluas, sed vitam in montibus altis.
Agrestem ducunt, & natis quisque suæque
Dat iura vxori, nec commoda mutua curat.

Solam Lacedæmoniorum Rempublicam laudat hic quoad leges, instituta & disciplinam, alias omnes egere correctione in Disciplina docet 2. libro Politicorum toto per 10. cap. Nec sufficit priuata Disciplina sed publica debet accedere. Cùm tribus modis homines boni efficiantur, natura, doctrina, consuetudine seu Disciplina, tertium modum maximè probat Aristoteles: Incorrigibiles & insanabiles ciuitate dicit esse exterminandos. Rectè autem Petrus Victorius in Commentarijs in hoc caput ait Lacedæmonos amasse tenuem admodum victum, & in hoc superasse disciplinam omnium aliarum ciuitatum & apud

eos mensæ diuitum à dapibus escisque pauperum non discrepabant. Athenienses quoque habuisse optimam Disciplinam refert Petrus Victorius, perspiciatur & perlegatur totum caput nonum seu vltimum libri decimi Ethicorum. Libro 2. Ethicorum capite secundo, & capite primo acquiri consuetudine & exercitio Disciplinæ ipsam virtutem præclarè & multis argumentis docet: præcipuum autem nostro proposito accommodatum argumentum est eiusmodi; generatio & corruptio cuiuslibet rei ex contrarijs fiunt.

At virtus ab exceessu & defectu corrumpitur, ergo virtus ab eorundem contrario, quæ est exercitatio & consuetudo assiduæ disciplinæ generatur & conseruatur. Illustrat assumptionem similitudine bonorum corporis sanitatis & roboris, quæ excessu & defectu corrumpuntur, mediocri exercitio conseruantur: sic in omnibus virtutibus accidit.

Axioma est Aristotelis à similibus actionibus similes habitus gigni, & à dissimilibus actionibus dissimiles habitus generari, ergo actiones vitiorum corrumpunt actiones virtutum, in quibus consistit Disciplina: & contra actiones virtutum progenerant bonum habitum disciplinæ à simili ex actione, quæ eadem est genere, & boni & mali cytharistæ euadunt, si bene assuescant, boni, si male mali. & cap. 9. postremo libri 2. tres Canones siue Regulas proponit acquirendæ Disciplinæ virtutum longè pulcherrimas.

Prima, vt illud extremum fugiamus, quod medio est maximè contrarium. 2. vt nos ab illo vitio, ad quod maximè sumus procliues, abstrahamus, & contrariam virtutem sectemur. 3 vt voluptatem semper suspectam habeamus & fugiamus, quia nulla capitalior pestis, quam voluptas hominibus à natura data, ait Cicero in libello de Senectute. Porrò cùm Disciplina vt species seu pars ad Iustitiam tanquam ad genus seu totum referatur, ipsaque iustitia in vniuersalem & particularem distribuatur, & particularis alia sit geometrica seu distributiua, alia arithmetica seu commutatiua, correctiua & emendatiua, sanè Disciplina ad Iustitiam correctiuam & emendatiuam reuocatur: corrigit enim inæqualitatem præsertim Disciplina in contractibus inuoluntarijs, & ad æqualitatem reducit. nam per peccata læditur Ecclesia, quæ dum puniuntur & corriguntur per pœnam conuenientem, persona peccans cum Ecclesia seu prælato ad æqualitatem & concordiam reducitur. Iudicis corrigentis est inæqualitatem ad æqualitatem reuocare, Ecclesia enim & prælatus damnum accepit, cum patitur iniuriam à malè operante subdito, ille, qui malè vixit & damnum Ecclesiæ intulit, lucrum sensit, hæc iudex nempè prælatus per correctionem & debitam disciplinam compensare, & ad æqualitatem reducere debet: iudex enim ius animatum medium quoddam est, eius officium est inæqualitatem tollere, æqualitatem constituere. In Politicis seu de Republica toto ferè 2. libro corrigit & emendat malam veterum Rerumpublicarum

libr. 5. Ethic. cap. 5.

libr. 5. Ethic. cap. 7.

rum per decem capita aut duodecim iuxta aliam Distinctionem Disciplinam, ex quibus præcipua peccata Disciplinæ tantum percurremus breuissimè. Plato in Custodum Disciplina luxuriat lib. 2. cap. 6. & libr. 2. cap. 7. in Republ. Phaleæ ait vindici & correctori iniuriæ tanto maiora præmia esse danda, quantò iniuria maior fuit, probat exemplo vindicis tyrannorum & occisoris. docet in capite eodem duplicia esse remedia, quæ iniurijs ex cupiditate ortis medentur, nam alias auctoritas magistratus & legislatoris coercet iniurias imperando, vt qui rationi rectæ à philosophia ortæ parere nolunt honestatis amore & pœnæ formidine parere cogantur: alias iniurias ex cupiditate ortas, coêrcet philosophica ratio solius honestatis amore absque auctoritate persuadentis, ostendit in eodem capite Aristoteles, quomodo effici possit vt ciues vel sponte vel inuiti in officio & disciplina contineantur, videlicet si legislator recta institutione ciuitatem ad virtutis exercitia sic confirmauerit, vt probi licet possent, nollent tamen quemque lædere solius virtutis amore, & si insuper Legislator potentia sit instructus improbos in officio continebit, vt vel non ausint metu supplicij, vel propter debilitatem non possint lædere. lib. 2. cap. 8. Iudiciorum & suffragiorum genera discutiuntur, & legum seu Canonum disciplinæ mutationem periculosam esse latè demonstrat, & copiosè de mutandis vel non mutandis legibus disciplinæ differit. lib. 2. cap. 10. Disciplinam mulierum in Republ. Lacedæmoniorum carpit nempè nimiam earum li-

bertatem quod molliter & intemperanter nimis Lycurgus eas viuere permiserit, quod repugnat scopo Lycurgi, mulieres enim dominabantur viris, & viri seruiebant mulieribus, & sic ciues iusti effici non poterant, deinde nec sic Lycurgus fortes & bellicosos ciues in Republ. facere poterat: nam Laconicæ mulieres, quæ tempore pacis rebus secundis erant procaciſſimæ & audaciſſimæ, eædem rebus aduersis fuerunt molliſſimæ. Nam oppugnantibus Thebanis Spartam, plus ferè negotij habuit rex Agesilaus in mulierum eiulatibus compescendis, ne suis ploratibus militum animos deijcerent, quam in reprimendis hostibus: reprehendit etiam Lacedomonios quod serui indulgentius habiti sint, nec vlla lege aut disciplina coerciti.

De licentia ista nimia mulierum lege etiam Plutarchum in Agide & Eumene Platonem Politicorum 5. ca. Iustinum libr. 3. ex Trogo Pompeio. Refert Petrus Victorius in hunc locum Euripidem quoque è persona Pelei mores institutaque Laconum quoad mulieres accusare, cùm ille longa & accurata oratione malediceret Menelao: principium illius vituperationis est. Ne si vellet quidem atque huic vni rei studeret posse virginē Lacænam continentem esse, & quæ sequuntur. Reprehendit etiam in Ephoris, quod eorum mores & Disciplina in ciuitate cum Lycurgi instituto pugnent. Lycurgus enim ad temperantiam ciues variè componere studuit. At vt erant Ephori in aliorum moribus censendis seueri, ita in suis

suis dissolutissimi. nam ephori sine vlla lege viuunt, & cum ab ipsis reliqui ciues tam arcta frugalitatis compede sint astricti, vt exercere voluptatem non possint palam, ipsi clam voluptates lege vetitas sectentur. reprehendit etiam in Lycurgo quod voluerit senatores à nemine accusari vel corrigi posse.

Qui pœnam merentur non debent esse exempti ab omni supplicio & accusatione. Sed senatores pœnam interdum merentur, quia peccant in accipiendis muneribus per auaritiam, & in largiendo per prodigalitatem, ergo & cæt. carpit quoque nimis amplam potestatem Ephoris id est, plebeis datam fuisse, nempè vt corrigerent etiam ipsos reges: reprehendit etiam quod sumptus publicorum conuiuiorum nimis fuerint graues imò intolerabiles: reprehendit quoque quod ista Respublica ad vnam tantùm virtutem nempe bellicam fuerit directa.

At Disciplina & institutio perfecta Ciuitatis ad omne genus virtutis tendit tum in pace, tum in bello. Capite decimo, in Republica Cretensium reprehendit Aristoteles argumentum, quod adferebatur pro defensione magistratus Cosmorum, nempè quod nimiæ essent potestatis Cosmi in animaduersione & correctione: ostendit enim hanc correctionem alienam esse medelam à Republica rectè instituta, & potius Dinastiæ inter Oligarchicas extremæ conuenire; cùm hæc correctio seu Discipl. ex hominum volũtate dependeat: præterea correctio ex lege debet dependere

regula multò certiore, quam sit voluntas hominum varijs mutationibus obnoxia: hanc correctionem Cosmorum periculosam esse medelam quæ funditus euertere Rempubl. queat, si consui, nec rationes reddere, nec magistratum deponere velint, ostendit, quia sic Respub. corrumpetur & periclitabitur in futurum, quia poterant per seditionem tyrannidem inuadere cap. vltimo libr. 2. tertiam legem Philolai laudat, quod præfectura conuiuiorum sobrijs tantum sit committenda, Draconem non laudat, qui leges non atramento, sed sanguine scripsit & minimis etiam delictis constituit pœnam capitalem. Pittacus Mitilinęus pœnam dupli statuit in ebriosos. libr. 3. cap. 11. ostendit Disciplinam & gubernationem Reipubl. non ex cuiusslibet ingenio & hominum arbitrio, sed secundum legum & canonum præscriptum administrandam esse, & disputat in eodem capite in vtranque partem pulcherrimam quæstionem. An populus censuram & correctionem magistratuum habere, & ab ijsdem rationes reposcere debeat, & tandem distinctione soluit: libr. 4. cap. 14. Pædonomum, id est, puerorum & mulierum præfectum ad Aristocratiam refert, nou ad Democratiam, nec ad Oligarchiã, quia Oligarchorum vxores luxuria diffluunt, decernit ibidem magistratum certum esse cõstituendum, qui modestiæ in vita degenda seruandæ potestatem & auctoritatem habeat. possumus autem ex Aristole Magistratus & prælatos sic diuidere vt alij curationes suscipiant ciuiles, alij æconomicas, alij eas, quæ in ministerio consistunt, ciuiles curationes

nes vel generales sunt vel particulares, sic & Ecclesiasticæ vel generales vel particulaees, generales totius Ecclesiæ, quibus præest Pontifex, particulares, quibus singuli distributi prælati quoad hanc vel illam partem Disciplinæ, vnde videmus Disciplinæ seu gubernationis procurationem aliam generalem esse, aliam particularem. lib. 4. ca. 16. vltimo inter octo iudiciorum genera, facit secundum quod ad delicta publica, eaq; quæ in personas publicas iniustè commissa sunt punienda refertur, quartum statuit in quo iudicatur de controuersijs magistratuum & priuatorum, cum ambigunt de mulctarum irrogationibus. quintum, in quo agitur de cædibus & maleficijs corrigẽdis, quæ vel sponte & consultè commissa sunt, vel inconsulto atque inuitè. Quæ in 5. lib. Politicorum Aristotelis ad Disciplinam pertinentia exstant retuli libr. 2. ca. 1. quomodo per Disciplinam bonam Respub. efflorescãt, per malam pereant, ibi vide breuiter notata materiæ conuenientia loca annotata & adscripta lib. 6. Polit. ca. 4. in descriptione primæ formę democratiæ. Pendere ait, ex aliorum iudicio atque auctoritate, & quicquid velit quis non licere facere, vtile est. Nam agendi quidlibet licentia ac potestas, id quod in vnoquoque homine mali inest, vitare non potest. & in eodem capite. Commenta tyrannica & popularia sunt, seruorum licentia nullo magistratu constituto, qui eos coerceat, & licentia mulierum ac puerorum & sinere vnumquemque viuere, vt velit. Multi enim erunt, qui tali Reipub. opitulentur. Iucundius est enim mul

titudini intemperanter viuere & inordinatè, quâ temperanter & modestè viuere. lib 6. Polit. ca. 8. ponitur diuisio magistratuum. initio inquit, Vt sine magistratibus necessarijs ciuitas cõstare nequit: ita sine ijs, qui ad recti ordinis constitutionem (quam eutaxian appellant græci) & modestiam institutionemque & disciplinam ciuium pertinent, vrbs præclarè habitari non potest. Maxime omnium necessarius est magistratus & difficillimus, cuius est pœnas à damnatis expetere & mulctas à mulctatis exigere ac effiagitare, & corpora eorum in vincula ac carcerem conijcere, acerrimisque custodijs asseruare. Difficilis autem est, quia admodum odiosus est & inuisus. Itaque vbi magnos quæstus ex hoc magistratu facere non est, neque eum capere animum induere queunt, neque cùm cœperunt, administrare ex legis præscripto volunt: veruntamen necessarius est præstat hunc magistratum non esse vnum & mulctas nonnullas à magistratibus oportet exigi, cum alias ab alijs, tum eas, quas noui magistratus irrogarunt, à nouis & eas, quæ à veteribus sunt irrogatæ, cùm alius condemnarit, alium esse qui exigat. Quanto enim minore in odio fuerint ij, qui exigunt, tanto facilius ac citius exactiones suum finem habebunt: eosdem igitur esse, qui damnarint, & qui multas exigunt, odium duplex habet. eosdem verò de rebus omnibus statuere, reddit omnibus inuisos. Multis autem in locis distinctus est magistratus, carceri custodiæque rerum præfectus ab eo, qui multas flagitat. euenit autem vt viri boni hunc magi-

magistratum maximè fugiant: at improbis hanc permittere potestatem non est tutum, ipsi enim egent potius custodia, quam vt alios custodire possint: vicissim hic magistratus & alternatim non perpetuò gerendus est: hi igitur magistratus vt maximè necessarij omnium primò statuendi sunt.

Præterea necesse est esse vnum magistratum, qui rationes ab alijs repetat, & iudicio rationum referendarũ subiectos corrigat & castiget & nihil aliud tractet. Appellant porrò alij hos correctores seu Censores, alij ratiocinatores, alij anquisitores seu probatores morum, alij probatores seu cognitores. Legum Custodes ad Aristocratiam pertinent, mulierum & liberorum Disciplina similiter. Libro septimo Politicorum capite octauo, sex opera recenset, sine quibus non potest constare ciuitas, inter quæ est iudicatio duplex, altera, qua iudices & tribunalia finguntur, altera qua senatores & consultores. libro septimo, capite decimo tertio. Tribus modis homines efficiuntur probi natura, educatione & disciplina morum & ratione. libr. 7. capite decimo quarto. Omnis educatio, Disciplina & institutio est referenda ad virtutes potius contemplantes, quam agentes. li. 7. c. 15. Præcipua cura legislatoris esse debet, vt futuri ciues probis moribus ritè instituantur. l. 7. c. 17. Pœdonomini, quibus disciplina puerorum commendata curam gerent, ne turpes fabulas aut sermones pueri audiant, & officium pędonomorum est re-

liquam

liquam horum viuendi rationem non negligere, tum prouidere, vt seruorum consuetudinem fugiant. hæc ætas vsque ad septennium alenda est domi, prohibendi sunt, ne quid illiberale audiãt vel videant, & sermonis turpitudinẽ debet legislator è ciuitate pellere, ne turpiter loquendo efficiatur, vt proxima his faciant. Pœna deficiorũ puerilium, si quis agere vel dicere vetitum quippiam visus fuerit si liber sit, nondum tamen ad comessationes admissus, hunc oportet castigari & verberibus puniri, sin ætate hac maior, ignominijs illiberalibus, propter ea quod seruiliter viuat, notari. Libri 8. c. 1. duabus rationibus probat Disciplinam & educationem liberorum Legumlatori esse suscipiendam, quarum prima est, quod ea omissa sequatur euersio Reipubl. & salus Reipubl. pendeat ex liberorum recta educatione ac disciplina. Probat autem tribus rationibus communem & publicam non priuatam debere esse Disciplinam quia adolescentum vnus est finis optima scilicet Reipu. gubernatio 2. quia cura & institutio partis debet fieri respectu totius & administratio partium singularum debet referri ad totius administrationẽ. At ciuis quisque est pars ciuitatis, proinde communis erit & non priuata Disciplina omnium 3. probat ab exẽplo Lacedæmoniorum, quorum publica fuit institutio & Disciplina.

Externa Disciplina est pœdagogia in Christum ca. 7. lib. 3. Caluinianæ Theologiæ fol. 56. De salute gentilium. Eadem partis & totius ratio ait Aristoteles l. 7. Politicorum cap. 1. ergo Disciplina

Poli-

Politica, Ethica, Oeconomica magnam inter se habent affinitatem & similitudinem. Quæ sint ista, quæ recta institutione corrigantur docet Frãciscus Piccolominæus in Vniuersa Philosophia Morali Gradum 10. ca. 33. De pœnarum 4. generibus Gradu 9. c. 53 ibidem. Vniuersa ferè philosophia moralis ad Disciplinam pertinet, quia correctio affectuum & moderatio perturbationum est.

CAPVT IX.

Disciplina Poëtica nostro instituto hoc est Disciplinæ Ecclesiasticæ coaptata.

SVbijciam γνώμας & sententias aureas poëtarum morales, quæ appotissimæ erunt grauissimo nostro proposito argumento quarum accommodatio erit facilis cuique prompta & expedita. Seneca in Agamem: Quem pœnitet peccasse pene est innocens. Nam sera nunquam est via ad bonos mores. Satius est recurrere, quam vti curras male. apud Lucianum in Asino Quid te exempta iuuat spinis de pluribus vna. Horatius 2. epistola 2. Qui simul aspexit quantum, dimissa petitis, Præstent, maturè redeat repetatque relicta. Horatius lib. 1. epistola 8. Dum licet & modici tangunt præcordia motus. Si piget, in primo limine siste pedem. Ouidius lib. 1. de Remedio Amoris.

Nate caue dum resq; finit tua corrige vota. Ouidius lib. 1. Metamorphoseos.

Omnes in admonendo sapimus, sed cum ipsi-

mee

met aberramus haud aduertimus. Euripidis apud Stobæum Sermone 22. Facile omnes cùm valemus, recta consilia ægrotis damus. Tu si hic sis aliter sentias. Terentius in Andria. Medicos equidem scio de abstinentia apud ægrotos quam optime omnes disserere. Si quid autem ipsis acciderit, ea tunc facere omnia, quæ alijs prohibebant, non eiusdem est scilicet dolere & ratiocinari. Philemonis in Siculo apud Stobæum sermone 113. Difficile est exequi hortari facile. Stobęus. Ego illum, qui iniustitia infamis ad aram assidet, lege neglecta, adducerem ad pœnam dandum, nihil metuens deos. Nam virum malum semper malè affici conuenit. Euripides in Heracl. Est honesta turpitudo prò bona causa mori. gloriosa est infamia vitam impendere iustitiæ. Publius. Iudicare velis iusti respectu & non vtilis. Stobæus Sermone 9. Nefas est occultare virum impium ne puniatur, sed virum maleficum necessariò auersari oportet. Sæpe cum malis moriũtur, qui cum ipsis degunt. Phocylides. Adsit

Regula peccatis quæ pœnas irroget æquas
Ne scutica dignum horribili insectere flagello,

Horatius libr. 1. Saty. 3. Bono iustitiæ proxima est seueritas. Publius. Oportet ad amussim & secundum rectam rationem causas iudicare. Theognis. Ne sectare malignitatem, sed iure absterge iniuriam. Phocylides.

Scelerum si bene pœnitet. Eradenda Cupidinis,
Prauę sunt elementa & teneræ nimis, Mentes asperioribus studijs. Horat. l. 3. Ode 24.

Qui

Qui ſerere ingenuum volet agrum, Liberat prius arua fruticibus, Falce rubos ſilicemque reſecat, Vt noua fruge grauis Ceres eat, Dulcior eſt apium mage labori, Si malus ora prius ſapor edat, Gratius aſtra nitent, vbi Notus, Deſinit imbriferos dare ſonos, Lucifer vt tenebras pepulerit, Pulchra dies roſeos agit equos. Tu quoque falſa prius tuens bona, Incipe collo iuga retrahere, Vera dehinc animum ſubierint. Boetius li. 2. Metro 1.

Qui non vetat peccare, cum poſſit, iubet. Seneca in Troade. Bonum præceptorem dixeris, quiſquis bene ſapere ſtultos valeat cogere. Hippolytus ad Theſeum apud Euripidem in Hippolyto.

Procreare & educare facilius hominem, quam mentem bonam inferere (nemo hoc adhuc perpendit) nimirum ſapientem facere ex inſipiente, & ex malo bonum. Si verò Aſclepiadi hoc dediſſet Deus & ſanare maliciam & peruerſas mentes virorum, multam mercedem & magnam tuliſſet. Si procreari poſſet & inſeri in homine mens, nunquam ex patre bono eſſet malus filius, ſed pareret ſermonibus illius prudentibus. Nunc verò licet docens nunquam facies ex malo bonum. Theognis.

Lex ſiue Canon rex eſt mortalium & immortalium. Pindari apud Clementem libr. 2. Stromatum & Plutarchum in lib. In Principe requiri doctrinã, & in vita Demetrij. Res valida lex eſt. Menander. Orator improbus lues eſt legibus.

idem

idem. Fœliciter ſapit, qui alieno periculo ſapit. Plautus. Ex alijs periculum facito, tibi quod ex vſuſſiet. Terent. in Adelphis. Per varios vſus artẽ experiẽtia fecit. Exẽplo monſtrante viam. Manilius l.1. Præmiſſa futuris dant exẽpla fidem. Claudianus in 4. Honorij Conſul. Bonum eſt fugienda aſpicere alieno in malo. Publius. Ex vitio alterius ſapiens emendat ſuum Publius. Fœlix quicunque dolore Alterius diſces poſſe carere tuo, Tibullius li.3. elegia 7. Auidos vicinum funus vt ægros Examinat, mortiſque metu ſibi parcere cogit. Sic teneros animos aliena opprobria ſæpe. Abſterrent vitijs. Horat. l.1. ſaty.4. Multorum diſces exemplo, quæ facta ſequaris, Quæ fugias. Vita eſt nobis aliena magiſtra Cato. lib.3. Corrumpunt vitiorum exempla domeſtica, magnis cùm ſubeant animos auctoribus. Sed reliquos fugiẽda patrũ veſtigia ducunt. Et monſtrata diu veteris trahit orbita culpæ Iuuenalis Satyra 14.

Os tenerum pueri balbumque poẽta figurat:
Torquet ab obſcœnis iam nunc ſermonibus aurem. Mox etiam pectus præceptis format amicis,
Aſperitatis & inuidiæ corrector & iræ Recte facta refert, orienta tempora notis Inſtruit exemplis, &c. Horatius lib.2. Carminum epiſtola 1.

Conſule queis ætas longa magiſtra fuit: Ouidius epiſtola 3. Vltra Sauromatas fugere hinc libet & glacialem, Oceanum quoties aliquid de moribus audent. Qui Curias ſimulant & Bacchanalia viuunt. Iuuenalis Satyra 1.

Ouidius l. 6. Faſtorum. Sic agitur cenſura & ſic exempla parantur. Cùm iùdex alios, quod monet, ipſe facit. Scilicet in vulgus

vulgus manant exempla regentum. Vtq; ducum lituos, sic mores castra sequuntur Claudianus 1. Stilicone. Nouarum ædium esse arbitror similem ego hominem quando hic natus est. Plautus in Mostellaria. Actus 1. scena 2. declarat ibi propositam similitudinem. Vt enim domus cum in potestate fabri est, pulchrè ædificatur, ornatur, expolitur, si immigret possessor iners, sensim imbre & tempestate corrumpitur, ita iuuenes sub Disciplina & præceptoribus quantūuis sint precij, sui iuris facti, nisi ingenio sint bono, pereunt. Syncerum est nisi vas quodcunque infundis, accescit. Horatius lib. 1. epistola 2. Nunc adhibe puro Pectore verba puer, nunc te melioribus offer, Quo semel est imbuta recēs, seruabit odorem, Testa diu. Horat. lib. 1. epist. 2.

Nemo adeo ferus est vt non mitescere possit,
Si modo culturæ patientem accommodet aurem
Horatius lib. 1. epist. 2.

Seges illa magnum fœnus agricolæ dabit
Quæcunque tenera lœtis luxuriat satis
Arborque celso vertice euincit nemus
Quam non maligna cœdit aut resecat manus
Ingenia melius recta se in laudes ferunt.
Si nobilem animum vegeta libertas alit.
Nutrix apud Senecam in Hippolyto.
Male coactus, qui officium suum facit
Dum id rescitum iri credit tāti per cauet. Si sperat fore clam, rursum ad ingenium redit. Quem beneficio adiuuas, ille ex animo facit, Studet par referre præsens absensuq; idem erit. Terentius in Adel. Actus 1. scena 1. Hoc patrium est consuesce-

re filium. Sua sponte recte faeere, quam alieno metu. hoc pater ac Dominus interest. hoc qui nequit, fateatur se nescire imperare liberis Terent. in Adelphis.

Paupertas morum magistra est. Antiphontis Sermone 39. Stobæus.

Viuite contenti casulis & collibus istis
O pueri, curuo panem quæramus aratro
Qui satis est mensis.

Ad scelus atque nefas quodcunq; est purpura ducit. Iuuenalis: Institutio ac Disciplina cicurat omnes. Menander. Doctrina vim promouet insitã
Rectiq́ue cultus pectora roborant. Vtcunque defecere mores, Dedecorant bene nata culpæ. Horatius lib. 4. Ode 4.

Corrigere est res tanto magis ardua, quanto Magnus Aristarcho maior Homerus erat: Ouidius l. 3. de Ponto.

O quisquis volet impias Cœdes, aut rabiem tollere ciuicam, Si quærat pater vrbium Subscribi statuis, indomitam audeat Refrenare licentiam. Horatius Oda 24. li. 3. Carminum. Nam deteriores omnes sumus licentia, Quodcunque incidere rectũ in mentem volet. Neq; id putabit prauũ an retusi: quod petet, Tu rem per ire & illum nõ poteris pati Dare denegaris, ibit ad illum ilico.

Quem maximè apud te valere sentiet, Abiturum abs te ilico minabitur: Terentius in Heautontimorumeno Verum nimia illa licentia Profecto euadet in magnum aliquod malum, Idem in Adelphis. Nemo satis credit. tantum delinquere, quantum Permittas, adeo indulgent sibi latiusi.

psi Iuuenalis Satyra 14. Procliuior vsus. In peiora datur suadetque licentia luxum, Illecebrisque effrena fauet tunc viuere caste. Asperius cũ prompta venus tum durius iræ Consulimus, cum pœna patet. Claudianus de 4. Honorij Consulatu Danda est hellebori multò pars maxima auaris. Horatius libr. 2. Satyra 3. Leniter ex merito quicquid patiare ferendum est. Quę venit indigne pęna dolenda venit. Ouidius epistola 5. Leniter qui sœuiunt sapiunt magis Plautus in Bacchidibus, Qui alterùm incusat probri seipsum intueri decet. Plautus in Truculento, In commune iubes si quid censesque tenendum, Primus iussa subi, tunc obseruantior æqui Fit populus, nec ferre vetat cũ viderit ipsum Auctorem parere sibi. Claudianus de 4. Honorij Consulatu, & idem infra Nec sic inflectere sensus Humanos edicta valent quam vita regentis. Si quis Opprobrijs dignum latrauerit integer ipse. Soluetur risu tabulæ, tu missus abibis. Horatius lib. 2. Satyra 1.

Loripedem rectus derideat, æthiopem albus
Quis tulerit Gracchos de seditione querentes
Quis cœlum terræ non misceat & mare cœlo
Si fur displiceat Verri, homicida Miloni
Clodius accuset mœchos Catilina Cethegum
In tabulam Syllæ si dicant discipuli tres?

Iuuenalis Sartyra 2.

Ouidius ait agris neglectis spinas & tribulos innasci, sic etiam ni adhibeantur in Ecclesia austeri vindices morum pessimorum omnia germina vitiorum pullulabunt.

CAPVT X.

Disciplina historica Ecclesiastica Disciplina corformata atque adaptata longe aliter ac est traditum l. 3. c. 2.

ZEno Citticus Dionysio cuidã dicenti. Cur me vnum omnium non corrigis? Non enim, inquit, tibi credo; subindicans non esse sibi spem, illum, si corriperetur, fore meliorem, Laertius li. 7. ca. 1. Diogenes Cynicus dicere solebat, non tantum fidis amicis, sed acribus etiam inimicis opus esse, eò quod illi non admoneant, hi vero nostros errores vitæque nostræ flagitia reprehendant atque castigent. Laertius lib. 6.

Zeno Citticus celebratissimam Hesiodi sententiam inuertere solebat. Ille quippe cum primas tribuat ei, qui per se sapiat, secundas, qui rectè momenti obtemperet, zeno è contrario pronunciabat. Optimus ille quidem, qui paret recta momenti Laertius lib. 7. cap. 1. Apud Lacedemonios si puer à præceptore vel alio castigatus ob commissum delictum, querelam ad patrem detulisset, turpe erat patri, si hoc audito, non iterum filium emendasset. Plutarchus in Apophtegmatis Laconum Demonax frequenter dicere solitus est vitia medicorum exemplo esse corrigenda, qui non indignantur ęgrotis sed medentur morbo. Erasmus lib. 8. Apophthegmatum. Apud Lacedæmonios si quis in peccato deprehensus fuisset, is cogebatur aram quandam, quæ erat in vrbe circumire, ac vituperationem interim in ipsum cõpositam canere: quod nihil aliud erat quam sei-

ipsum

psum sua voce obiurgare Ingenui pudore & laudis amore melius ducuntur ad honesta, quam virgis aut flagris, quod seruile est Plutarchus in Laconicis. Diogenes improbum quendam cum castigasset, interrogatus à quodã quid faceret? Aethiopem, inquit, abstergo, vt difficulter candidum reddam. Antonius in Melissa parte 2. srrmone 32. Socrates optimè dicebat gubernari ciuitates, cum iniusti dant pœnas. Ex Platone libr. 2. de Republica Brusonius libr. 3. cap. 8. Solon Salaminius interrogatus. Quid magis ad salutem Reip. prodesset, respondit, si boni præmijs inuitentur, mali autem pœnis coerceantur. Cicero ad Brutum has duas vocabat ille ancoras Reipublicæ. Idem interrogatus quanam ratione nullum scelus in vrbe patraretur, dixit. Si tam indignarẽtur illi, quibus non est facta iniuria, quam quibus facta est. Sensit autem vir prudentissimus, tum demum saluam fore Rempub. quum, qui boni viri sunt, malos pœnis coercent ne insontes afficiant contumelia. Stobæus Sermone 41. Theophrastus interrogatus quidnam vitam humanam conseruaret? respondit, Beneficẽtia, honor & pœna Stobæus Sermone 41. Lycurgus Lacedæmoniorum legislator dicere solitus est, duabus potissimum rebus contineri Rempub. Præmio scilicet & pœna Cicero in epistola ad Brutum & Erasmus li. 1. Apophtegmatum Lysander Lacedæmoniorum cum interrogaretur, quam Rempu. maximè probaret, Eam, ait, in qua fortibus viris ac malis congrua vtrisque redduntur. Plutarchus in Laconicis Cato senior dicere solebat, se omnibus peccã-

tibus ignoscere, præterquam sibi ipsi, Multum dissimilis illi Motuio, qui carpens alios sibi omnia condonabat. Plutarchus in Romanis Apophtegmatibus. Idem Cato frequenter dicere solebat, se malle pro collato beneficio nullam reportare gratiam, quam pro perpetrato maleficio non dare pœnam. Plutar. in Romanorum Apophtegmatibus.

Idem Cato dicere solebat, Iniuriam, etiamsi facienti nihil adferat periculi, vniuersis tamen esse periculosam, apud Plutar. in Roma. Apophtegmatibus.

Cato intelligens quendam animum ab amico reprehensore alienasse: Noli, inquit, amico indignari, apem enim propter aculeum non odisti, sed foues & nutris propter fructum. Cur igitur amici obiurgationem adeo fers iniquè, quem propter beneuolentiam plurimum amare debes. Maximus Sermone 6. Fronto Consul sub Nerua Imperatore & palam dicere solitus est. Malè eum imperare, sub quo nemini quicquam fit concessum: sed longe peius, sub quo maxima licentia sit quibuslibet. Inhumanitatis enim est, si princeps indulgeat nihil amicis; sed perniciosissimum est illis licere quicquid libet Dion Cassius in vita Neruæ Imperatoris Lacon quidam, cum veniisset Athenas vidissetque illic præcones, qui obsonia, publicanos, lenones promitterent, aliasque parum honestas functiones profiterentur, vbi in patriam reuersus est ciuibus percunctantibus, quomodo se res haberent Athenis? Omnia, inquit, honesta, per ironiam innuens Athenis

thenis omnia haberi honesta, turpe nihil. Plutarchus in Laconicis Apophtegmatib. Agesilaus notans præposteram licentium eorum, qui Asiam incolebant, de eius gentis corruptis moribus, dicere solebat.

Inter illos, qui essent improbi, eos esse liberos, contra qui probi, eos esse seruos, quod ibi vitijs licerent omnia, virtus odio haberetur. idem Plutarchus in Laconum Apophtegmatibus Cato senior studiosè magistratum semper admonere solitus est, vt delinquentes in Rempubl. grauiter castigarent. Sentiens nihil perniciosius esse in Republ. quam Licentiam, quam adeo non ferendam in ciuitate putauit, vt iudicaret magistratum lapidandum, qui coercere posset, non tamen faceret Plutarchus in Romanis Apophtegmatibus M. Antonius Verus Romanorum Imperator dicebat difficile esse, in maxima licentia sibi moderari, & cupiditatibus quasi frenos imponere. Herodianus libr. 1.

Solon leges aranearum similes esse aiebat. Diogenes Laertius libro primo, capite tertio, alij idem dictum tribuunt Anacharsidi. sic leges res humiles ac tenues constringunt, à potentibus impunè violantur. Valerius libro septimo, cap. secundo.

Plutarch. in Solone. Stobæus Ser. 431 Seleuco Locrensium legislatori tribuit.

Pausanias Philonactis filius cuidam interroganti, cur ex priscis legibus nullam mouere Spartiatis liceret. Quia leges, inquit, hominum non homines legum dominos esse oportet. Brusonius lib. 3. c. 34. Cato senior sæpenumero magistratum

admonere solebat, vt sumerent pœnas de his, qui in leges aliquid peccarent. Plutarchus in Romanorum magistratibus. Bias eam optimam Remp. esse affirmabat, in qua legem omnes perinde ac tyrannidem metuant. Stobæus sermone 41. Pittacus laudabat eam Rempubl. in qua malis non daretur gubernandi facultas. ibid. Solon eam Rempubl. in primis probabat, in qua viri boni honoribus afficerentur, mali pœnis vexarentur. idem ibid. Pythagoras dixit primum luxuriam ciuitates ingredi, deinde saturitatem, postea contumeliam, postremò exilium. idem ibidem. Idem eandem optimam esse dixit, quæ viros bonos habet ibidem, sic & Aristoteles l. 7. Polit. ca. 1. Plato dicebat fœlices Respu. quæ à Philosophis gubernarentur Cicero ad Quintum fratrem. Zeno dicere solebat decorandas esse vrbes inhabitantium virtutibus. Stobæus sermone 41. Aristides in eo positam esse præcipuè salutem Reipublic, vt ciues in bona Disciplina contineantur. Plutar. in Apoph. Phocion etiam moriens publicæ Disciplinæ curam habere voluit, cum ei quidam ad supplicium eunti post multa conuicia in faciem expueret. Phocion clamauit ad magistratum. Non hunc inquit, compescit aliquis sese indecore gerentem. Plutar. in græcorum Apophtegmatibus Agesilaus rex Lacedæmoniorum magistratus officium esse dicebat erga rebellantes audaciam, erga subiectos beneuolentiam. Plutarchus in Laconicis iuxta illud Virgilij

Parcere subiectis & debellare superbos.

Idem rogatus à quopiam, cur Spartanorum Respubl.

publ. præ cæteris secundis rebus floreret, quoniã inquit præ cæteris se exercent vt pariter rectè imperare, & rectè parere sciant: significat vir prudẽtissimus ciuium disciplinam causam esse incolumitatis Reip. Alphonsus Aragonum rex magistratum cotem appellare solitus est, qua hominum ingenia probarẽtur. Vt enim cote vtimur ad probandum aurum & argentum, sic vtimur magistratu ad ciuium mores explorandos. Magistratus enim virum indicat. Panorm. libr. 3. de rebus gestis Alphonsi. Plutarch. in Laconicis narrat Agidem puerum in summis delicijs fuisse educatum, sed simulatque adolescens etiamnum ad Reip. gubernacula admotus est, mutatione incredibili, reiectis vitæ pristinis voluptatibus, huc totum animũ adiecit, vt Spartam barbaram ac græcorum moribus corruptissimam, ad pristinam frugalitatem reuocaret, quæ res illi exitij causa fuit. Antisthen. philosophus interrogatus quamobrem tam seuerus esset discipulorum obiurgator. Et medici, inquit, erga ægrotos: significans se vitia obiurgare, & non homines. Laert. lib. 6a. c. 1. Agrippinus imperans conabatur eis quos damnabat persuadere, quod ipsis expediret damnari: non enim tanquã inimicus (ipsis aiebat) nec vt latro sententiam contra eos fero: sed veluti tutor & curator ipsorum, quemadmodum & medicus hominem secãdum consolatur, & seipsum exhibere persuadet. Stobæus serm. 46. Cicero in orat. pro Deiotaro requiritin Principe etiam seueritatem & grauitatem.

Alphonsus Aragonum rex, cùm de subditorum

rum moribus & disciplina disputaretur, respondisse fertur. Veluti ad solis motum, ita populares semper in principum mores verti atque mutari. Panormitanus libr. 2. de rebus gestis Alphonsi. Idem ab agricultoribus audiens mala punica, quæ natura aêria essent, arte & diligentia fieri dulcia. Cur non nos etiam ciues & populares nostros ingenio malo præditos, disciplina labore & industria meliores reddimus. Panormitanus libr. 4. de rebus gestis Alphonsi. Idem reprehensus quod regaliter incederet, respondit: Malle se moribus & auctoritate regem videri quam diademate & purpura. Antonius Panormit. de rebus gestis Alphonsi, & AEneas Syluius de eius dictis. Alphonsus rex Aragonum admonitus ab amico, ne nimiũ lenis erga suos esset, & ob id in contemptum in suos incideret. Magis, inquit, hoc mihi cauendum ne nimia seueritas mihi conciliet inuidiam. Erasmus lib. 8. Apophtegmatum. Disciplinam autem sine iracundia placidè & mansuetè exercendam esse exempla Socratis, qui filium & Platonis, qui seruum iratus verberibus cædere noluit, demonstrant apud Laertium in vita Socratis & libr. 3. in vita Platonis apud eundem. Demonax cùm vidisset quendam seruum crudeliter verberantem. Desine, ait, ne seruo fias similis, scilicet subseruiendo affectibus prauis, dum non possunt donum frenũ inijcere commotionibus. Plutarch. castigationẽ & admonitionem mixtam esse vult laude in Politicis, & in lib. de Discrimine adulatoris & amici: & ibi etiam censet intempestiuam libertatem admonẽdi esse ceu pharmacum non in tempore datum:

tum: imitari oportet nutrices, quæ ad pueros lapsos haud accurrunt cum conuitijs, sed erigunt, abluunt, componunt, deinde obiurgant & puniunt: idem ibidem fit etiam ciuiliter sub persona aliorum, dum in his carpimus alios, quæ scimus ab illo, quem emendare cupimus, committi. Ammodius quidam cùm quosdam pueros nimis opipare & delicatè pransos videret, iussit liberto, vt vni alapam impingeret ad dens elogium: non potest, inquit, prandere absque aceto, ¦simulque in illos flexit oculos, vt increpatio tangeret obnoxios: præterea vult Plato seorsim institui obiurgationem non publicè coram omnibus: adhæc vtile est vt obiurgator omnibus modis sese admisceat culpæ, & quasi seipsum etiam simul reprehendat. ibidem: deinde nec imperiosè more pædagogorum reprehendat amicos, vt medicus, qui nimis acri & amaro pharmuco vtitur. Medici cùm secant partem affectam, non eam in cruciatu molestiaq; destituunt, sed placidè rigant & leniunt, neque qui admonent ciuiliter amicum, aufugiunt, posteaquam amara mordaciaque admonuerint, sed alijs colloquijs & comitate verborum deliniunt ac molliunt, quemadmodum & fabri lapidarij vulnus ac cicatricem, quam ictu Celtis inflixerunt in statuis rursum poliendo leuigant ac nitidum reddunt. Quemadmodum medici amara quidem venena dulcibus immiscentes succis, comitem vtilitatis amænitatem inuenerunt: ita vt patres rigorem increpationum mansuetudine temperent est necesse. idem Plutarchus in libello de educatione liberorum,

Sene-

Seneca lib.1.de Ira,ca.4.& 5. Quid ergo? Num castigatio aliquando est necessaria? Quidni? Sed hęc cum syncera ratione, non enim nocet sed medetur specie nocendi: sicuti quædam hastilia detorta,vt corrigamus,adurimus & adactis cuneis non vt frangamus,sed vt explicemus elidimus, sic ingenia vitio praua dolore corporis animique corrigimus. Nempe medicus primò in leuibus vitijs tentat,non multum ex quotidiana consuetudine inflectere, & cibis, potionibus, exercitationibus ordinem ponere,ac valetudinem tantum mutata vitæ dispositione firmare: proximum est, vt modus proficiat,si modo & ordo non proficit, subducit aliqua & circumcidit, si ne adhuc quidem respondet,cibis interdicit & abstinentia corpus exonerat. Si frustra molliora cesserunt,ferit venam membrisque manus adfert,nec vlla videtur dura curatio,cuius salutaris effectus sequitur. Ita legũ præsidem ciuitatisque rectorem decet (quamdiu potest) verbis & his mollibus ingenia curare, vt facienda suadeat cupiditatemque honesti concilier animis, faciatque vitiorum odium pretium virtutis,transeat deinde ad tristiorem curationẽ, qua moneat & obiurget, nouissimè ad pœnas & has adhuc leues & reuocabiles decurrat. Vltima supplicia sceleribus vltimis ponat, vt nemo pereat, nisi quem perire etiam pereuntis interest. Hoc vno medentibus erit dissimilis quod illi, quibus vitam non potuerunt largiri,facilem exitum præstant,hic damnato cum dedecore & traductione vitam exigit, non quia vllius pœna delectetur sed vt sit omnium documentum,& qui alicui noluerunt

De collapsa Disc. Rogat. restituta 10. 6. Ann Barõ. fol.309.310.

luerunt prodesse, morte certè eorum Respub. vtitur. Seneca lib. de Ira cap. 14. & 15 Corrigendus est qui peccat, & admonitione & vi & molliter & asperè, meliorque tam sibi quam alijs faciendus, non sine castigatione, sed sine ira. Quis enim cui medetur, irascitur? At corrigi nequeunt nihilque in illis spei bonæ est capax. Tollantur è cætu mortalium, & quo vno modo possunt, desinant esse mali, sed hoc sine odio. Seneca libr. 2. de Clementia c. vlt. Sapiens multa remittet, multos parum sani sed sanabilis ingenij seruabit: agricolas bonos imitabitur, qui non tantum rectas proceraſq; arbores colunt, sed illis quoque, quos aliqua deprauauit causa, adminicula quibus regantur applicant: aliâs circuncidunt, ne proceritatem rami premant; quasdam infirmas vitio loci, nutriunt, quibusdum in aliena vmbra laborantibus cælum aperiunt. Videbit quod ingenium qua ratione tractandum sit, quomodo in rectum praua flectãtur. Idem ad Poly. conf. c. 33. Scias licet ea demum fulmina esse iustissima, quæ etiam percussi colunt. ex Publio Mimo: Nunquam scelus scelere vindicandum est. Ex eodem: Obiurgationi semper aliquid blandi admisce. Ex eodem: Omni rei moderatio est adhibenda, quæ sanabilia ingenia distinguere à deploratis sciat. Ex eodem. Res optima est non sceleratos exstirpare, sed scelera. Demonax frequenti sermone vsurpabat corrigenda esse vitia medicorum exemplo, qui non indignantur ęgrotis, sed medentur. Erasmus lib. 8. Apophtegm. Sed iam porrò exempla ex historia Ecclesiastica de rigida obseruatione disciplinæ adferamus. Trithemius

mius de Viris Illustribus Ordinis S. Benedicti in vita S. Absalonis Abbatis Sprinc Heersbaccensis scribit, quod cum is absens in Abbatem esse electus, & ad Cœnobium veniret, omnes Monachorum candelæ fuerunt exstinctæ, & vna solum arserit, & designasse aliorum monachorum disciplinam exstinctam per hunc Abbatem reaccendam: etenim illa vna cãdela (significans recenter electum Abbatem) ardens, omnes alias candelas exstinctas reaccendit. In testaméto veteri Asa Iosaphat, Ezechias, Iosias per Ecclesiasticos viros Disciplinæ fuere instauratores. Exemplar liberè vitia reprehendendi Ioannes Baptista. vide to. 6. Aloysij in Sermone Andreæ Archiepisc. Cretẽsis de Amputatione Capitis Ioannis Baptistæ fo. 206. & 207. b. S. Martinus equitando in asino & circumeundo, Episcopatum disciplinã exercebat, & assiduo visitabat Ecclesiam Turonensem, vt in eius vita legitur. S. Anno Episcopus Colonienſis 2. eius nominis cum suo tempore, regularis disciplinæ feruor refrixisset, ille seriò eandem restituit & reformauit, vt in vita eius apud Surium legitur. S. Benedictus cùm in Disciplina Monastica seuerum iudicem præberet sui monachi pertæsi talis stricti ordinis ei venenum in poculo propinarunt, quod ille crucis signo abegit, & relicto monasterio redijt in solitudinem, vt publicè in authentica eius vita legitur. S. Thomas Apostolus Indicas gentes barbaras & feras non seueritate, sed mansuetudine, humilitate & suauitate ac dulcedine quadam vicit, vt docet Simeon Metaphrastes in vita D. Thomæ Apostoli apud Aloysium

S. Hugebert. Disciplinã freno seu capistro compescuit clericorũ & populi Leodiensium vitam ac mores teste Trithemio in Epitoma Francorum iuxta Annales Tungrenses.

sium tomo 6. de Vitis Sanctorum. Quæ & quam multa passus fuerit Gregorius Nazianzenus ob exercitam disciplinam à pseudomonachis hypocritis narrat in tomo 4. Annalium. Cæsar Baronius folio 590. & 591. Basilius diligentissimè visitauit Ecclesias Armeniæ Baronius in eodem tomo fol. 282. & de Disciplina Basilij ac regulis idem Cæsar Baronius tomo 4. folio 385. Adeò vigebat Disciplina in nascente Ecclesia florente, vt Iulianus Apostata Christianorum Disciplinam ad paganismum suum transferre desideraret. Cæsar Baronius tomo 4. Annalium, folio 114. Disciplina in persequutionibus expeditior, teste Tertulliano in libro de fuga iu persequutionibus. nam tempore pacis citò corrumpitur, vt supra ex Cypriano docuimus. Eusebius Samosatenus visitat Ecclesias in habitu militari. Baronius tomo 4. Annalium folio 237. b. Magna fuit Gregorij modestia in corrigendo, quod non probarat vt docet Baronius tom. 4. Annalium folio 154. Orientales Ecclesias collapsas restituit Eusebius Vercellensis. Baronius to. 4. Annal. fol. 83. 84. Theophilus eũ modum seruabat, vt lente curaret vulnera Ecclesiarum. idem Baronius to. 4. Annal. fo. 676. Nimia autem clementia in emendando ad delinquendum illex est, vt de Theodosio Imperatore affirmat Baronius tomo 4. Annalium folio 613. Ecclesiæ Disciplinam tertio seculo fuisse restitutam docet Baronius tomo 3. Annalium folio 53. 13. 101. 59. Episcoporum Palestinorũ corrupti mores ex sententia Eusebij correcti. Cæsar Baronius tomo 3. Annal. fo. 52. 26. Lapsi tempore persequutionis à

De clericis concellaneis, to. 6. Annal. f. 547. 548.

Conci-

Conc. Arelat. sub disciplina cohibiti. Idem tom. 3. Annal. fol. 113. 33. Lapsi pœnitentes diuersis pœnitentijs affecti ab Episcopis. idem to. 3. fol. 140. 25. Lapsis pro criminum varietate diuersæ pœnitentiæ irrogatæ to. 3. Annal. fol. 117. 33. & seqq. 118. 5. 10. 15. Monachorum regulæ elaboratæ à Basilio & nó ab Eustatio Baron. to. 3. fo. 682. 23. Petrus Alexand. fidelis custos Eccl. Disc. neruos Eccl. Disc. non remisit, sed intendit. to. 3. Annal. fo. 12. 19. Perrus Valuomeres raptor virginum, capite plexus. to. 3. fo. 522. 29. Præsides prouinciarum corrigebantur ab Episcopis & eorum disciplinę subijciebantur. to. 3. fol. 112, 1. quinetiam præsidum iudicia Episcopi irritare solebant. to. 3. fol. 317. 31. Nec quidem clarissimis viris parcebatur, vnde recitat Constantini Rescriptum de puniendis clarissimorum virorum delictis. to. 3. Annal. fol. 149. 20. Vitalis Episcopus Antiochenus post Tyrannum curat restituere Discipl. Eccl. to. 3. Annal. fol. 83. 45. Cœnobitarum instituta & disciplinam sub Antonio narrat Cæsar Baronius to. 3. Annal. fol. 336. lin. 46. Canonem Nicæni Concilrj, ne clerici cum fœminis habitent recitat. idem to. eodem, fol. 277. 17. Modũ coercendi clericos inobedientes, habet idem to. 3. fo. 453. 35. Fuit vna pœna Ecclesiastica excludere ab oblatione, à precibus, à sacramentis. tom. 3. fo. 118. 30. Hoc tertio seculo Mediolanensis Ecclesia Monasticæ vitæ instituta suscepit. tom. 3. fo. 335. 34. Monachorum genus indisciplinatissimum Rhembot narrat dictum. tom. 3. fo. 336. 49. 337. 55. & seqq. de quo etiam dixi supra ex B. Hieron. Monastica vita optimè congruit Eqiscopatui. to. 3. fo. 336. 24.

Meletius visitat Ecclesias tom. 4. Ann. Baron. fol. 344.

Basil. omnibus Discipl. præscripsit monachis & laicis senibus chorepiscopis simoniacis. tom. 4. Ann. fol. 331.

Vide vitam Eusebij Vercellensis, qui iunxit vitam monasticam Episcopali.

Mona.

Monachorum instituta à S. Athanasio Romam allata to.3.fol.434.48.435.8.Pachomij monasterium virginum S.Athanasius visitat to.3. fol.330.42.Romanæ fœminæ monasticam suscipiunt Disciplinam eaéque consulares auctore S.Athanasio tom. 3.folio 434.51.quod Hieronymo hortatore multæ nobiles Romanæ fœminæ susceperint Disciplinam & vitam monasticam passim ex eius epistolis liquidò constat.Virginum monialium instituta plura commemorat Baronius tomo 3. fol.335.3. 337.29.Regulas vitæ monasticæ Basilij omnium aliarum regularum monasticarum esse fontes docet Baronius tom.4.Annalium fol.154.155.easdemque cum Gregorio esse elucubratas docet Baron. tom.4.fol.385.Iulianus Apostata tanti fecit Disciplinam Christianorum, vt eam ad gentilismum transferre studuerit. idem Cæsar Baronius tomo 4.fol.114.e. Gregorius & Basilius austeram vitam & disciplinam in eremo susceperunt. tom.4.Annalium idem fol.147.148. Gregorius Nyssenus Episcopus insignis visitator & lustrator Ecclesiarum tom.4.Annalium fol.238.Hæreticorum pœna fuit 4.seculo, vt punirentur mulcta decem librarum tom.4. Annalium folio 655. At obstinati iussi sunt gladio seculari feriri tom.4.fol.526.526. aliàs iussi sunt etiam deportari fol.655.Catholici postulabant à Nazianzeno hæreticos puniri folio 418.tomo 4. Theodosius ea disciplina afficiendos putauit,vt ciuitate pellerentur tom.4.Annal.fol. 502. Ecclesia consueuit punire hæreticos auxilio brachij secularis & principum tom.4.fo.525.Vincti soluti à vinculis & illis indulgentia data tem-

Ambr. clerũ ad exactam absolutamq; Disciplinam Eccl. composuit tom.4. Ann f.327. 328. Siricius Papa nouem Capitulis collapsam in Africa disciplinam restituit tom 4. fol. 443.

August. corrigit totius Africæ Ecclesius to. 4. Ar. fol 553.

pore Paschatis tom. 4. folio 515. 516. In Disciplina exercenda iura sunt distincta regum & Ecclesiarum to. 4. Annalium fol. 540. 541. Laici rebus Ecclesiasticis se immiscere non debent to. 4. fo. 179. nec causas Ecclesiasticas iudicant to. 4. fo. 223. Laici de sacerdotibus iudicare non debent in disciplina Ecclesiastica to, 4. fo. 520. An iuxta disciplinam Ecclesiæ lapsi Episcopi in sedem Episcopalem sint restituendi; disputat latè & doctè Baronius to. 4. Annal. fo. 77. 80 85. 86. 91. recipiendos esse cum abiuratione hæreseos docet folio 282. 422. 182. Legé seueram tulit Iouinianus de disciplina custodiendarum virginum sacrarum tom. 4. fol. 195. tulit etiam legem Theodosius de Disciplina Canonissarum tomo 4. Annalium fol 630. Gregorius Nazianzenus præclaram habet sententiam de Disciplina sacerdotum, quod luxus & ornatus ijs non conueniat, to. 4. Annalium folio 442. luxum cleri corum vehementer taxat Baronius to. 4. fol. 198. Macarius præsbyter per seueram disciplinâ communicans schismaticis Romæ punitus to. 4. f. 310. S. Martinus in se exercuit seueram disciplinam, dum pro votis ad ieiunia & cilicia confugit tom. 4 folio 367. Maximi factum gladium in hæreticos exerentis commendatur tomo 4. folio 525. Damascenus cùm esset seuerus in exercenda Disciplina monachi lapidibus eum appetierunt. tom. 4. folio 590. Oblationes pro defunctis corrigendas. tomo 4. folio 645. Paulinus patitur à Romano clero inuidiam proculdubio ob rigidam disciplinam. tomo 4. Annalium folio 711. Disciplinæ publicæ pœnitentiæ ritus antiqui exponuntur

Visitatio vt fiat Orientalis Ecclesiæ auctoritate Damasi vrget Basilius to. 4. Annal. fol. 310.

De S. Augu. praxi & disciplina agendi cum hæreticis to. 4. fo. 463. in Ann.

tur.tomo 4. folio 621. In disciplina sacerdotes à sacerdotibus debent iudicari tomo 4. folio 520. Sacerdotes à principibus audiendi & magna pœna afficiendi si sacerdotes non reprehendant, & principes non obtemperent tomo 4. folio 877. Corrumpit Disciplinam Ecclesiasticam quod sacerdotij dignitas potentioribus non dignioribus detur, idque exagitari à Nazianzeno docet Baron. tomo 4. folio 29. S. Augustinus plurimos abusus in Africanam Ecclesiam irrepentes sustulit atque correxit.tomo 5. Annalium folio 417. b. c.d.e. Africani Episcopi reclamant ob neglectam Disciplinam Donatistarum & ob concessam illis nimiam licentiam suo ipsorum arbitratu viuendi tomo 5. Annalium folio 302. a. Sex Asiani Episcopi à Ioanne Chrysostomo depositi tomo 5. Annalium folio 124. a. Augustini liber de Correctione Donatistarum ad Disciplinæ Ecclesiasticæ argumentum spectat, quando autem illum librũ scripserit Augustinus, docet Baron. to 5. fol, 417. e. Augustinus abstulit balationes, saltationes atque alias superstitiones disciplinæ veræ aduersas ab Ecclesia Africana to. 5. fol. 417. reprehendit etiam August- malam disciplinã in audienda Missa nempè nimiam negligentiam to. 5. f. 417. 418. Athanas. iniungit Basilio munus magni momenti nempe Visitationem Episcoporum to. 4. Annal. Baron. f. 242. Celestinus Pontifex composuit hoc seculo collapsam Disciplinam Eccles. tom. 5. Baronius fol. 323. à Carceribus vtebantur Episcopi ad coercitionem delinquentium to. 5. Bar. f. 143. c.d.e. Carcere Episcopali abstrahẽs reos à Deo perterrẽtur ibid. c. At tales carcerati quolibet die Dominico

Gennadius eũ gregiè prospicit Disc. Ecc. to. 6 fo. 239. Baron.

relaxabantur to.5. fol. 280. Disciplina mala Carthaginiensium, quia eorum amplitudo iũcta fuit cum luxu & iniustitia tom.5 fol.672. Adeò autem fuerunt praui mores & mala disciplina Carthaginiensium fol. 672. 673. to. 5. vt Carthaginienses fuerint omninò incorrigibiles to.5. fol.674. imò vbique Christianorum erat mala disciplina & mores corrupti to.5.fol 342.b.c. Donatistæ ad Ecclesiam redeuntes agunt gratias de seueriori eis adhibita disciplina to.5.fol.132.b.c. Innocentius Papa excommunicat cum Achatio communicantes to.5. fol.244.e.Excommunicati autem non admittebantur ad communionem ante relationem populo factam tom.5.fol.626.nec ipsi excommunicati recipiebantur.nisi prius adimpletis conditionibus to.5.fo.275.Galliæ,quia ibi neglecta disciplina & corrupti mores erant, ideo deduntur barbaris deuastandæ to.5.fol.251.Hæretici coercebantur ergastulo vt curarentur to.5.fol.464. Hieronymus in latinum vertit Regulas Pachomij & sociorum tom.5.fol.223.Frustra feruntur leges ab Imporatoribus & Pontificibus, nisi per Disciplinam fontes malorum obstruant tom.5.fol. 672.a. Ioannes Chrysostomus quia collapsam in clero Disciplinam Ecclesiasticam restituit ideo multorum inuidiam sustinuit to.5.Annal.Baron.fol 60. c d.e.Monachorum regulæ à sanctis viris scriptæ & elaboratæ.Baron.to.5.Annalium fol.223.Theodosius indebitè excommunicatus licet à monacho non neglexit,sed curari & absolui voluit.to. 5.Annalium folio 491.a.Viduæ Ecclesiæ ad meliorem formam restitutæ per Chrysostomum tomo 5.An-

Quinta Synodus Carthaginensis Promptuarium disciplinæ Eccl. to.3. Annal. Baron. f.63.

5.Annalium.Baron.fo.67.VVandali pudici in punitionem libidinosorum missi to. 5. Annal.Baro. fol.287 288.vide plura infra lib.6.ca.12,vide tomo 6.fol.310 & 486.in ijsdem Annalibus.hic adde excepta ex l.6.cap.13.

CAPVT XI.

De Disciplina Iudaicæ Syuagogæ ac testamenti veteris aliomodo quam de ea actum fuit supra lib.2.cap. 20.ibi enim scripturarum testamenti veteris loca adducta fuerunt, quibus Disciplina commendabatur: hic de iudicio Sanhedrim & Consistorio tractatur, in quo Disciplina exercebatur.

DIsciplina exercebatur in populum per senatum Sanhedrim. Sebastianus Munsterus in c. 22.Hieremiæ, in scholijs litera n. De hoc iudicio seu Consistorio publico Hierosolymitano, quod græcè συνέδριον & à Talmudistis Sanhedrin appellatur pulcherrimè Carolus Sigonius lib. 6. de Repub.Hebræorum ca.7. fuit, inquit, illud tribunal omnium & numero & dignitate iudicum amplissimum, primo in Silo, deinde in vrbe Hierolym.eo consilio institutum, vt quæ à iudicibus ciuitatum singularum variantibus de iure factoue sententijs definiri non possent.huc denique referrentur. Talmudistæ docẽt in hoc iudicio Moysen 70 seniores coadiutores habuisse,qui res omnes & arduas & graues,iudicabant, de quo legatur prolixè c.7.li.6.de Rep Hebr.per 9.folia.Duo autem fuisse συνέδρια vnum ciuile alterum Ecclesiasticum tempore Moysis & Aaronis in populo

De Consistorio præter Petrum Galatinum de arcanis Catholicæ veritatis & Rabbinos etiam Cæsar Baron. agit to.1. An. fol.88.

Vide etiam Petrum Galatium de arcanis Catholicæ veritatis.

Dei constituta, eademque à Christo in nouo testamento repetita constat: in ciuili res seculares à secularibus, in Ecclesiastico res spirituales ab Ecclesiasticis tractabantur. Synhedrium seu quod idem est Consistorium & Disciplina, quæ in eo aduersus contumaces ad excommunicationem vsque exercetur à Dei ipsius ordinatione originem habuerunt sed hac de re pluribus agam cum Disciplinam Caluinisticam & libros duos vt opinor Ioannis Boquini de Politia & Disciplina Ciuili & Ecclesiastica tum Israeliticæ tum Christianæ Reipub. in quorum posteriore de senatu Ecclesiastico & Disciplina Ecclesiastica agitur examinabo. & Bonauenturæ Cornelij Bertrami librum de Politia Iudaica tam ciuili quam Ecclesiastica iam inde à suis primordijs, i. ab orbe condito repetita & alium librum ἀνώνυμον Rupellæ Anno M. D. LXXIIII. hoc titulo impressum Ecclesiasticæ Disc. Anglicanæ Ecclesiæ ab illa aberrationis plena è verbo Dei & dilucida explicatio, de senatu Ecclesiastico in eo libro agitur à numero 123. ad numerum 140. & quoque librum Francisci Iunij de Politia Iudaica Anno 1593. editum & eiusdem tres libros de Ecclesiæ administrationibus, quos Ecclesiastici nomine inscribit & in ijs lib. 2. c. 3 de presbyterorum & seniorum officio c. 4. De Diaconorum officio & lib. 3 c. 4. De conuenientia & differentia politicæ administrationis & Ecclesiasticæ & c. 5. De iure magistratus in Ecclesia aspectabili: quando inquam hos nominatos auctores eorúq; libros vt & Pastoris Herbornensis librum ea de re editum Ann. 1395. & Synhodos Belgicas ac Gal.

agam,

licas excutiam, tũ accuratius de Synhedrio vtroq; agam, & quid in illis libris meritò possit reprehendi ostendam, & quæ in Politia & Discipl. nostræ Ecclesiæ ipsi censoria virgula notant, abusibus tantum exceptis, apertè diluam.

CAPVT XII.

De cognata consentanea & affini Disciplinæ Eccl. nempe correptione seu correctione fraterna, admonitione, reprehensione &c. quæ est quasi species quædam Disciplinæ.

DE Correptione fraterna lib. 4. Sententiarum Dist. 19. ibi Dionysius Carthusianus alijque interpretes & in sua Summa D. Thomas in 2.2.q. 23. octo articulos habet 1. Vtrum correctio fraterna sit actus charitatis 2. Vtrũ ea sub præcepto. 3. Vtrum hoc præceptum sese extendat ad omnes an ad solos prælatos, 4. Vtrũ subditi ex hoc præcepto teneantur prælatos corrigere. 5. Vtrum peccator possit corrigere 6. Vtrum aliquis eum debeat corrigere, qui ex correctione fit deterior. 7. Vtrum secreta correptio debeat præcedere denunciationem. 8. Vtrum testium inductio debeat præcedere denunciationem, in hos articulos videantur diuersi doctissimi exstantes Interpretes. cõsulatur etiam S. Antoninus Parte 2. Iuris Canonici titulo 9. capite 6. §. 1. 2. 3. 4. Quatuor autem esse causas dissimulandi & non corrigendi peccata Parte 2. Summæ Iuris Canonici & Theologiæ titulo 9, cap. 1. §. 3. circa finem docet. Corrigi autem & percuti quomodo & quando & quibus

modis debeant clerici & principaliter quomodo Episcopus subditos corriget. Parte 3. titulo 13. cap. 3. §. 9. corripere per totum, quomodo debeat Prælatus subditum secundum informationem Apostoli Pauli part. 3. titulo 16. cap. 7. §. 1. per totum. Adhæc inspiciantur omnes Interpretes tam veteres quam recentiores in cap. 18. Matthæi, in quo exprofesso agitur de hac præsenti materia. Preterea in 2. Parte Sermonum, qui Speculum hominis Christiani appellari possunt, per Dominicum a Pace Lusitanum sermone 21. per 30. folia prolixissimè agitur de Correctione fraterna.

(·.·)

ADMO-

ADMODVM REVERENDIS IN CHRISTO PATRIBVS AC NOBILIBVS DOMINIS D. REINERO TREuerensis S. Maximini, Henrico Dudenwerdenensis, Ioanni Henrico à Sinsisch S. Cornelij, VVilhelmo ab Hoichkirchen Siebergensis Monasteriorum Abbatibus & respectiuè sacri Romani Imperij Prælatis dignissimis patronis & Mecœnatibus suis iugi obseruantia colendis.

DEploramus meritò lamentabiliter antiquissimas florentissimasq; Abbatias, Monasteria & Collegia, à Cæsaribus, Regibus & Principibus olim magnificentissimè erecta, fundata, & dotata summorum Pontificum Priuilegijs corroborata & cõfirmata solo aquari, reditus aliorsum conuerti, cultum diuinum intermitti, atque ita priuilegijs suis spoliari, omnibus fortunis & bonis exui. Cuius tanti malam causſam & originem si repetamus altius, illam verissimã & præcipuam reperiemus, quod Disciplina Ecclesiastica à sanctis religiosissimisq; patribus tam piè instituta, tã seuerè obseruata, tam rigide culta, tanta acrimonia, tam arctis legibus astricta conciderit, penè negligatur, magnaq; ex parte iacat & dormiat, eiusque lo-

co noxia licentia, & libertas nimia viuendi vigeat; qua de cauſſa offenſus præpotens Deus Diſciplinæ ferueniſſimus zelotes tot cladibus, calamitatibus infinitis & perſequutionibus, imò deuaſtationibus & exuſtionibus tam diu religioſos ſeculares & regulares eorumq; bona flagellari, exſcindi affligiq́ue patitur, donec ad ſaniorem mentem emendati reuertantur & priſtinum collapſæ Diſciplinæ vigorem reſuſcitent, in ſplendorem antiquum renocent atque reſtituant, vt ita cauſſa ſublata calamitatum ipſe effectus quoque è medio tollatur. Quæ dum ſerio mouente me ſpiritu ſancto & experiunte Colonienſis noſtræ Dioc æſeos calamitatem ad animum reuocarem, ad commentandum & ad hos ſex libros de Diſciplina Eccleſiaſtica collapſa reſtituenda componendos & ſcribendos animum appuli atque induxi, vt præcipuos gregis Domini arietes Archiepiſcopos Abbates & Prælatos quaſi claſsico quodam ad exercendam Diſciplinam excitarem, exemplo Sanctiſsimi Domini Noſtri Clementis 8. commotus, cuius Sanctas initio ſui Pontificatus encyclicis & Catholicis literis omnes Epiſcopos totius orbis terrarum ad ſeriam ſacræ Diſciplinæ exequutionem grauiter publico Diplomate eſt cohortata. ad cuius Diplomatis Pontificij latiorem expoſitionem & ampliſicationem hos libros Commentariorum vice eſſe & haberi deſidero. De monaſtica autem Diſciplina reſtituenda, deq́ue eius regulis & Statutis non ſolum in genere verumetiam in ſpecie, quantum ad ſingulos ordines & profeſſiones ac inſti-

tuta

tutatoto penè libro 1. per capita 18. diligentissimè egi & pertractaui. Hos libros simul vestris reuer. inscribendos ideo duxi, quod inter professionis Monastica instituta vestra Abbatia in diuersis Diocœsibus familiam ducant, siue professorum nobilitates, siue fundationū antiquitates, siue priuilegia & dotationes Pontificum, regum, & Principum consideremus. Profectò quidem Sancti Maximini egregia miraculis declarata & illustrata sanctitas, nominis celebritas, contra Arrianam hæresin zelus feruens & ardor singularis, in excipiendo & protegendo S. Athanasio humanitas & pius affectus merito talia tantaqúe priuilegia tam amplas & magnificas verè regias dotationes promerebantur. Tanto odio Orientales Episcop. S. Maximinum acerrimum propugnatorem Catholicæ fidei prosequebantur, vt cum Iulio Pontifice, S. Athanasio, Hosio, Paulino, Paulo Episcopo Constantinopolitano secum communicantibus de sua sede improbe deturbarint. Socrates libr. 2. c. 20. Sozomenus li. 3. cap. 11. Huius scripta sanissima & Orthodoxa pronunciat S. Athanasius oratione 1. contra Arrianos. Gregorius Turonensis in gloriam confessorum c. 93. S. Maximinum in suburbio Treuerorum magnum vocat aduocatum cum domino suis populis, ad cuius tumulum glorioſa sapè miracula cernuntur, qualia aliquot ibidem mox subijcit. S. Paulinus Treuerensis archymistaMaximinū ex Aquitania reduxit & apud Treuerim condidit. Tanti fecit S. Maximinū Magnentius quamuis tyrannus, vt eundem tanquam Maxi-

Martinus Polonus in Chronicis vita Iulij Papæ primi. Platina in vita Iulij primi. Hieronymus in Eusebianis Gregorius Turonensis in gloriam plurimorum martyrum. ca. 93. Nicephorus li. 9. ca. 12. S. Lupus Trocassinas Episcop. ad Vualdonem & Sigenhardus ad Ebbonem in vita S. Maximini. Cæsar Bar. tom 3. Annalium ex oratione 1. Athanasij contra Arrianos ex Athasio in Apologia ad Constantinum.

Cæsar Baronius tomo 3. Annalium Ecclesiasticorum.

Maximi nominis Episcopum cum aquè Sancto & celebri. S. Seruatio Tungrensi Archymista ad Constantinum Imperatorem anno Christi 350. Inlij Papæ 14. Constantij Imperatoris 14. legatum solenniter abegaret Præclarissimè igitur S. Agritius iussa Constantini Magni & reginæ Matris S. Helenæ ex regali templo Ecclesiam in campo Martio Ioanni Apostolo & Euangelistæ dedicauit & Monachos ibidem sub Abbate constituit prædijs Principalibus additis dotauit. Ioannes Enen Doctor Theologiæ in medulla gestorum Treuerensium sed & magnificentissimorum istorum principum palatium in orationis locum transmutatum & magnificentissimè dotatum est, qui locus nunc Abbatia S. Maximini vocatur. Hæc Abbatia potentissimorum & serenissimorum Imperatorum regum, Constantini Dagoberti, Pipini & aliorum dotationibus stabilita & Priuilegijs Pontificijs exornata clara tanquam sol inter sydera ita lucet, vt montem Cassinensem, si non adæquare, saltem honestè æmulari videatur Dagobertus rex Abbatiæ S. Maximini ad prædia quondam à Constantino Magno Imperatore data latissimos fundos addidit, vt gesta Treuerorum testantur. Pipinus rex Francorum anno Christi 753. VVeonado 60. præsuli & archymistæ Treuerensi ex Abbate S. Maximini insignia quadam Priuilegia concessit. Theodoricus Episcopus Priuilegiorum S. Maximini à Romanis Pontificibus confirmationem obtinuit. Gesta Treuerensium lib. 2. c. 17. 18. 19. Hillinus Episcopus à Frederico Imperatore Abbatiam

batiam S. Maximini diplomate & aureo sigillo confirmatam sibi & successoribus impetrauit. Maximilianus Cæsar anno Domini 1512 Abbatiæ S. Maximini Treuerensis vetera priuilegia confirmantes tabulas prabuit. Hoc Diploma Anno 1564. die 4. Iunij Spiræ in Imperialis Cameræ iudicio editū constat ex parte Archiepiscopi Treuerensis in caussa fiscalis contra S. Maximinum exemptionis. Tanta huius Abbatiæ præeminentia & prærogatiua est, vt ex eius Abbatibus pleriqúe etiam Archiepiscopi fuerint electi atq; desumpti vtpotè S. Fibitius anno Christi 498. Basinus c Hydulphus, VVeomadus & alij. Basinus Episcopus Treuerensis. Austrasia illustri genere ortus primo Monachus in D Maximini idem Abbas, postremò ex abbate factus iam senex Archiepiscopus in gestis Treuerorum li 2. ca. 13. anno Christi 715. Hydulphus claro Neruiorū seu Carinthia Ducum genere ortus primò monachus S. Maximini, atque inde vi abstractus ad Episcopatum cum Milone administrandum Maximini ædem barbarorum vastatione ruinosam anno Christi 760. reparauit, sanctorum aliquot antistitum Martyrumq; corporibus splendidiore sepultura repositis, postremò successorem sibi creauit, VVeomadum S. Maximini Abbatem & deinde rursus monachatū assumpsit, tres cellas in saltu Vogesano Tullensis parochiæ construxit, atque in earum media sub Abbatis imperio vitam clausit extremam. Neq; dubitandum immò quicquam Archiepiscopos ex Abbatibus S. Maximini factos amplis prouentibus eandem Abbatiam

tiam locupletasse atque dotasse. Vnde inter Archiepiscopos, Cæsares, Reges atque ipsosmet Abbates de patrocinio seu patronatus iure in hãc Abbatiam frequens contentio incidit. Augusti enim diu sibi hoc ius vindicarunt Constantinus, Pipinus, Conradus, Dagobertus. Archiepiscopi verò hoc ius ex manibus Cæsarum, & regum receptum sibi ipsis attribuerunt. Sic Aldebero Treuerensis Archiepiscopus Abbatiam S. Maximini ex antiquis Priuilegijs Ecclesiæ de iure antiquo ad suam pertinere dispositionem iudicans, operam dedit vt à potestate regis eriperet suæq; Ecclesiæ restitueret. Vnde à Conrado Rege Abbatiam S. Maximini recepit, rege patronatum eius Ecclesiæ diu ab Augustis possessum restituente. Sic & Hillinus Episcopus à Frederico Imperatore eandem vt supra dictũ obtinuit. Nonnunquam verò ipsi Abbates exemerunt se iure Priuilegiorum ex omni potestate & patrocinio Episcoporum seq; in libertatem asseruerunt & vindicarunt, sic quamuis Ruodbertus Archiepiscopus pro acquirenda Abbatia S. Maximini plurimum, an. Christi 950. teste Rheginone in Chronicis laborarit, tamẽ nequaquam preualuit. Tempore Aldeberonis (qui à Conrado rege patronatus ius in Abbatiam obtinuerat) bellum acre inter Archiepiscopum Aldeberonam & Abbatem S. Maximini exortum, dum per Illustrem Comitem Henricum Namurcensem aduocatum suum, qui ditionem Lutzenburgensem imperio tenebat contra Aldeberonem Archiepiscopum se in libertatem vindicare conatus est. Venio nunc ad te admodum Reuerende ac nobilis Domine VVilhel-

me

me ab Hoichkircken patrone multis modis semper mihi obseruande. Vestra enim in me beneficia sæpenumero collata non sunt obscura, sed ipso sole clariora, vt si ea non agnoscam ingratus, si non prædicem, inuidus meritò haber idebeam. Nã in me ornando & cohonestando studijsq; meis liberaliter iuuandis antecessorem virũ pium & doctum quondã Reuer. ac Nobilem Godefridum Lylium non modo æquare, sed etiam superare contendit, quo nomine nunquam satis gratum me præstare & exhibere possum. Laudo zelum & studium reuer. nobilitatis vest. quod Michaelum istum Sanctum angelicum montem multis benè educatis atq; institutis nobilibus dominis ad angelicas Deo laudes persoluendas ex mente & voluntate S. Annonis secundi eius nominis Archiep. Colon. fundatoris exornaris, quod nouam scholam Sibergensem pro seminario montis & Ecclesiæ non exiguis sumptibus erexeris quod molam papyraceã in vsum Ecclesiæ pro imprimendis vtilibus libris non paruis expensis institueris, liberalissimas & largissimas pauperibus eleemosynas ter septimanis singulis, sed non nisi prius audita Catholica concione expendendas plurimum adauxeris, Catholicam religionem officia sacra & Disciplinam in locis t. r. subiectis restituas, quòd Christianam hospitalitatem erga pios & doctos exerceas, sobriè & temperanter vno prandiolo contentus more Sanctorum veterum viuas locum munitissimum arcem pene inexpugnabilem ex prædonum seu latronum ante receptaculo, in Monasterio à S. Annone 2. conuersam armato milite ingentibus

sum-

sumtibus contra omnes omnium occultas insidias heroicè strenueque tueaeris. S. Annonis fundatoru voluntati extremæ, vitæ, statutis, historiæ, quantum temporum hæc deploranda extrema malicia patitur, serio respondere tuosque nobiles Dominos conformare studeas & enitaris, viros doctos & literatos non minus quam studia ipsa, sacrasque literas ames & complectaris vt merito. R.T. eandem laudem, quam Rupertus Abbas Tuitiensis in Præfatione ante libros suos de diuinis officijs Cunoni Abbati Sibergensi antecessori tuo adaucta gratia domini. Pontifici Ratisbonensi attribuit, asscribere posim. Commendat Cunonem à singulari deuotione erga B. Mariam Virginem & à flagranti diuini verbi amore hisce verbis. Hoc verbum flamma tua est, inquit, lux tua hoc habet in corde tuo, & in ore tuo, lucerna tu es, quam Deus qui accendit, non modo absconditam esse noluit, verumetiam maiore quam eras in domo maius super candelabrum quã steterat, poni ac lucere voluit. Omnis simplex oculus congaudet, propter lucem veritatis quæ ex ore tuo radiat, credo tantò abundantius, quantò plures in domo sunt, in qua lucem huiusmodi ministrare debes, ego præcipuè exultare debeo in lumine tuo. Nec verò ad horam exultare volo aut debeo in hoc lumine tuo, sed in sempiternam exultationem tendo, quomodo & te tendere scio. In hoc enim est vera exultatio, non quia ditior aut glorioſior factus es in hoc seculo, sed quia diuitiarum præsentium & huius gloriæ cumulus atque perfectio manet in cœlo, dum

Matthæi 5. cap.

Ioannis c. 5.

dum diuitiæ præsentes manum implent ad faciẽdam eleemosynam in vsum eruditorum hominum & seminarij Ecclesiastici cupienti in cœlo thesaurizare. Et gloria præsens, quoniam secundum Deum est, materia fit amplioris dilectionis & gratiarũ actionis, quia misericordiam hanc roborat veritatis spes, iuxta illud. Misericordia & veritas præcedent faciem tuam Domine. Misericordia te hic exaltauit, veritas te illic beatum faciet scientem nunc & perfectius scituruum tum sanctorum iubilationem, de quibus ita dictum est Psal. 88. Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iustitia tua exaltabuntur. Hæc hactenus Rupertus. Vnum illud vehementer obsecro & moneo, vt quantum licet, quantumqúe conceditur per deplorandam extremam horum nouissimorum temporum & hominũ improbitatem, tantum omni studio & conatu enitatur, sicuti etiam facit, vt pristinam monasticam Disciplinam Deiq; cultum reuocet atque reducat in vsum, vt illa feruentissima pietas Disciplina & religio vigeat & efflorescat, quæ initio adeo viguit & tempore S. Norberti floruit vt Sanctissimus hic vir epistola 8. D. Bernardi ad Brunonem Archiepis. Colon. notissimus prima pietatis & monasticæ religionis tyrocinia in Monte Sibergensi eiecerit, cum tanta esset religiosorũ eorum quos ex Italia secum primitus S. Anno duxerat, sanctitas & religiosa pietas, vt eorum pietatem reuerentes agricolæ & ciues omnesq; vicini non prius ad ciuilia & rustica opera accederent,

Surius in vita S. Norberti 6. Iunij.

quam flexis poplitibus versa ad Montem facie, sicuti olim in testamento veteri ad templum & tabernaculum Deum manè & quotidiè adorarent. In hoc ipso summi patroni sui S. Annonis exemplum imitabitur, in cuius vita reperitur, quod monasteria stabiliuerit pijs institutis & vbi refrixerat feruor Disciplina, omnia restituerit in integrum capite 15. Vita Annonis sic legitur. Occasione libertatis ereptae cessatem iugi claustralis cunctis indixit, neglectam Disciplinae cœlestis scholam suis reformauit, & cap. 23. Antiquum regularis Disciplinae feruorem renouauit & lib. 2. cap. 11. in ijs, quae ad fratres Sigebergenses prophetice prædixit. Cuncta vobis ad abundantiam me mortuo magis quam viuo prouenient, & seruient ita duntaxat, si vos domino seruientes coeptum conuersationis tramitem infatigabiliter curratis. Quod si subterfugientes regularis Disciplinae iugum excusseritis, animumq; leuitati subiugantes, iocos & ocia sectati fueritis, pigritiam & vitae delicias amaueritis, contentionibus, murmurationibus & detractationi operam dederitis, iam nunc Sciote. quot monachi estis, malle me tot ethnicos ecclesiae meae deuoratores existere. libro tertio, capite secundo. Hermannus Siebergensis. Prior vir strenuus regularis Disciplinae obseruantissimus appellatur libro tertio, capite septimo. Morituri Annonis verba ad Priorem Reginhardum alta mente recondenda sunt, & sape repetenda ac reuoluenda. Magnam, inquit, S. Anno, periculorum materiam subtraxeris, si pec-

candi

candi licentiam, quæ religionem omnem euertit, in fratribus regulari ſeueritate coerceas, conuenienter illi ſententiæ ſapientis cuiuſdam. Filiæ tibi ſunt, ſerua corpus earum & non oſtendas hilarem faciem ad eas. Noneris autem non deeſſe iam illic, poſthac vero etiam plures futuros, quorum animi & actiones ſpectabunt ad loci deſtructionem, ſi tu, quod abſit, cœperis in Diſciplina eſſe remiſſior. Vide igitur vt regulæ auctoritate conſtanter armatus, prauorum cœptis occurras, ne tua negligentia locus ille meus collabatur. In monte toties Chriſtus orauit, in monte docuit ſit mons Siebergenſis, mous Selmon, mons Dei, mons pinguis ne ſit mons diaboli in quem deductus fuit à Sathana Chriſtus & fruſtra tentatus. Matth 4. Lucæ quarto. Breidenb. Salius tomo nono, capite ſeptimo, ſit inſtar montis filiæ Sion, in quo Salomon Domino templum magnificentiſſimum adificauit, ſit inſtar montis fortis in terra ſancta, in quo eſt caſtrum Teutonicorum inuictum Brocar.iti. ſecundo Breidenbachius ibidem. Sit Mons Hermon maior, rore ſpiritualis gratiæ & precum redundans: Pſalmo octuageſimo octauo, centeſimo trigeſimo ſecundo. Hieronymus in vita Paulæ, Sit Mons Oliueti ſiue Oliuarum, Mons inquam inclytus, mons ſanctus in quo cum Chriſto Nobiles Domini orent, pernoctent, mirabilia bona opera peragant, & cum ipſo Chriſto inde tandem in Cœlum conſcendant. Sit Mons Abdiæ ſeu prophetarum, in quo à

Eccleſiaſtici cap. 7.

Iudic. 7. Pſal. 67. 87. Hieron. in locis Hebraicis.

Hieronym. in locis Hebraicis.

3. Reg. 18. Hierony. in Epitaphio Paulæ & ad Marcellam & in c. 1. Abdiæ.

persequutionibus impiorum & Caluinistarum viri prophetici pij & sancti contra rabiem & furorem sce lestissimorum protegantur. Sit instar Montis regalis Petra deserti nominati Isaiæ 16. quæ fuit arx fortissima, sedes regia Arabiæ in qua Palatium Regis Arabum erat in regno Moab. Hieronymus in loco Hebraico. Sit Mons Samson inexpugnabilis. Iudicum decimo sexto cap. Sit Mons Sion, Mons domini, mons sanctus, in quo ciuitas superior Dauid intra Hierusalem fuit ædificata, qui mons nunquam vi sed sola fame capi potuit. Iosephus libro 7. belli Iudaici cap. 15. & 16. absit procul vt vnquam efficiatur, mons

3. Reg. 12. 4. Reg. 23. Brocardi itinere 6.

scandali, in quo Salomon vxorum gentilium instinctu chamos idolo Moabitarum phanum construxit, quod etiam Iosias confregit, absit inquam vt hunc sanctum Montem angelicum Michaëlium S. Annus quisquam flagitiosa impura vita dedecoret, proloque scandalum vllum præbeat posthabito freno Disciplinæ, Est vere mons Thabor pulcherrimus totus pascendis oculis, reficiendisq; animis ducatis, quem Christus orationi, transfigurationiqúe suæ delegit. Vt in Monte Thabor Helena tribus apostolis pulcherrimum templum exstruxit. Nicephorus libro 8. hist. Ecclesiasticæ capite 30. cui templo accesserunt postea duo monasteria, quorum vnum fuit Græcorum D. Eliæ consecratum, alterum Moysi dedicatum, vtrumqúe etiam Abbatem habuit: ita S. Anno secundus eius nominis Archiepiscopus Coloniensis non modo hunc prædonum locum & latronum domicilium in

in Ecclesiam Deo sacratam & ibi erectam monasterium conuertit sed etiam splendidè, magnificè, & heroicè dotauit, Cæsarum & Pontificum priuilegijs & immunitatibus plurimis impetratis communiuit, oppida duo, dominia plura ad sustentationem honestißimam Reuerendi Abbatis & dominorum deotè Deo seruientium ad augmentum & incrementum diuini cultus adiecit. Denique sit Mons Michaelius Siebergensis talis vt de eo verè dici posßit quod legitur in Psalmo sexagesimo septimo. Mons coagulatus, mons pinguis, mons in quo semper Deo placeat inhabitare, & vt olim in monte Sancto Sion decem millium angelorum opera vsus est ita in eodem conseruando & defendendo præcipuo Duce Michaele Archangelo (vnde & nomen illi) cum decem millibus angelis vtatur. Vt temporibus Gregorij primi supra castrum summi Pontificis, quod instar montis in altitudinem assurgit, Michael Archangelus in aëre apparuit gladio primum euaginato iram Dei designans, postea recondito placatam iram Dei notans, peste per preces cessante: ita S Michael Archangelus huius Montis Patronus sacratum hunc locum ob omni peste corporea, à peste animæ hæresi, insidijs occultis alijsqúe enormibus peccatis & calamitatibus semper protegat atque defendat; Nihil addo de sanctarum reliquiarum precioßißimis thesauris per Annonem 2. huc inuectis ac illatis, nihil de argenteis crucibus magnis innumeris precioßißimus gemmis intextis precij inæstimabilis, nihil

de ædificio nouo insigni recenter magnis sumptibus à rnuerenda nobili paternitate vestra ad tuto & secure fruges & vina recondenda extructo. Admodum Reuerende Pater VVerdenēsis Henrice Duiden Xantensis Patrone obseruandissime vestra Colonia in Capitulari conuentu ad S. Panthaleonem summa humanitas & benignitas mihi probè cognita fuit atque perspecta. Quicquid pie à sanctissimis religiosissimisque viris Ludgero & Suuitberto tam in regula Monastica, quam in doctrina fidei & sacris Ecclesijs officijs ac ministerijs olim institutum & ordinatum fuit, id vestram reuerendam paternitatem in pristino vigore flore, praxi & vsu sedulo conseruare omnes pij & docti vestræ paternitatis amantissimi mirificè commendant, & si quæ temporum iniuria, hominum malicia & improbitate, hæreticorum circumquaque grassantium, astutia aut collapsa sunt aut ruere potuerunt, corrigit, emendat & quantum vires & circunstantiæ patiuntur in meliorem statum quotidiè restituere çonatur, ipse doctissimus & antiquitatum studiosissimus viros doctos & literatos amat, colit, singulariqúe fauore & amore prosequitur. Quid aquius, honestius decentius, laudabilius, quam primi fundatoris S. Lnidgeri vestigia, qui sequi non modo ex facultatibus patrmonij sui Monasterium in VVerdena super Ruram condidit, sed & oppidum Helmenstadense cum Caroli Magni consensu Abbati VVerdenensi, Anno domini 786. subiecit vt testis grauissimus est Kran-

tzius

tzius in Metropoli libro primo, cap. decimo. & Chronicon Saxoniæ. Nec Reuerendam Nobilemqúe Dignitatem Vestram heroice & magnanimè Abba Domine Ioannes Henrice à Sinsisch insalutatam præteribo, sed potius ob memoriam veteris Disciplina nostræ scholasticæ studijqúe Laurentiani Gymnasij Colonienſis eandem cohonestãdam ornandamqûe hoc munusculo omnino existimaui, cum illi adeo vetustæ nobiliqúe Abbatiæ præsideat, quæ Caroli verè nomine & re Magni opibus inchoata & primum adificari cœpta, Ludovvici deinde Pij cognomento Caroli primi filij auxilijs subsidiarijs continuata & magnis adiectis dominijs ac fundis adaucta, demum Caroli Calui Ludovvici Pij filij præsidijs absoluta fuit atque perfecta in honorem S. Cornelij Pontificis & Martyris patroni & cognominis mihi semper colendi quæ Abbatia plurimorum Imperatorum & Pontificum Priuilegijs ornata est atque insignita, in qua religiosissimè asseruantur & omnibus Christianis deuotissimè coluntur, reliquiæ S. Cornelij tot tantisqúe miraculis, illustratæ, vnde crebræ ad istum sanctum locum piorum laudabiles peregrinationes non sine magno fructu visuntur. Sane Carolus Magnus hoc nomine ab omnibus historiographis vehementer commendatur, quod non modò thesauros suos bona mobilia in tres partes diuiserit, duas priores Ecclesijs Metropolitanis

Christianus Massæus l. 5. Chronicorũ Mundi & Martinus Polinus l. 4. De Pontificibus & Imperatoribus.

nis Romanæ, Rauennati, Mediolanensi, Colonien-
si, Moguntinæ. Salsbergensi, Treuerensi, Denonicæ, Ve-
sontinæ, Lugdunensi, Rhotomagensi, Remensi, Atre-
batensi, Viennensi, Tarantasiensi, Ebredunensi, Bur-
degalensi. Bituricensi, Turonensi impartiuerit, ea ta-
men prouisione, vt suffraganei earum partem habe-
rent, tertiam familiæ reseruarent; verùm etiam
quod ad numerum elementorum id est literarum in
Alphabeto monasteria seu Cœnobia fundauerit, &
in vnoquoque per ordinem vnam literam ex auro fa-
bricatam plusquam centum libris Turonensium pen-
dentem reliquerit, vt ex ordine literarum tem-
pus fundationis vniuscuiusque monasterij cognosce-
retur. Quæ litera aureæ auctore Martino Polono li-
bro quarto, de Imperatoribus & Pontificibus ad-
huc in pluribus monasterijs reperiuntur. Vestra au-
tem Admodum Reuerende ac Nobilis Pater, he-
roica indoles à prima ætate vos in magnum virum a-
liquando euasuros promittebat, semper animus pra-
sagiebat nobis id futurum, vt etiam tribus vnà nobi-
scum apud nos literis bonis operam nauantibus reli-
quis fratribus præluceret. Quoniam Comedia hu-
manæ vitæ speculum à Donato Terentij antiquo in-
terprete sic appellata, ideo quod ex ea hominum mo-
res tanquam ex viuo speculo clarissimè cognoscan-
tur, ex nostra Laurentiana actione de S. Lauren-
tio Martyre virtus & ingenium V. R. Paternitatis
etiam tum in illa puerili adhuc ætate satis apparuit,
vsq; adeò enim ad viuum suam personā decoris gesti-

bus

bus habitu & voce repræsentabat, vt omnium spectatorum oculos admiratione magna in se suspensos conïceret, in prælectionibus se modestum & docilem præbebat, in moribus grauitatem præ se ferebat, ingenio acerrimo, memoria tenaci & capaci erat. Constitui igitur hoc leuidensi & tenui licet munusculo nouum sublimem hunc dignitatis gradum recenter collatum V.R.P. ex animo officiosè gratulari, & in honorem S. Cornelij patroni mei, cuius nomen refero, hosce libros tanquam tabulas votiuas suspendere & erigere testes meæ erga V. R. P. & S. Cornelium patronum piæ affectionis & deditissimæ voluntatis, demissè obsecrans, vt V.P. non modò acceptam à maioribus religiosam monasticam Disciplinam more & exemplo S. Cornelij Pontificis, quem tantopere S. Cyprianus collaudat, & imitatione quorundam antecessorum suorum tueatur, conseruet, propaget ad posteros, sed etiam vt mea studia & lucubrationes editas & edendas syncero fauore & paterno affectu prosequatur, ijs calcaria addat, meq; ad plura pro Dei suæq; R.P. honore iam confecta monimenta in lucem proferenda exstimulet, atque vt summo amore S. Cyprianus erga suum Cornelium afficiebatur olim; ita etiam Reuerendus ac Nobilis Dominus Abbas Ioannes Henricus à Sinsich Cornelium licet immeritum & indignum quondam in humanioribus literis præceptorem suum fauore complecti ne dedignetur, quē præpotens & misericors Deus ad istius nobilis Imperialis Abbatiæ laudabilem gubernationem ad multos,

In epist. 52. ad Antonianum.

tom 1. epist. 41. 42. 43. 45. 46. 47.

annos viuum valentemq; tueatur simul eandem animi & corporis sanitatem optimamq; politiam & administrationem per strictam Disciplinæ obseruationẽ, diuini cultus exercitationem sanæq; Catholicæ doctrinæ conseruationem admodum Reuerendis etiam S. Maximini, VVerdenensis, Siebergensis Monasteriorum respectiuè Imperialibus Abbatibus à Deo Optimo Maximo per Dominum nostrum Iesum Christum precari non intermittam. Datæ Coloniæ ex ædibus meis ad S. Andream, Anno salutis humanæ M. D. 98. ipsis Kalendis Iunij.

Vestrarum Reuerend. Nobil. Paternitatum

humillimus ac deuotissimus cliens
& seruitor

Cornelius Schultinge
Steinvvich.

DE

DE DISCIPLINA ECCLESIASTICA

LIBER QVINTVS.

CAPVT I.

De Disciplina Canonica ex iure Canonico deprompta, continens specialia & prætermissa. Libri 2. cap. 10.11.12.13.14. in quo ordine obseruato trium partium Decreti canones Disciplinæ collecti fuerunt.

IN Disciplina nec nimia esse debet seueritas nec nimia remissio. ca. 24. q 1.c.5. ibi glossa causam notat, quia vtrunque vitiosum est. l. respiciendum.ff.de pœnis,& marginalis glossa noua notat de hoc 45.dist.c. Disciplina. & cap. omnis.& c.sicut nanque. c.23.q.5.c.45. relegentes. vers. Ad hoc siquidem Dei nutu contra vos talia præsumpserunt, vt talia vobis corrigentibus, ab eodem scelere alios possitis,Deo propitiante munire.c.11.q.3.c.80.ex Augustino in epist. 86. ad Casulanum & de verbis Apostoli serm.18. Quisquis metu cuiuslibet potestatis veritatem occultat, iram Dei super se prouocat, quia magis timet hominem quam Deum, idem dicendum si disciplinam & iustitiam non administrat: habet eandem sententiam Burchardus lib.16.c.12. & Deus dedit, Parre 1. consentit huic sentētiæ D. Bernardus epistola

De libello pœnitentiali & canonibus pœnitentialibus to.2. An. f.476.477 & Baronius.

stola 256. ad Eugenium. Non est fortis vir, cui non crescit animus in ipsa rerum difficultate. Lancilottus lib. 1 Institutionum Iuris Canonici titu. de Vita & honestate Prælatorum fol. 21. §. Ab improborum commercijs clericus abstinebit. Malorum enim consortia bonos corrumpunt. Habebit igitur secum honesti testimonij clericos, qui possint irreprehensibiles inueniri, & si quando illos, siue etiam laicos inter se dissidere contigerit, ad pacē magis eos, quam ad iudicium compellat, inque in illis corrigendis plus agat beneuolentia quam seueritas, plus charitas quam potestas, neque dominari magis, quam consulere subditis cupiat. similis locus est Ciceronis in epistola ad Dolabellam: egisti vt summa seueritas cum summa humanitate coniuncta vidisse videatur. in eodem tit. Lancilottus §. seq. Cum lenitate seueritas miscenda est. Nam multum demitur misericordiæ, si seueritate omninò sit destituta: ideoque Rectoribus inesse debet iustè consulens misericordia & piè sæuiens Disciplina, vt nec in rigore disciplinæ benignitatem mansuetudinis, nec rursus in mãsuetudine districtionem deserant disciplinæ, quodque seuerius castigare necesse est, non sæuientis plectant animo, sed medentis. §. 4. ibidem. Præterea cauendum est ne agentes peruersè conniuendo tolleret, Culpam enim facientis habet, qui quod potest, negligit emendare & error, cui non resistitur, approbatur. Nicolaus Vigelius in Methodo Iuris Pontificij lib. 4. tit. vlt. seu c. 24. de Visitationibus. Monachos delinquentes per loci Abbatem corrigi faciat, eisque pœnitentiam iniungat.

iungat. ca. ea quæ 8. in principio versic. ita tamen quod monachos tit. de statu Monachorum. Monachos contumaces ac rebelles regulari censura percellere debet absque personarum respectu d. c. 8. §. ipsi etiam visitatores ibid. In Methodo Iuris Canonici Nicolai Vigelij cap. 8. libr. 3. q. 8. regula 3. de corrigendo populo cauetur. c. irrefragabilis 13. in principio. De officio ordinarij. dist. 86. c. 1 c. odio. c. facientis. 23. qu. 4. c. duo ista. Quarta regula. Si in corripiendo modum excesserit, à Domino non à subditis veniam petere debet. dist. 86. c. quando. Regula 5. Crimen non probatum non redarguet nominatim, sed in genere. c. si sacerdos 2. de officio ordinarij. Sexta Regula. Episcopi de criminibus inquirere & ea punire possunt, & si opus erit brachium seculare implorabunt. ca. 1. tit. de officio Ordinarij. 7. Regula. Ne in puniendis delictis ad quæstum magis, quam ad leges respiciant, cauetur. ca. irrefragabili. 13. §. fin. tit. eodem. Regula decima. De clericis coercendis caue tur Clementina 1. de officio Ordinarij. 8. qu. 1. ca. quid autem. Regula 18. Episcopus non debet molestare monasteria nisi causa correctionis. c. 1. de Statu monachorum. Regula 60. Non seueritate, sed blandimentis subditos corrigat. dist. 45. ca. licet, c. qui syncera. c. de Iudæis c. licet, cum beatus in principio. Regula 63. Ne aliquem crudeliter fustigari faciat. ca. præterea 2 de clerico percussore.

C. 21. qu. 5. ca. 1. ex Agathensi Concilio c. 8. & in Capitularibus lib. 6. ca. 143. Placuit vt Clericus si officio suo relicto propter districtionem ad secularem

cularem iudicem confugerit,& is,ad quem recurrit,solatium ei defensionis impenderit, cum eodem de Ecclesiæ communione pellatur.in cap.2. seq. ex concilio Antiocheno cap.12. præcipitur ne præsbyter vel Diaconus ab Episcopo depositus Imperatorem adeat.& cap.3. seq. ex Concilio Carthag.quinto,ca ne defendatur ab aliquo,qui Episcoporum iudicio damnatur. & c.4. communione priuetur, qui Ecclesiasticæ Disciplinæ regulam fugientem defensare præsumit. c.1.p.3.c.1. Scelus Simoniæ vos iamdudum non acriter correxisse vehementer admiramur. Iustè enim utique tam dans quam accipiens corripiendus est. Lancilottus lib.1.Instit.tit.de officio Archidiaconi.Archidiaconus quæ emendanda & corrigenda viderit,ea debet corrigere & emendare:si fuerint ardua,quæ per eum commodè non possint terminari, ad suum Episcopum deferet : sed & tertio quoque amo,si Episcopus non poterit,vniuersam parochiam circuire debet & cuncta,quæ ordinatione vel emendatione indigere viderit, secundum canonicas sanctiones corriget, & si Episcopi auctoritas accesserit, etiam sententiam excommunicationis feret. Ardua autem dicuntur generaliter omnia quæ non possunt expediri per Episcopum sine Capitulo. Si necessitas exigat, visitabit etiam frequentius,quam singulis triennijs. Idem Lancilottus libro primo Institutionum titulo de Officio Archipræsbyteri.

Archipræsbyteri nihil contra sui præsulis decretum ordinare debent, sed quæ corrigenda viderint Episcopo renunciare. cap. fin. eodem nisi

sint

sint minora, quæ & ipsi Archipræsbyteri determinare possunt, cùm habeant ordinariam Iurisdictionem c. cum ab Ecclesia. De officio Ordinarij, & cap. ex literis. De cõsanguinitate & affinitate. Lancilottus lib. 1. Instit. tit. de sacerdotibus in inferiori gradu constitutis §. præsbyterum. Non habeantur pro sacerdotibus, qui nullius Episcopi Disciplina & prouidentia gubernantur: imò etiam eremitæ Episcopo subsunt in suo territorio: dicuntur autem tales Acephali & tanquam excõmunicati sunt ab Ecclesia excludendi. Libro 1. Institutionum Lancilotti tit. De his qui promoueri non possunt. §. sed &. Qui puerum intuitu Disciplinæ ita percussit, vt ex percussione exspiraverit, & ita fines Disciplinæ excesserit homicida est, & ab altari arcetur. Præceptoris enim sæuitia culpę assignatur. Lancilottus lib. 1. tit. vlt. §. vt autem inuiolabiliter Disciplina monastica custodiatur, de congregatione monachorum Abbas eligẽdus est, quem ordo vitæ & meritũ magis poposcerit ordinari, vt vni tantum prę sit monasterio. qui cautus sit in regimine, humilis & discretus. & seq. §. & propterea cum in magistrum assumi non debeat qui formam non assumpsit discipuli, nec sit præficiendus, qui subesse non nouit. & seq. §. Visitatores in Capitulo creandi sunt secundum formam generalis Cõcilij, qui Visitationis officium exequantur, & omnia quæ in Viennensi Concilio sunt constituta, fideliter obseruari faciant, & de statu monasteriorum & obseruãtijs regularibus diligenter inquirant, & tam in spiritualibus quã in temporalibus corrigant & reforment, quæ viderint

derint corrigenda, & omnia iuxta Honorianæ Constitutionis tenorem prosequuntur, quę exstat in c. fin. de statu Monachorum.

Ecclesia vacante Capitulo debetur ius Prælati defuncti excepto iure correctionis c. 11. vers. excepto quod de correctione tit. de maioritate & obedientia.

Clerici peccata populi redarguere tenentur. 23. q. 4. c. ipsa pietas. §. molestus est vsque ad finem c. quid faciet. c. si is qui. q. 5. c. non putes. c. non est c. qui vitijs. 24. q. 3. c. tam sacerdotes.

Modus redarguendi peccata præscribitur. c. sacerdos. 2. de officio Ordinarij. Clericus debitorum suorum vita rationem reddere tenetur, nisi culpa vacet suumq; fecerit officium dist. 47. c. penult. & vlt. Apostol. canone 38. Sex regulas de corrigendis peccatis Nicolaus Vigelius lib. 4. ca. 6. Methodi Iuris Pontificij colligit ex canonibus. 1. regula. Peccata sunt corrigenda ac punienda ab ordinario loci priuata: sed huius regulæ prima exceptio est, nisi salua pace Ecclesiæ non possint peccata corrigi. altera regula est, nisi peccantes non sint nostræ Iurisdictionis 23. q. 4. cum in lege. §. his itaque. §. finali. c. si quis potestatem in princ. tertia est exceptio, nisi in ipsum ordinarium, cui ius puniendi competit, peccatum sit, non in Deum vel proximum. d. qu. 4. ca. quid facit. §. fin. c. quod Christus. c. inter querelas. c. si is qui versic. ea nāque. c. ea vindicta. item 23. q. 5. c. de occidendis in princip. vers. vt non pro se. item 24. qu. 3. ca. Deus. quarta exceptio, nisi peccatum fuerit dimissum. 23. qu. 4. ca. si is qui. §. fin. cum seq. quinta exceptio est,

Lancilottus li. 3. fol. 216. tit. de appel. §. et ideo nec regulares à disciplina prælati sui appellabunt, alias incurrēt notam transgressionis inobedientiæ alia foret ratio, si modus excederetur in ijs corrigēdis, & in 4. Trid. concil. sess. 13. in causis Visitationis & correctionis ab Episcopo seu eius Vicario generali ante definitiuā sententiā nō appellatur.

est,nisi peccatum non sit probatum d.q. 4. cum in lege,§.his itaque.c.Guilisarius.§.finali.ca. si quis potestatem.item c.si sacerdos. 2.de Officio Ordinarij.sexta exceptio est.Nisi accusator desit.d.qu. 4.ca.si quis potestatem §.finali.ca, non potest. in princip.octaua exceptio est,nisi per ignorantiam peccauerit vel infirmitatem.15.qu.c.1.§.porrò infirmitas vsque ad §.finalem.c.meritò.§.finali.nona exceptio est,nisi peccans sit corrigibilis ac pœnitens.23.qu.4.ca. non potest.§.præcepta.decima exceptio est,nisi metus causa peccauerit d c. meritò.Nicolaus Vigelius in Methodo iuris Pontificij lib.1.c.6.ratio iudiciorum publicorum est criminum emendatio.21.q 2.c.placuit.§.finali. 23.q. 4.c.est iniusta.§.finali.in l.si pœna.20. versic.quia pœna. ff. de pœnis.l.si à reo 71. §. id quod vulgò. versic.nam pœnas.ff.de fideiussoribus.l.si ita vulneratus 51.§.quod si quis absurdè.versic. neque enim.ff.ad l.Aquiliam. Huius loci regula est quod nisi subsit culpa nemo est puniendus.l. sine culpa 23.De regulis Iuris in 6.septendecim exceptiones notat ibi Vigelius ab hac regula 1. nisi sine dolo factum sit, & non iniuriæ gratia. 2. nisi furiosus commiserit. 3. nisi per infirmitatem vel ignorantiam commiserit. 4.nisi per tæcitatem commiserit. 5.nisi per ebrietatem commiserit. 6 nisi coactus commiserit. 7. nisi iussu eius cui parere necesse fuit,commiserit.8.nisi minor ætate commiserit. 9. nisi animal brutum commiserit. 10. nisi crimen propositum non fuerit perfectum,nec ad actum peruenerit,cogitationis .n. pœnam nemo patitur quoad hominem; sed quoad Deum punitur.

tur. 11. nisi reus sit mortuus. 12. nisi accusator sit mortuus, vel ex alia causa impediatur accusationem prosequi. 13 nisi accusator destiterit. 14. nisi eadem quoque accusatio antea in iudicium fuerit deducta, vel eiusdem criminis nomine actum. 15. nisi criminis abolitio interuenerit. 16. nisi Episcopus commiserit. 17. nisi crimen commissum sit vulgare & vsitatum: de his exceptionibus canones & leges vide in prædicta Methodo.

Lancilottus lib. 3 fo. 205. Qui in multis offendit penè multi publici subdatur.

Lancilottus libr. 4. tit. 1. Accusatio instituitur ad depositionem: sed Denunciatio facienda est ad correctionem.

Non debet vltra progredi pœna, quam extendat delictum ad distinct. 1. in glossa ad verba. Ius generale. Quomodo debeant Prælati punire. Distinct. 45. ca. cum beatus. & tota distinctione. Vulneribus aliquando tantum fomenta adhibenda, aliquando acriora remedia. Vbi non est lex ibi perit grex. Disciplina Romanæ Ecclesiæ erit sequenda. Dist. 12. c. nõ decet. Quomodo disciplina possit per laicos exerceri. dist. 17. c. 4. nec licuit in glossa litera g. per seculares. Possunt laici coercere clericos etiam non depositos in casibus vt notatur distinct. 23. q. 5. principes, aliàs autem depositum non potest laicus punire, nisi incorrigibilis sit, vt extra de iudicijs: cum non ab homine. nunquam enim clericus quantumuis sit criminosus tradendus est curiæ seculari, dummodo possit corrigi per Ecclesiasticam potestatem vt 81. dist. dictum extra de iudicijs at si clerici, nisi in crimine falsi literarum Apostolicarum vt extra de crimine falsi: ad falsariorum. item habes hic quod

vbi-

vbicunque deficit Ecclesiastica potestas ibi recurritur ad brachium seculare. 11. q. 1. petimus. 23. q. 5. de Liguribus. Romanæ Ecclesiæ Disciplina sequenda: illi enim commissa est Disciplina. distin. 19. c. nulli 5. birca finem.

Eleganti periphrasi discipliua vocatur Censuræ frenum. dist. 21 c. 6. v. denique in fine.

Vide de Disciplina Dei Confessionem Hieronymi libr. 2. c. 3. artic. 9. Vetus dictum est Canonistarum, vbi multitudo peccat difficillima est correctio. In defectu Prælatorum magistratus secularis potest punire delicta vt ex Decretis Gratiani ante ostensum fuit, & habetur c. 90. in Gegenbericht der Münsterischer Inquisition *fol.* 265. De pœnis Eccl. lege in Methodo Iuris Can. Vigelij. fo. 75. 76. & deinceps vsq; ad fo. 110. & c. 1. de Iudicijs publicis lib. 1. Hæretici damnati & depositi à Romano Pont. recognoscunt Ro. Pontificis auctoritatẽ petentes ab eo restitui. Baronto. 4. Annal. fol. 175. Lege Hopperum libr. 3. Elementorum Iuris tit. 23. folio 411. De Disciplina Ecclesiastica. titul. 24. De forma Disciplinę Ecclesiasticæ. tit. 25. De materia Disciplinæ Ecclesiasticæ. Non debet vltra procedere pœna, quam reperiatur delictum ad dist. 1. in glossa ad verba Ius generale. De Disciplina Prælati dist. 45. cum beatus. Vbi non əst lex nec canon, nec Disciplina ibi perit grex. Vulneribus aliquando tantum fomenta adhibenda aliquando acriora remedia. Disciplina Ro. Eccl. sequenda. Dist. 12. c. nõ decet. Canones & capita Tridentini Concilij, in quibus de Disciplina in genere & in specie agitur, iam sequuntur. Inprimis Sess. 6. cap,

3.4.5.Sessione 13.cap.1.Sessione 14.cap.7.& 8.Sessione 14.in Proœmio Reformationum,& cap.4.& 5.Sessione 21.cap.6.& 8.Sessione 22.cap.1.Sessione 22.cap.8.Sessione 23.cap.18. & Sessione 24.ca.8.& in Decreto de Reformatione caput primum singulariter nota & cap.2.3.8.9.10.nota & 11.12.17.18. nota Sessione eadem capite 1. De Regularibus & Monialibus cap. 5. 8. 11.14.20.21. Selsione 25. cap.1. in fine & capite 2.& capite 3.6.14. 18. 20. nota. Capitulorum generalium auctoritas in conseruanda generali Disciplina Concilium Tridentinum Sessione 25.cap. 1. de Regularibus & Monialibus Summatim in toto isto Concilio sunt centum & triginta duo capita ad Disciplinam maximè spectantia. De Disciplina Ecclesiastica in genere restituenda Concilium Tridentinum sessione 25.c. 20.De Disciplina Monastica restituenda, sessione 25.cap.21.

CAPVT II.

De origine, antiquitate, ordine & progressu Visitationis.

VT per iugulum aduersariorum erumpat veritas proponam de Origine Visitationis ipsiusmet Lutheri testimonium. Lutherus scripsit libellum hoc titulo. Instructio Visitatorum ad Pastores Ducatus Saxoniæ.In 9. parte operum fo. 251.sic habet.Quam pia & salubris res sit Pastores & Christianam communitatem per doctos & intelligentes viros visitare, satis abundè nouum & vetus

vetus testamentum declarant: sic enim legimus, quod S.Paulus Act.9.circuibat Iudæam & Paulus vna cum Barnaba.Actor.15.c. de nouo transiernnt omnia loca,in quibus erant concionati.Et in omnibus epistolis declarat se curam gerere omniũ parochiarum & totius plebis scribit ad eas epistolas.ipse circuit,mittit quoque discipulos suos: quemadmodum & Acto.8.c. cùm Apostoli audissent Samariam recepisse verbum, mittebant eò Petrum & Ioannem.Legimus quoq; in testamẽto veteri, quomodoSamuel modò in Rama, modò Nobæ,modò in Galgall,& sic deinceps nõ animo exspatiandi, sed ex iniuncto officio & exigente; populi spirituali necessitate circuiuerit: sicuti Helias quoque & Helisæus factitarunt, sicuti in libris Regum inuenitur, & Christus ipse diligentissimè circuiuit castella &vrbes,visitans nobiles & ignobiles quærens salutem credentium. Hoc munus sancti Patres & Episcopi olim fideliſſimè administrarunt,vt ex canonibus Ecclesiasticis apparet satis. Nam ex hoc officio originaliter prodierunt Episcopi & Archiepiscopi prout vnicuique vel latus & amplus aut angustus ad visitandũ locus erat assignatus: nam propriè Episcopi nomen designat inspectorem vel visitatorem, & Archiepiscopus est inspector & visitator supremus. hæc scripsit Lutherus Anno Domini 1528. Concilium autem Tridentinum prius fuit concluſum Anno Domini 1566. Deuteronomij c.17. summus sacerdos inquirere dicitur diligenter.Paulus ipse in nouo testamento inquisitione vsus fuisse legitur,quantum per tempora illi licuit,& si eo tem-

pore à partibus Pauli Cæsares & principes secu-
lares stetissent, reuera inquisitionem in effectum
deduxissent, sicuti postea temporibus Christiano
rum Imperatorum factum est in punitione hære-
ticorum, vt ex epistola ad Galatas cap. 5. intellige
re licet. Vtinam ait, abscindantur qui vos contur-
bant. Quicunque autem conturbat vos portabit
iudicium, quicunque ille est, imò etiam quosdam
ex talibus puniuit, vt Alexandrum & Hymenæũ,
quos tradidit Sathanæ, vt discerent non blasphe-
mare: quinimò eodem loco affirmat, quod Timo-
theum Ephesi reliquerit, vt denunciaret quibus-
dam ne aliter docerent: sic etiam 1. Cor. 5. quen-
nouercæ violatorem tradidit sathanæ, vt spiritus
saluus foret in die Domini. In eadem epist 1. Cor.
4. cap. comminatur inquisitionem expressis ver-
bis ijs, qui per arrogantiam veritati contradicun
quidam inflati sunt tanquam non sim venturus ad
vos.

Veniam autem ad vos citò, vt cognoscam, si
Deus voluerit, non sermonem eorum qui inflati
sunt, sed virtutem, quia regnum Dei non in ser-
mone, sed virtute est positum. Quid mauultis? ve-
niam ne ad vos in virga? an in charitate & in spi-
ritu mansuetudinis. Hic diligenter notetur discri
men Visitationis & Inquisitionis: nam per illa
verba quid vultis in virga ad vos veniam intelli-
git Inquisitionem, quia eam semper sequitur pœ-
na Iudicialis, sed per illa verba an in spiritu man-
suetudinis aut charitatis intelligitur Visitatio,
quæ magis eò dirigitur, vt vitia, quæ per negligen
tiam Pastorum sunt commissa in charitate & spi-
ritu

ritu lenitatis emendentur. de his loquitur in altera epistola. Timeo, ne fortè cùm venero, non quales volo, inueniam vos, & ego à vobis inueniar, qualem non vultis. His verbis comminatur illis Inquisitionem: quare autem tam seuerè cum ijs agere velit, causam adiungit nempe propter falsam doctrinam, odia, contentiones, arrogantiam & similia, de quibus peccatis non egerant pœnitentiam sicuti in sequenti capite 2. Corinth. 13. scribit: Prædixi vobis & adhuc prædico vobis tanquam præsens antea, nunc autem absens ijs, qui prius peccauerunt: vbi reuersus fuero, ego ijs non parcam: in fine huius capituli rursus meminit huius visitationis. Hæc scribo, ne cùm præsens fuero, durius agam secundum potestatem, quam dedit mihi Dominus in ædificationem & non in destructionem: ex his intelligitur quod Visitationem & Inquisitionem etiam Apostoli docuerint, & præsertim contra hæreticos adhibuerint Inquisitiones & Visitationis remedium.

Porrò de Visitatione Episcoporum S. Antoninus parte tertia. Summæ Iuris Canonici & Theologiæ titulo vigesimo capitulo quinto. per §§. quinque. primo in genere de Visitatione, deinde §. primo quod ea fieri debeat ex affectu charitatis, & pro vtilitate non sua, sed subditorum. §. quod Visitatio fieri debeat generaliter & cum modorum varietate. §. tertio, quod misceri debet misericordia cum seueritate. §. quarto, quod debita forma in Visitatione sit obseruanda, quam ipse hoc §. declarat. §. quinto.

Legatur Cõc. Rhotomag. Quomodo in circuitione Episcopi omnes ad Synodum venire debeant. & Isidor. M.S. in Decretis. li. seu par. 9.

Vigintiquinque dubia circa Visitationem ponit & soluit mox eadem Parte 3. titulo 20. capitul. 6. tradit latè per 7. §§. Quomodo & quo ordine in Visitatione fiet Inquisitio. adde his quæ habet B. Antoninus de Pœnis parte 3. titulo 29. capit. 1. per §§. 8. & cap. 2. per §. vnum & parte 3. titulo 24. de Excommunicatione maiori, & deinde de singulis excommunicationibus quæ habentur in corpore Iuris & extrauagantibus, idque ordine per capita 72. de causa materiali excommunicationis ca. 73. de causa formali, cap. 74. de causa efficiente, cap. 75. de causa finali, cap. 76. de absolutione ab excommunicatione maiori, à quo fieri debeat, cap. 77. deinde idem parte 3. titulo 25. De excommunicatione minori quomodo contrahatur per capita 1. 2. 3. De interdicto titulo 26. parte 3. titulo 27. De suspensione per capita sex. Hæc omnia ex S. Antonino breuiter annotata, sed ab ipso prolixissimè pertractata propriè ad nostrum argumentum de Disciplina Ecclesiastica pertinent. Nicolaus quoque Vigelius in Methodo Iuris Pontificij lib. 4. titulo vltimo de Visitationis argumento egit: ad hos ibreuitatis studio beneuolum Lectorem remitto.

CAPVT III.

Quibus temporibus primò caperit corrumpi Disciplina Ecclesiastica.

Initio fiebat publica morum inquisitum

POlitia Disciplinæ à Christo & ab Apostolis cõstituta, diu in substantia integra cũ in græcis tum

tum in latinis Ecclesijs permansit, sed tandē partim vecordia, partim superbia præsulum Ecclesiasticorum paulatim cœpit corrumpi ac immutari. Corruptio ista cœpit, si non antea, saltem à temporib. Irenæi, Tertulliani, Cypriani Basilij Magni vt libr. 1. cap. 8. ex recitatis eorum querelis satis intelleximus, aucta est postea magis magisque paulatim vt satis patet ex lib. 3. c. 2. vbi instituta fuit historica narratio temporum ex Concilijs Reformationum Ecclesiasticis, donec politia disciplinæ penè & magna ex parte euersa Ecclesiam Catholicam vulnere & plaga affecit insanabili, manserunt tantum semper primæ politiæ Disciplinæ expressa vestigia. In græca etiam Ecclesia quālibet deficiente licet obseruare multa, quæ ad ordinem Apostolorum referri possunt: fuit autem magna ex parte vel corrupta vel confusa cum ciuili politia disciplina vel in eam translata. apparet adhuc hodie ea confusio, dum decretum sanctissimum Eutychiani Pontificis de corrigendis vitijs per testes iuratos, quod habet in Reformationibus suis Reuer. quondam Episcopus Vercellensis, turpiter violatum est, & ad laicos scabinos ac iudices emungendarū multarum causa per auaritiam translatum Ecclesiasticis ablatum est, vt in terra Iuliacensi omnibus notissimum esse potest vt & alibi. Nicephorus l. 4. ca. 1. Qui verò Apostolis succedere, aliquanto eis inferiores virtutem eorum non sunt assequuti: prope tantum vitæ splendore ad eos accedere, non ita simplicem, vt magistri eorum, orationē consectantes Clemens Alexandrinus l. 1. Stroma-

tio de omnibus Christianis tom. 2. Annal. Baronij, fol. 341.

Disciplina initio integra defensa à sanctis patribus contra varios calumniatores tom. 2. Annalium Baronij fol. 71. 70. 69. & in sua Apologia Iustinus to 2. Annalium fol. 127. & 220. 227. 228.

Eum ait primos Apostolorum successores, doctrinam Disciplinam ab Apostolis tanquam filios à Patribus accepisse, sed adiungit perpaucos filios patrib. esse similes; Sic Egesippus apud Nicephorum libr. 3. cap. 16. Ecclesiam viuis Apostolis ad Traiani tempora virginem puram permansisse illis mortuis corruptam fuisse scribit. Socrates libro 7. cap. 11. historiæ Ecclesiasticæ sub Cælestino Pontifice Episcopatum Romanum quasi extra sacerdotij fines egressum ad secularem principatum iam ante delapsum fuisse nimirum sub Honorio & Theodosio iuniore annis quadringentis & amplius post Christum. Basilius Magnus de Spiritu S. ca. vltimo toto, quem etiam libr. cap. 8. induximus miserabilem statum Ecclesiæ graphicè deprngit ac deplorat multis verbis, quem locum inspiciat Lector, & quanta facta fuerit eo tempore rerum mutatio facilè intelliget. Hieronymus etiam ait in vita Malchi monachi Ecclesiæ suo tempore & postquam ad Christianos Principes vt Constantinum, Theodosium & alios ventum est, potentia quidem & diuitijs maiorem, sed virtutibus minorem factam fuisse, vnde vocat ista tempora ob corruptam disciplinam feces. Subsequentibus temporibus creuisse morbum quis dubitabit? An nō ex istis testimonijs Ecclesiam post Apostolorum mortem indies factam esse corruptiorem atque impuriorem perspicimus? Sed notet ac obseruet diligens Lector hæc Patrum testimonia, quæ de inclinatione Disciplinæ & morum loquuntur, perperam & peruersè ad doctrinæ & fidei decremẽtum ab historicis Magdeburgensi-

genſibus & VVithakero l.7. contra Duræum trahi. Temporibus Conſtantini Magni cum opibus creſceret Eccleſia fertur in aere vox fuiſſe audita angelica credo, venenum in Eccleſiam effuſum. etenim ante tempora Conſtantini Magni ſub perſequutionibus ſæuientibus maximè florebat Diplina, quæ poſtea creſcentibus opibus plurimum fuit imminuta. De poſterioribus ſequentib. temporibus vſque ad fecem noſtri ſeculi illud: oſtendere prolixè ſuperuacaneum eſt, partim quod per ſe ſit manifeſtum, partim quod ex lib. 2. c. 2. 5. ſatis repeti & intelligi poſſit. Quod autem primis temporibus & non poſterioribus maximè viguerit Diſciplina inde liquido colligitur, quod ob florentem Diſciplinam parcius primis temporibus vſurpabantur Indulgentiæ, quæ vetuſtis Patribus cognitæ fuerunt vt ex Auguſtini epiſtola 180. & Cypriano lib. 3. epiſtolarum epiſtola 15. 16. 18. hæc Cunerus Petri Epiſcopus Leouuardienſis in tractatu de Indulgentijs probati.

CAPVT IV.

De genere Diſciplinæ & cauſa nempe Iuriſdictione Eccleſiaſtica cohibitiua.

COhibitiua Iuriſdictione miniſtri Eccleſiæ poſſunt viſitare, mores hominum inquirere, punire ſontes & peccatores, legatos mittere, contumaces rebelleſque arceſſere & illorum audaciam compeſcere, ad Synhodum generalem, vel prouincialem eos vocare, quorum adeſſe Concilio intereſt, determinata in Concilio confirma-

Duplex eſt legis neceſſitas Directiua & coactiua; Gabriel Paleottus de Conſultationibus Conſiſtorij fol. 41.

firmare, excommunicare, excommunicatos cum vt decet resipiscunt, Ecclesiæ reconciliare interdicere, suspendere, casus reseruare, reseruatos casus relaxare, remittere ac retinere peccata, confirmare, sacris ordinibus initiare, sacramenta omnia distribuere, dare indulgentias, pœnas, quæ pro peccatis confessis iniunguntur, commutare aut mitigare, hæreticos & eorum scripta condenare, scripta etiam cuiuscunque fuerint, prius diligenter examinare & fideli calculo iudicare, nũ sanam an pestilentem contineant doctrinam, antequam edantur, qui sint verè articuli fidei exponere, quæ sint Canonicæ scripturæ testari, dubia circa fidem & religionem orientia soluere, decreta, leges, ceremonias & ritus ordinare, constituere Episcopos & alios ministros Ecclesiæ, eos quoque deponere & degradare, facere irregulares atque ad sacros ordines inhabiles, illegitimare personas ad matrimonia, beneficia Ecclesiastica distribuere, temporalia bona possidere, habere ciuile regimen, exigere decimas & annatas in catalogo cœlitum, eos qui dissoluti sunt, scribere, quique perpetua beatitudine cum Christo fruuntur, & ordinare vt certis temporibus eorum memoria sit venerabilis in Christianis & fidelibus populis. hæc, inquam, alia permulta legitimè possunt effici ab ijs, penes quos est hæc potestas Iurisdictionis, de quibus nimirum singulis singuli omnino essent scribendi libri.

CAP.

CAPVT V.

De origine potestatis Ecclesiasticæ cohibitiuæ quod ex institutione Christi descendat.

CHristus ait tibi dabo claues regni cœlorum, claues dicit pluraliter vt iuxta communem sententiam interpretum innuat clauem vtriusq; fori nimirum conscientiæ atque iudicij exterioris. Deinde, ait, si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum, si autem te non audierit, dic Ecclesiæ, si Ecclesiam nõ audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Amen dico vobis quæcunque ligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlis, & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cœlis proculdubio hæc sunt capienda de cohibitiua Iurisdictione. Mox dicẽtibus Apostolis Ecce duo gladij hic respondit Christus, Satis est, Qua responsione indicauit duas in Ecclesia potestates sufficere. Nam per duos gladios mystice significauit Bernardi testimonio in libro de consideratione ad Eugenium, tum temporalem tum spiritualem Iurisdictionem & potestatem. Pauli loca 2. Corint. 4. & 2. Corin. 13. 5. de Visitatione prolata huc pertinent. Talia permulta sunt in Paulinis epistolis & aliorum Apostolorum scripturis quæ Iurisdictionem esse cohibitiuam in Ecclesiasticis Antistitibus adeò manifestè indicant, vt queat nemo ad ea vel hiscere nisi sit unima prorsus obstinato. Hæc etiam veritas ex eo posset confirmari, quod Oecumenica Concilia nunquam condemnassent, excommunicassent & à proprijs sedi-

Matthæi 16.

Matth. 18.

Ioannis vlt. cap.

sedibus hæreticos depositissent ac meritò puniuissent, nisi penes se cohibitiuam Iurisdictionem esse intellexissent: sic Arrius à Concilio Nicæno, sic Macedonius à Constantinopoliteno sic Nestorius ab Ephesino, alij denique ab alijs condemnati sunt. Totus postremò quintus liber Decretalium, qui de pœnis inscribitur, aduersariorum errorem improbat & confutat.

CAPVT VI.

Conclusiones paucæ de vniuersa Iurisdictione Ecclesiastica.

PRima Conclusio. Sicuti duplex est forum, vnum conscientiæ, alterum causarum: ita potestas Iurisdictionis est duplex. De potestate Iurisdictionis quoad causas & negotia in Decretis habetur hoc modo. Aliud est terminum causis imponere, aliud est scripturas sacras diligenter exponere, Hac potestate, vt emendet & corrigat aliquem, potest ipsum excommunicare & ab Ecclesia separare, de qua Matthæi 18. cap. & adhuc refertur Disciplina Ecclesiastica, de qua agimus. Potestas hæc Iurisdictionis dicitur cohibitiua, quia fertur etiam in inuitos, sed in altera nemo absoluitur vel ligatur inuitus. Secunda Conclusio. Separantur hæ potestates, quia simplices sacerdotes quibus commissa est cura animarum, & quæ in foro conscientiæ est, habent sine altera, & contra qui sunt iudices in foro causarum habent potestatem illam sine sacerdotio vt Archidiaconi & non possunt ligare vel absoluere 3. Conclu-

sio.

sio. Vtraque hæc potestas distinguitur à potestate Ordinis. atqui potestas ordinis, quãtum ad essentiam attinet, non distinguitur à sacerdotali charactere, qui est indelebiliter impressus in anima. At potestas Iurisdictionis, haudquaquam est eiusmodi. ac sunt nimirum, qui sacerdotio initiati, nnllo omnino funguntur Iurisdictione, & contra sunt qui Iurisdictionem habeant, nec tamen sunt sacerdotes. Quarta conclusio. Etsi potestas ordinis à potestate Iurisdictionis omnino separetur, ea tantum ad id necessaria est, vt potestas ordinis possit actum suum exercere. oportet sacramentalis pœnitentiæ dispensatorem habere quibus imperet, non potest autem habere imperium in quenquam sine Iurisdictione. præter voluntariã & vltroneam subiectionem opus est vt quis parocho superioris auctoritate subijciatur 5. conclusio. Potestas Iurisdictionis in foro conscientiæ non æqualiter in omnibus inuenitur 6. conclusio. Potestas Ecclesiasticæ Iurisdictionis in foro exterior non dicitur immediate sed mediate clauis 7. conclusio. Potestas ordinis sacramentalis indelebilis & immobilis est, potestas Iurisdictionis externa mobilis & separabilis est sic altare consecratum semel, non est reconsecrandum, sic in schismatico & hæretico manet consecratio & character. vnde si postea resipiscat recipiaturque in gremio sanctæ & Apostolicæ Ecclesiæ, nõ est talis reconsecrandus sicuti contra Donatistas arguit, B. Augustinus. Potestas autem Iurisdictionis non manet in hæreticis. 7. q. 1. capit. Nouatianus. Cyprianus ait, qui nec vnitatem spiritus nec con-

coniunctionem pacis obseruat,& se ab Ecclesiæ vinculo atque à sacerdotum collegio & Episcopi separat, nec potestatem potest habere nec honorem. vnde sequitur hæreticos nostri temporis nõ habere potestatem exercendæ in vllos Disciplinæ Ecclesiasticæ.8.Conclusio. Abbatissis & Prioritissis committitur vt regant & corrigant subiectas mulieres in monasterijs,quoniam periculosum est, viros cũ mulieribus in monasterijs versari & eas familiariter regere. Committitur igitur mulieribus aliquis vsus clauium,sed non potestas clauium 9. conclusio. Licet potestas iurisdictionis Ecclesiasticæ concedatur non sacerdotibus,non tamen puris laicis,neque religiosis corona clericali carentibus etiamsi monochalem habeant coronam vide ext. de iudicijs cap. decernimus tractat hanc quæstionem docte Franciscus de Victoriæ Melchioris Cani præceptor in Relectione prima, De potestate Ecclesiæ in quæstione Sectionis 7. Vtrum Ecclesiastici sint exempti à potestate Ciuili & asserit contrariam sententiam vel potius errorem Marsilij de Paduâ & Ioannis de Ianduno damnatum esse in quadam extrauagante Ioannis 22. vt refert Cardinalis de Turrecremata li. 4.de Ecclesia vide & Albertum Pighium contra hunc errorem in libris de Hierarchia Ecclesiastica.Decima conclusio.Sicuti dicitur potestas ordinis in 2. claues, quippe in clauem scientiæ & potestatis sic etiam potestas Iurisdictionis in duas claues distribuitur,quia duo omnino sunt necessaria in omni operatione iudicis ferentis de aliquo sententiam, primum pote-

potestas cognoscendi & discernendi personæ illius idoneitatem, deinde potestas definiendi seu iudicandi & ferendi sententiam in causa componenda & perficienda, & hæc duo sunt, quibus in foro conscientię & in foro exterioris iudicij duę claues inter se aliquo modo distinguũtur. 8. Conclusio. Vt in potestate Ordinis non distinguuntur inter se duæ claues iuxta essentiam, sed quatenus ad varios & subordinatos actus referuntur. Eodem modo in potestate Iurisdictionis sentiendũ est de duabus clauibus, quod uempe iuxta essentiam non distinguantur, quia ad eundem plane spectat discernere ac plane intelligere, quid iustum quidve iniustum sit in causa quam dirimere habet, ad quem pertinet eiusmodi causam definire etiã, ideo ob duos subordinatos actus, qui sunt, discernere quid sit iustum & quid secus, deinde condemnare & absoluere, duæ claues esse dicuntur & eisdem vocantur nominibus, quibus claues ordinis vocantur nempe clauis scientiæ & clauis potestatis.

CAPVT VII.

De Disciplina Lutheranorum.

APud Lutheranos neglectam plane esse Disciplinam docte, solide & prolixè ostendit D. Petrus Canisius li. 1. de Corruptelis verbi Dei ca. 4. à fol. 77. vsque ad fol. 95. eò breuitatis studio beneuolum Lectorem remittimus. tantum Smidelini Præpositi Tubingensis testimonium asscribo. is in 4. Concione in Christi verba Lucæ 21. de terrenis Planetis. germanica eius verba latinè sic sonant,

nant. Altera pars & turba Germanorum suum quidem locum verbo Dei, vt prædicetur, tribuit, nulla vero interim sentitur in illis morum emendatio sed horrenda Epicuræa & animalis seu ferina eorum vita cernitur in commessationibus, compotationibus, cupiditatibus, pompis, & diuini nominis prophanationib. siue blasphemijs. Qua in parte volunt æquè liberè ac impunè peccare, sicuti Papistæ in sua idololatria. Mandat seriò Deus in verbo suo, & à suis Christianis seriò requirit & Christianam Disciplinam. Hæc ipsa vero apud istos nouus Papatus nouusque monachatus vocatur & existimatur. sic enim ipsi inquiunt. Didicimus modo per solam fidē in Christū saluari, qui sua morte pro omnibus peccatis nostris satisfecit; nos vero non possumus nostris ieiunijs, eleemosynis precationibus ac alijs bonis operibus satisfacere. Quamobrem sine & permitte, vt huiusmodi opera missa faciamus, cum per Christum alioquin saluari possimus, & solū gratia Dei Christique meritis nitamur. Atque vt totus mundus agnoscat, eos non esse Papistas, nec bonis operibus quicquam fidere, illorum etiam operum nullum exercent penitus. Ieiunij loco cessationibus & pergræcationibus nocte dieque vacant. Vbi pauperibus benigne facere oportebat, eos deglubunt & excoriant Precationes vertunt in iuramenta blasphemias & diuini nominis execrationes, idque tam perdite, vt Christus ne ab ipsis quidem Turcis hodie tantopere blasphemetur. Demū pro humilitate regnat passim apud ipsos superbia, fastus, elatio, luxuria vestium

stium', quæ aut sumptuosissimè aut etiam stultissimè sunt elaboratæ. Atque hoc vniuersum vitæ genus ab illis Euangelicis dicitur esse institutũ. Iuuerim persuadẽ sibi homines miserrimi, se rectam veramque in Deum fidem in animis suis retinere, & sibi Deum esse propitium, imò etiam se probiores Papistis iudicant. hanc Smidelini Confessionem de suis non grauatim admittimus, ob Smidelini in rebus Germanicis experientiam grauissimamque apud suos auctoritatem non possumus non confirmare & approbare. Casparus Vlenbergius in Causa decima sexta, à folio 540. ad folium 61. id est ad finem eius causæ. docet eos Atheismum & Epicureismum introducere. soluit etiam omnem Disciplinam dogma illorum, quo docent bona opera non esse necessaria ad salutem. ex eo enim, seges omnium peccatorum oritur, de quo eorum Axiomate Nicolaus Amsdorfius librum scripsit, quod videlicet bona opera non modo non necessaria, sed etiam noxia sint ad æternam salutem consequendam. & Lutherus Postillæ Germanicæ. Parte 2. Qui bonis operibus ornati incedunt, per hanc viam ad cœlum penetrare nequeunt. quin & hoc ex eadem officina prodijt eorum axioma. Nullum est tam graue peccatum, quod hominem damnare possit, sola est infidelitas, quæ omnes homines damnat hoc paradoxon, vt & prius ad tantam morum dissolutionem, quam modo in mundo videmus, non modo laxauit frenum hominibus, sed & calcaria prope addidit. Hinc originem habet Libertas illa carnales, quam

modo passim in mundo regnare videmus. Omnis morum honestas & Disciplina, omne virtutis excolendæ studium penitus interijt, & effrenis quędam licentia atque contumacia imò sentina omnium vitiorum quædam in locum Disciplinæ successit. Atque hæc de corruptis hominum moribus communis apud Euangelicos querela est, Lutheri inprimis in Colloquijs Mensalibus. Eo res redijt, proh dolor, vt dicant homines ah, bona opera, non me saluabit iustitia mea, igitur auaritiæ studebo, fęnerabor: imò faciam quicquid libet aut delectationem mihi adfert. Item idem ibidem. fol. 77 à Sic corradendis opibus & opprimendis ac expilandis hominibus intenti sunt nostri, ita student auaritiæ, furantur, prædantur sub Euangelij nomine, vt me pudeat. Idem conqueritur alius quidam Lutheranus auctor trium breuissimarum Concionum, quæ Anno 1586. tribus diebus in publicis precib. in Dania habitæ & postea in lucem editæ sunt. Concione secunda, B, quarta Accusanda meritò est nostra ingratitudo, qui ad tam claram Euangelij lucem in his regnis accensam cæcutimus & Christiana libertate, ad omnis generis flagitia securè perpetranda securè abutimur. Hanc autem vitæ eorum & Disciplinæ dissolutionem ex eorundem peruersa doctrina oriri (nam Disciplina index doctrinæ est ait Tertullianus) Memo Simonis in libello Germanico de Lutheranorum fide pag 324. locupletes testis est. Hac dissoluta doctrina, inquit (nempe cum docent solam fidem sine operibus saluare) effrenem & rudem populum, maiores & minores,

res, ciues & plebem reliquam ad tam dissolutam & belluinam viuendi rationem induxerunt, ijsque frenum ita laxarunt, vt tam impiam & abominabilem vitam inter Turcas & Tartaros inueniri nou putem, qualem inter hos videre licet &c æt. Demum concludit, Mea sententia est hanc sectam optimo iure liberam lœtam & dissolutam sectam dici posse plura vide tota Causa decimo sexta, de qua supra vide etiam Causa 5. pagina 99. latinæ editionis in eandem sententiam. Confessio B. Hieronymi tomo 1. cap. 12 artic. 3. de Causis hæresεων & artic. 4. de moribus hæreticorum copiosissimè declarat, quam peruersa fuerit veterum hæreticorum Disciplina sicuti & neotericorum eiusdem tituli 12. tomi 1. artic. 6. declarat per mulieres etiam hæreti as corruptam fuisse Ecclesiæ Disciplinam & Tomo 2. ca. 1. articulo 2. similitudine medicinæ finem & vsum legis ac Disciplinæ eleganter illustrat, & tomo 2. titulo 2. articulo 8. Præcepta morum veteris testamenti siue Decalogi Disciplinam, quam hæretici tollunt, non esse abrogatam & tomi 2. capite 8. artic. 3 contra hæreticos differitur qui prætextu Christianæ libertatis omnem Disciplinum sustulerunt, & sequenti articulo quarto, oppugnatur sola fides iustificans quæ Disciplinam omnem euertit vide eodem spectantes articulos sequentes 5 6 7. 8. tomo 2. cap. 8. quin & tomo 3. cap. 9. artic. 1. vbi satisfactio disciplinalis pœnitentiæ defenditur, Disciplina hæreticorum oppugnatur cum omnes hæretici sint isti Disciplinæ vehementer infesti eodem refertur & ar-

ticulo 12. sequens de publica veterum pœnitentia, quæ index est rigidæ Disciplinæ primitiuæ Ecclesiæ, quam hæretici respuunt & aspernantur. Donatistas veteres hæreticos fuisse Disciplinæ osores testis est B. Augustinus l. 2. c. 9 contra epistolã Parmeniani Nouatistas seu Gnosticos peruersæ fuisse Disciplinæ docet, Baronius tom. 1. Annalium fol. 647. 648. dixi ex Tertulliano lib. 1. ca. 8. Valentinianos laborasse defectu Christianæ Disciplinæ & ideo inter se fuisse diuisos similia adduxi ibidem ex aliquot locis Tertulliani de Præscriptionibus hæreticorum. Corruptam Disciplinam Lutheranorum deplorat quoq; Paulus Eberus Præfatione in Commentaria Philippi super epistolam ad Corinthios, qui Eberus post Lutherum & Melanchthonem primas tenuit in schola Vittenbergensi, vt vel inde constet certius, quales fructus nouæ istæ arbores nouique Doctores in Ecclesijs ferant. Tot, inquit, & tantis confusionibus & scandalis deformatur totus cœtus Euangelicorum, vt nihil minus esse videatur, quàm quod profitetur. Nam si ad docẽtes respicias, videas quosdam vel ambitione, vel æmulatione, vel curiositate doctrinam corrumpere, & falsam doctrinam audacter spargere, aut pertinaciter tueri aliquos non necessaria certamina serere & fouere implacabilibus odijs, aliquos religionem inflectere, fingere ac refingere ad nutũ, & cupiditates vel dominorum vel cœtuum, quorum gratiam pluris faciunt, quam gloriã Dei & veritatis propugnationem, aliquos verò vniuersum id, quod vera docendo extruxerunt, morum licen-

tia

tia & vitæ turpitudine rursus destruere. Hi næui conspecti in ordine profitentium doctrinam cœlestem, non possunt non contristare pios, & multos ab Euangelij studio reddere alieniores. Rursus si ad auditores oculos conuertas, videbis religionis & Christianæ libertatis fœdissimum abusum, contemptum & neglectionem Sancti ministerij, disputationum prophanitatem, direptionem bonorum Ecclesiæ, ingratitudinem erga fideles ministros verbi, Disciplinæ laxationem, effrenem contumaciam iuuentutis, & aliorum vitiorum segetem indies vberrimam Succrescentem, quæ mala intuens, non potest non vehementer animo percelli & interdum quassari fluctibus dubitationum, ambigens an hic cœtus possit esse Ecclesia, in quo tantum sit distractionum, confusionum & enormium, vitiorum recitauit hoc testimonium Eberi D. Petrus Canisius in Præfatione ante Ioannem Baptistam. Quod autem tam Lutherani, quam Caluiniani corruptam non modo disciplinam, sed & doctrinam habeant, copiosè, solidè & doctè demonstrat D. Thomas Stapletonius in quadam pulcherrima Declamatione edita & posita post libros Demonstrationis Methodicæ Principiorum fidei, quod videlicet Ecclesiæ Romanæ religio ab illis hodie reformata non fuerit, qui se Ecclesiæ reformatores vel Ecclesiam reformatam hodie vocant prolixior est Oratio, quam vt hic inseri possit vel debeat, constat enim quatuor integris arclinionibus Doctrina sectariorum (ait Georgius à Valentia libro primo Analyseos fi-

dei Catholicæ cap. 3. facillimè mores peruertit, & ad omnem vitæ licentiam homines facit procliues. igitur doctrina Sectariorum nihil præter nomen habet commune cum vera Christi doctrina, etenim si non alio timore ac labore præterquam sola fide salutem suam quisque operari debet, si conscientiæ ratio ad obtinendam remissionem peccatorum reddenda Dei ministro non est, si ieiunijs nullis caro dominari & coerceri debet, si denique conuenienter reliquis sectariorum placitis ad libertatem carnis excogitatis vita instituitur, quid mirum erit, si eius alumni, nullo certo disciplinæ freno cohibiti, sed habenis potius ad omnem carnis cupiditatem laxatis, desideria carnis in omni genere perficiant. Exierunt ex Ecclesia (vt de hæreticis D. Ioannes inquit) & transierunt ad istorum castra suo malo quandoque nonnulli. An hi vnquam meliores apud illos sunt facti, posteaquam ex Lutheranæ doctrinæ ratione viuere cœperunt? An mutatio in eorum vita dexteræ excelsi, alijs admirantibus (vt D. Petrus de recens Christianis dixit) notari potuit? Num illustribus & frequentibus caritatis, orationis, pœnitentiæ, patientiæ, modestiæ, humilitatis omnisque continentiæ vitæ, quæ apud Sectarum prædicantes viderint, ad pietatis studium vehementius inflammati sunt? Quis nescit iacere hæc apud illos ferme omnia, præter suum illud verbum & nimis, solam fidem vel potius nullam? Sed ne ego eorum vitam, quibuscum parum ipse versor, curiosius fortè inquirere videar domesticum eorum testem vnum

præ-

præter Smidelinum antea prolatum de fructu Euangelij sui profitentem audiamus. Bucerus igitur lib.1.de Regno Christi. ca.4. de huiusmodi Euangelicis hominibus loquens: Maxima, ait,eorum pars visa est, id tantum ex Euangelio Christi petijsse,vt iugum qualiscunque disciplinæ,pœnitentiæ,religionis vniuersæ quæ in Papatu reliqua fuit,abijcerent, proque carnis suæ arbitrio & libidine instituerent agerentque omnia. Tum non fuit eis ingratũ audire,iustificari nos fide in Christum,non bonis operibus, quorum nullo studio tenebantur. Nec pauci eorum qualemcunque Euangelij prædicationem eò tantum receperunt, vt in opes inuaderent Ecclesiasticas. hactenus Bucerus. Item VVighandus in Admonitione de bonis & malis Germaniæ.Rapere,inquit,Ecclesiastica bona,scortari, inebriari, aliaque id genus peccata innumera, eò magis quotidiè inualescunt, quia libertatem crescendi habent: & vndenam potius crescendi libertatem VVighande innumera,vt inquis,peccata nunc habent,quam ex relaxata apud vos disciplina sanctissima Christianæ religionis? Cuius profectò rei & aliud illustre admodum testimonium idemque & publicum primariæ ciuitatis Lutheranæ Dominicus.Sotus lib. 4.Sententiarum,dist.18. q.1.art.1. auctor inprimis grauis,& ob summam doctrinæ & prudentiæ existimationem, inuictissimo Imperatori Carolo 5. in ipsa etiam Germania à sacris confessionibus ita ad verbum commemorat.Verecundia,inquit confitendi vehementissimè homines à moribus peruersis arcet. Id quod me(inquit)teste Germa-

ni publicè dum inter eos agebã, fatebantur. Qua de re ex inclyta Norimberga ciuitate missa est ad Cæsarem legatio, per quam ciues illi petebant, vt Cæsar Imperatorio Iure, Confessionem auricularem denuò introduceret. Aiebant enim se vsu & more intellexisse Rempub. suam, postquam Confessio cessauerat, vitijs contra iustitiam & alias virtutes scaturire, quæ illis antea fuerant incognita. Risum autem (inquit Sotus) ea legatio mouit. Nam cùm fateri omninò renuerent, per absolutionem sacerdotis culpas remitti, & diuino iure teneri homines ad confessionem, quomodo plebs induci posset Cæsarea lege sua occulta scelera secretò confiteri. Idem Gregorius de Valentia lib. 1. in Analysi cap. 13. Christiana doctrina vel ea ratione maximè commendatur, quod cum disciplinam contineat alioqui repugnantem propensis hominum cupiditatibus, tamen mirabiliter ijsdem hominibus probata est. Atqui doctrina sectariorum prurit carni & auribus, congruitque his planè, qui ex carne & sanguine & voluntate viri non ex Deo nati sunt, & vix tamen paucis nationibus hactenus persuaderi potuit. & in lib. 4. Analyseos cap. 4. Proprietate 5. Sectariorum congregatio est confusa quasi chaos quoddam, Ecclesia autem rectissimè ordinata. propter pulchernum eius ordinem varia sortitur vocabula Regnum Matthei 25. c. ciuitas. Matt. 5. templum. 1. Cor. 3. domus. Heb. 3. tabernaculum. Heb. 8. hortus. Cant. 4. castrorum acies ordinata. Can. 6. & id genus alia, quorum rationes ad Ecclesiam pulchrè atq; eruditè accommodat Turrecremata libr. 1. de Ecclesia

clesi cap. 31. & deinceps. Maximè autem optimus Ecclesiæ ordo designatur cum corpus dicitur ad Ephes 1. & 4 cap. in quo est ordo membrorum, sic & in Ecclesia, quem perturbat aduersarij vide 1. Cor. 12. cap. idem Gregorius de Valentia lib. 6. Analyseos cap. 13. solam docet Romanam Ecclesiã esse legitimè & rectè ordinatam: & id non posse in synagogas hæreticorum cadere. Confirmat quoque hanc nostram sententiam Doctor Franciscus Burgkardus in 2. parte, Tractatus de Autonomia siue libertate permittendarum plurium religionum cap. 3. Quod nimirum Libertas plurium religionum quam docent & ferunt sectarij, omnem obedientiam & Disciplinam è Christianismo auferat primum ostendit ex Prouerb. 1 & 4. ca. & 12. 3. Hebr. 12. quanta laus sit Disciplinæ & postea etiam obedientiæ. Lutherani verò reipsa penè nullam disciplinam retinent, nominetenus verò tanti eam faciunt, vt etiam inter notas Ecclesiæ referant. Quod autem tam disciplinam quam obedientiam per nimiam libertatem tollant sectarij inde probat potissimum, quod quisque eorum scribat, cantillet, loquatur, & pro axiomate sui proprij cerebri habeat neminem posse saluari nisi se separet à communione Papistarum, & ipsis sit infensissimus: & si suos concionatores pro veris Ecclesiæ Prædicatoribus prædicari, haberi & dici velint, fateri eos oportet, quod isti miselli & macilenti Ministri passim priuatim & publicè conquerãtur, quod subditi ipsis nullam debitam obedientiam præstent, & quod etiam nonnunquã ipsis præscribere velint, quid pro concione proponere debeant: quare concludit cum libertas Reli-

Religionis omnem obedientiam & disciplinam tan quam matrem diuini cultus & omnis pietatis ac religionis è medio tollat, meritò relinquenda ac deserenda est. Arrius adeò bonæ Disciplinæ aduersatus est vt Crapularum librum scripserit auctore Cæsare Baronio tom. 3. Annalium, pag. 159. libr. 5. & ob hoc habitus omnium pessimus fuit, eodem to. 3. idem pag. 260. lin. 10. idemque Arrius secum virgines ducebat meretriculas. idem eod. fol 167. lib. 50. Arriani adeò erāt pro caces, vt nullo edicto Imperatoris possent cohiberi. Baro. to. 4. Annalium fol. 409 Vide de hoc argumento latius D. Thomam Stapletonum in libr. 13 Demonstrationis Principiorum fidei in Ecclesiastica successionis defensione, & latentis Ecclesiæ confutatione cap 14. quod nulla Disciplina in Protestantium Ecclesia his multis seculis apparuerit.

CAPVT VIII.

De Disciplina Caluinistarum.

QVanquam diuersis de Disciplina Ecclesiastica extantibus editis ab ijsdem libris, videantur Disciplinam excolere Ecclesiasticam maximè tamen si rem exactè examinemus, licet nonnulli hac in parte Lutheranis sint meliores, nihilominus eosdem plurimum in Disciplina deficere fructus pessimi istius sectæ satis toti mundo declarant. Fateor, tractauit hoc argumentum in suo genere accuratè Bonauentura Cornelius Bertramus ex præscripto Bezæ in libr. de Politia Iudai-

Iudaica Ecclesiastica & Ciuili, & Anonimus quidam Caluinista Puritanus Anglus in libro cuius hic titulus est. Ecclesiasticæ Disciplinæ & Anglicanæ Ecclesiæ ab illa aberrationis plena è verbo Dei & dilucida explicatio, liber impressus est Rupellæ Anno M.D. LXXIV. & alius quidam, vt ex dedicatione ad Casimirum apparet Heydelbergensis Theologus qui nomen suum in fine Præfationis ad Casimirum his sub ectis literis professus est: I.B.A.C. in duobus libris, quorum epigraphe est De Politia & Disciplina Ciuili & Ecclesiastica, tum Israeliticæ tum Christianę Re. pub. in quorum posteriore aliquid de Senatu Ciuili dicitur: at de Ecclesiastico pluribus agitur, vt etiam de Disciplina Ecclesiastica, quam à Patribus ad nos vsque peruenisse firmiter probatur. Liber est impressus Lugduni Batauorum apud Leonhardum Niestum Anno 1585. postremò ante annos plusculos de Administratione Ecclesię tres libros edidit titulo Ecclesiastici nempè Ann. 1581 accedit liber Theodori Bezæ de Excommunicatione & Erasti de eodem argumento. Nec fugiunt nos Synhodi eorum variæ & multiplices pro locorum, in quibus habiti sunt diuersitate, quæ ad manus nostras non editæ sed M. S. peruenerunt, ex quibus inter se collatis vt etiam ex libris antea nominatis deprehendere manifestè & quasi manu palpare possumus eos esse Catholicorum turpissimas simias, sicut. Lutherani simiæ sunt in Officijs Ecclesiasticis multis retinendis Catholicorum vt à me in Commentarijs Ecclesiasticis ex Cypriano ad Iubaianum ostensum fuit, ita in imitanda Disciplina ve-

na veterum Patrum & Conciliorum retinenda, conseruanda ac reuocanda Caluinistæ se reuera similes ostentant, vt ex Comparatione Conciliorum Catholicorum & Synhodorum Belgicarum ac Gallicarum liquidissimè apparet & constat. Quam autem Caluinistarum de disciplina libri imperfecti sint, & quid quantumque in ijs desideretur, partim ex collatione superius à nobis traditorum, partim ex sequentibus à nobis demonstrandis magis apparebit. Quod verò eorum Disciplina non compleat omnes numeros nec primitiuæ nascentis veteris Ecclesiæ effigiem expressamque imaginem repræsentet in omnibus, sed multis modis mutila sit manca ac imperfecta in sequentibus latius Deo duce demõstrabitur. Principio quoniam se exemplo Politiæ Iudaicæ & synagogæ veteris reformatores Ecclesiasticæ disciplinæ ac doctrinæ in scriptis suis passim esse iactitant, ostendam Deo volente, reuera nihil minus iure ipsis competere posse. Nam tẽpore prophetarum duplex fuit reformatio vt & regum temporibus. Prophetæ enim reprehenderunt corruptelas synagogæ vt Ieremias, Oseas, Amos, & alij. Pientissimi autem reges Ezechias, Iosaphat, Iosias collapsum penitusque exstinctum per reges idolatras prædecessores ipsorum diuini numinis cultum restituerunt. Prophetæ non abrogabant totam synagogæ formam propter abusus, sed tantum corruptelas superstitiones & abusus, qui irrepserant culparunt, idque magis ex parte personarum & sacerdotum ipsorum qui rebus sanctissimis turpissimè ad quæstum & ad hypocrisin abutebantur, quam ex parte rerum & cultus ipsius,

qui adhuc satis erat integer iuxta legem Mosaicã: similiter reges prædicti non nisi iuxta legis formam, quam à sacerdotibus acceperant, reformarunt; nouum nihil proprium inuexerunt. Ast Prophetæ qui contra Israelitas & Samaritanos prophetarunt post defectionem à regno Iuda, ipsi omnes idololatricos cultus Israelitarum in Samaria omninò & penitus condemnarunt. Veteres autem & pij reges cessante cultu veterem formã restaurarunt euerso etiã templo atq; penitus deiecto, idem de nouo est reædificatum, totusq; cultus legitimè restauratus, vt à duce Zorobabele & Nehemia post reditum à captiuitate Babylonica, ac postea à Iuda Machabęo post cæsos duces Antiochi. Maxima autem religione & studio in tam varia reformatione laboratum esse, vt ne vel latum vnguem à veteri forma per Moysen præscripta recederetur, nihil penit⁹ innouaretur veteris illius populi historia luculentissimè ostendit 4. Reg. 18. & 23. 2. Paralip. 17. & 20. 2. Esdr. c. 8. & seqq. 1. Mach. 4 & seqq. At Caluniani nostri temporis Deformatores hæretici nouam planè formam & fabricam, non aũt antiquam & veterem Ecclesiæ Christianæ restituunt ac reuocant. Porrò Caluinianos Disc. Eccl. penitus tollere è medio declarat Clariss. vir & eruditiss. Nicolaus Villagno eques Rhodius opuscul. seu lib. 1. adu. nouitium Caluini Melanchtonis atq; id genus sectariorum dogma de Sacramento Eucharistiæ. lib. inquam 1. ca. 89. Non defuit, ait, nobis in rebus plurimis discordiæ occasio, cum funditus Ecclesiasticam Disciplinam ij tui Ministri euertere abolereq́ue contenderent

atque

atque nos ad nouam quandam regulam adigeret. In eadem sede contra omne vetustatis exemplum alternatim duo pari prærogatiua sacerdotio fungebantur. Vbi vnus hebdomadæ spacio ministerio functus esset, cedebat alteri vt hebdomodatim essent sacerdotes & diaconi. Damnant manuum impositionem. Tradunt in Ecclesia neminem auctoritate reliquis excellere, quod omnes Christiani sint regale sacerdotium. Sibi omnes persuadent se esse religionis scientia præditos etiam antequam literas didicerint, quod eam Dominus paruulis reuelarit non sapientibus. Summaque apud eos omnes perfecti Theologi sine literis & doctrina. Quæ res memoriam mihi reuocauit eorum, quæ à Tertulliano scripta sunt contra hæreticos. Aliud in eorum disciplina non indignum adnotaui. Si se ad eos conferat aliquis, qui bene in Ecclesiam Romanam debacchetur, atque in ministros eius exquisitis & affectatis conuiciis insultet, missam execretur. Eucharistiam idoli nuncupatione insigniat, ad latrinas proficiscens, ad missam se ire proclamet sordes terfurus corporale postulet, Papam Antichristum nominet, Principes, qui Chrismate inficiuntur, signum a bestia accepisse, atque de execrationis poculo bibisse dixerit. Dies festos, quadragesimam aliamque Ecclesiasticam Disciplinam ludibrio habuerit, hic fidelis loco habebitur, & summis laudibus efferetur, vitæ eius nulla ducta ratione. Vbi enim eorum quisquam crimen perpetrasset, infamitatis habendam esse rationem ostendebant atque gratiarum esse diuisiones. Sic mortem euasit, qui

qui nepoti proprio stuprũ intulisse Richero tuo & Pontano delatus & conuictus est. Sic excusatus, vester Tourettus, qui literas nostras corrupit, qui contempta sacramenti religione stationem deseruit, atq; ad religionis apostatas transfugit: excusati, qui cum infidelibus fornicati sunt, vt eorum in mentem mihi venerit, quæ à Tertulliano hæreticis obijciebantur, eis esse negotium nõ erudiendi aut instruendi, sed Ecclesiam euertendi ad hoc enim opus solum se blandos & humiles præbuerunt hactenus Nicolaus Villagno li. 1. cap. 89. In factis particularibus propositis & conclusis in Concilio habito Lugduni X. Augusti an. dom. 1563. Ad articulos à fratribus Normanniæ propositos articul. 18. Ad illud qnod allatum est à Ministro Normanniæ an liceat ducere in vxorẽ neptem responsum est, non debere scandalum præberi per huiusmodi coniunctiones dempto tamen scandalo permittitur Archibaldus Hamiltonius lib. 2. Demonstrationis Caluinianæ Confusionis ca. 3. fol. 147. Itane vero vobis errata vestra leuia esse videntur, quæ non modo Ecclesiasticam Disciplinam penitus abrogant, sed religionem Christianam conuellunt, charitatem tollunt, Spiritum sanctum procul ab hominum, cordibus profligatum in exilium mittunt, præcipuos deniq; articulos fidei prorsus expungunt. Aut quis quæso in Ecclesia ordo, quæve Disciplina potest seruari inducta omnium in Ecclesia sentientium æqualitate vt in omnibus Caluinistarum Synhodis notare licet, neminem oportere regimen aut dominium habere in alterum. Aut

quis charitati locus erit, si vindictam ex animo non licebit remittere? Aut quid in religione Christiana saluũ & integrum remanebit vbi ad Iudaicam Politiam & emortuam Mosaicæ legis literi omnia reuocabuntur? Quomodo denique si nulla spiritussancti præsentia sit hominum corda inhabitans præcipui fidei articuli non persringuntur. Sint sanè hæc vobis parua & cum problematicis Scholasticorum quæstionibus verè comparanda: At pijs talia profectò videbuntur & erunt quæ posita totam Christianam religionem à fundamentis sic euertant, vt extra quæstionem sit eos qui de tantis rebus à se inuicem dissident indoctrina vnitatem tenere non posse. & infra lib. 2. c. 3. fol. 151. b. rursus à vobis petò cur omnis generis laicos in vestrum confessum admittatis, etiam ad exercendam disciplinam vt sunt seniores? cur ab ijs sententias rogetis? Cur denique non laicis modo sed & mulieribus docendi, dicendi, sacramenta administrandi potestatem faciatis? Vultis & hic quoque nomina referam. An verò cùm ea non vobis tantum sed omnibus nota sint, rectè illa omnia fieri defendetis? Tertullianus vestram confusionem depingens nihil differentiæ esse affirmat apud hæreticos inter lepram & non leprã, oues & hędos, fideles & excommunicatos, prorsus publicos peccatores, modò quis se fidem habere dicat ab hypocausto & popinis perinde vt ab oratione accedere possunt communicaturi. Ipsæ porrò mulieres hæreticæ, ait idem Tertull. tam procaces, quæ audent dicere, docere, contendere, exorcismos agere, repromittere, forsitã & sacras inter-

interpretari literas. Mulieres deiparam virginẽ blasphemant & quædam se non minus potuisse Christi matrem fuisse, quam virginẽ Mariam ter impijs faucibus pronunciare sunt ausæ: & tales ad agendam publicã pœnitentiã non adigitis, sed in summo etiam honore & precio tales habetis, talis fœminæ cuiusdam auctoritatem magis quã vllius Episcopi sequimini: scilicet inter vos tales & à tali gubernatos regimine ordo vllus consistere potest, inter quos mulieres sacerdotalia munera inuadunt, Deiparã & eius filium impunè blasphemant, inter quos sacerdotes omnes, omnes reges videri volunt, inter quos denique sic libera, soluta & sine ordine sunt omnia, vt nemo alterius sensum sequi sustineat, inter quos postremo, si sententiam dicit vnus, contradicit mox alter, tertius ne alterutrum superiorem se agnoscere videatur, nouam ab vtroq; sententiam comminiscitur. Quis hic ordo aut quæ vnitas vel disciplina esse potest? hactenus doctè & piè Hamiltonius. idem lib. 1 Confusionis Calnianæ c. 4. fol. 18. Durauit in his malis sub regina scilicet matre Ecclesiasticæ Disc. forma, si non castigandis impijs idonea, at bonis tamen omnibus vtcunque ferenda, Neq; aliter quam cũ multi mali humores in corpore insunt, non simul vt ab ijsdem infestari cœperit, protinus concidit: sed viribus suæ naturæ insitis contra eosdem aliquamdiu decertans, ęgrè licet & cũ dolore subsistit: ita in Ecclesia Scotica-na contra insurgentes & numero & audacia inuâ lescẽtes improbos legũ & ordinationũ antiquarũ firmitate subnixi, si nõ in pristino nitore, saltẽ in

facie non prorsus aspernanda permansit, perdu-
rauitque eousq; donec rebus omnibus ad insur-
rectionem compositis, consilia sua & copias ex-
plicare atque aperta vi sacras ædes inuadere, Ec-
clesiasticos viros disturbare coniurati cęperunt,
quo tempore nimis vtiq; sero nil non fecit, quod
quidem in se esset religiosissima princeps, vt fi-
des integra apud Scotos seruari posset. Sed hoc
totum ea tempestate nequaquam fuit. Inde eius
Ecclesiæ Disciplina profligata & eius in locum
præsens confusio fuit inuecta, singula deforma-
tionis capita, tum in Disciplina & moribus tum
in doctrina nihil attinet repetere. earum autem
omnium rerum per vos mutatio inducta, quæ ó
religionis reformatio, sed deformis quædam e-
uersio iure optimo vocari debeat. hæc ille. Ac la-
nè si in vitam ac mores Caluinistarum inspicia-
mus ac intueamur facillimum inde erit tanquam
in speculo contemplari qualis, sit Disciplina
nempe veterum hæreticorum Disciplinæ consi-
milis compar ac germana. nam eorum sunt so-
boles, generatio & confusio vt ex collatis dogma
tibus intelligentibus manifestè constat. Videa-
mus ex B. Hieronymo qualis vita, mores Disci-
plina veterum fuerit hæreticorum atque inde
dem planè de nouis ex veteribus hæresibus sta-
tuendum erit. Hieronymus tom. 1. in epistola ad
ad Principiam cap. 5. ait cauteriatam eos habere
conscientiam, & ob libidinosas hæreticas fœmi-
nas to. 1. epistola 29. ad Theodoram hæresin ipur-
cissimam vocat. & in Catalogo de Viris Illustri-
bus in Nouatiani vita hæreticos ambitiosos vo-
cat

cat quia Nouatianus contra Cornelium sacerdotalem Cathedrã conatus fuit inuadere. Quin & crudeles sunt Catholicosque in exilium ejciunt, nisi suæ fidei velint subscribere, vt in Catalogo virorum Illustrium in Lucifero ostẽdit. Blasphemiam in apertam prorumpunt vt in Eunomio ibidem testis B. Hieronymus, & blasphemia Caluinistarum in Eucharistiam non est ignota. eandem blasphemiam in B. Mariam virginem exercuit Heluidius to. 2. epistola aduersus Heluidiũ cap 8. idem S. Hieronymus, nec ab ea blasphemia matris domini alieni sunt Caluinitæ. Hæretici ventri & gulæ immoderatæ dediti to. 2. lib. 1 contra Iouinianum ca. 2. & voluptuosissimi concionatores, ibidem in fine, dæmonum turbinibus exagitantur & sunt superbissimi tom. 2. li. 2 contra Iouinianum ca. 2. in fine Proteos & lubricos serpentes ac Epicureos vocat. ibid. ca 13. rursus Epicureos Baccho & Veneri deditos gloriari in multitudine discipulorum ibidem c. 19. in principio idem de luxuria. Iouiniani & Epicureismo sæpe identidem repetit. ibid. cap. 19. & in medio & aduersus Vigilantium ca. 1. persequutiones mouent tom. 2. epist 56 ad Apronium, & laborant inuidia tom. 2. epistola 61 ad Pammachium ca. 4. contra eorum maledicentiã & blasphemias disserit to. 2. lib. 2. aduersus Ruffinum ca. 5. & lib 3. aduersus Ruffinum cap. 11. non esse tamen nobis regerenda conuicia latè probat, ibidem Impudicos esse hæreticos exemplo Priscilliani confirmat tom. 2. aduersus Pelagium ad Cteſiphontem blandos esse adulatores ad simplicem popellum decipien-

dum to.2.libr.1. Dialogorum aduersus Pelagium cap.2 Blasphemiam Vigilantij perstringit tom.2. epistola 75.contra Vigilantium. proprium hæreticorum est discerpere vitam Catholicorum & & maximè sacerdotum to.2. epistola 78. nec victi quidem cedunt to.2.epist. 79 ad Alipium & Augustinum assidua mouent contra Ecclesiam bella to.3.epist.103.ad Paulinum blasphemiam Montani retundit to.4.proœmio in Esaiam, populo adblandiuntur.to 4.c.1.Esaiæ.ex superbia ædificant turrim Babylonis.to.4.l.2.Comm.in cap.5.Esaiæ. Lucifer hæreticorum caput.tom.4.lib.6. Comm. in cap.13. Esaiæ. De Ecclesijs Christi faciunt synagogas Diaboli tom.4.libr.6. Comm.in cap.Esaiæ 13. superbiæ turrim ad cælum vsque volunt exstruere tomo 4.lib.6.Com in cap.16.Esaiæ.Auari hæretici & hypocritæ ibidem mendaces & gulosi tom.4.libr.9. Commentar. iu cap.30. Esaiæ. Sectarij nullam retinent veritatem tom. 4. libr.15. Comment. in cap. 65. Esaiæ. De hæresibus nulla dubitatio est, quin secundum falsam fidem vniuersa falsa possideant tom.6.libr.2 Comment.in cap. 4. ad Ephesios. Cur igitur non & falsam corruptamque Disciplinam? Ecclesiæ puritatem sua polluunt turpitudine.tom.4.libr.1.Commentar. in cap.2.Hieremiæ gulæ & ventris causa extruunt hæreses.in cap.3. Hieremiæ. hypocritæ. in cap.9. Hieremiæ, latrantes canes in Proœmio Hieremię: Doctores Ecclesiasticos persequuntur in cap.20. Hieremiæ:per dæmonem loquuntur in capite 23. Hieremiæ : famosos libellos spargunt. ibidem hæreticorum vita delicata & voluptuaria.in cap. 23.Hie-

23. Hieremiæ blandiuntur auditoribus & eorum verba suns paleæ. in cap. 23 Hieremiæ Praxin impudicam exercent sub prætextu pietatis. in capite 29. Hieremiæ: Hęretici Epicurei falsitate dogmatum suorum simulant se prædicare virtutem. in cap. 13. Ezechielis: sunt inconstantes. in cap. 16. Ezechielis: serpentes sunt & seductores. in cap. 32. Ezechielis. Diabolus eorum princeps. in capite 38 Ezechielis: sunt impudentissimi. in capite 8. Ecclesiastis: imò omnia vitia concurrunt in hæreticos. in cap. 39 Ezechielis: impediunt bona opera in cap. 6. Oseæ: ab errore gentilium parum differunt. in cap. 7. Oseæ: veritati miscent mendacium & magnus sensus eorum princeps. in cap. 12. Oseę: omnes nempè 4. gradus peccatorum in hæreticis inueniuntur. in cap. 1. Amos. falsam habent armaturam. in cap. 2. Amos. Inepta & insana figmenta habent & commiscuntur. in cap. 4. Amos: vaccæ sunt pinguissimę. in capite 4. Amos: blandi adulatores sunt & capiunt munera in cap. 5. Amos: hæretici & Iudęi deteriores sunt persequutores Ecclesię quam ethnici. in cap. 1. Abdię: hęretici terrenam & carnalem habent doctrinam. in cap. 1. Micheę: annunciant fausta munerum causa, sola fide blandiuntur suis absque operibus. in cap 3. Micheę: hęreticorum fontes corrupti & decipulę eorum sophismata. in capite primo Nahum: ornata & expolita verborum folijs dogmata hęreticorum. in capite 2. Nahum: Carmen Syrenarum blandities hęreticorum. in cap. 3. Nahum: quod si teste Tertulliano, Doctrinę index est Disciplina & contraria

ç ontrariorum ſunt conſequentia, habetque Caluiniani peruerſam Diſciplinam de doctrinæ falſitate quis dubitabit? Philumenam virginem hæreticam angelus Diabolici ſpiritus impleuerat in ç.1. ad Galatas. ſunt leues & inconſtantes. in c. 4. ad Epheſios non ſunt digni Chriſtianorum nomine cum violent nouum & vetus teſtamentum & quod ijs in ſcripturis aduerſatur eradunt, in proæmio in epiſtolã ad Titum. mendaces ſunt in pſal. 5. ſepulchra dealbata & hypocritæ ibidem. portæ mortis in 9. pſal. ſimplicem multitudinem decipiunt in pſal. 67. ſerpentibus comparantur in pſal. 1339. Inſtabiles ſunt in pſal. 143. contentioſi ibidem docent viam latam non anguſtam tom. 7. in plalmos fol. 178. fa. 1. lautus eorum ſermo in plal. 143. ſed lingua virulenta. in 2. expoſitione in pſalmum 119. ex his D. Hieronymi verbis facilè quilibet per ſe colligere poterit, qualis hęreticorum & Caluiniſtarum ſit Diſciplina aut eſſe poſſit. Adde iam me ingenuè quoque fateri in libris Ioannis Caluini, in locis Communibus Petri Martyris & Sadelij lib. de Diſciplina & Ioannis à Laſco de Diſciplina & apud Bucerum in libris de Regno Chriſti multa pulchra & præclara exſtare de hoc argumẽto & maximè in Synhodis Caluiniſtarum Belgicis & Gallicis, ſen tantum reuera rem inſpiciendo minuta ſunt & tenuia hæc omnia, ſi cum Catholicorum ſcriptis de Diſciplina, quorum quatuor his libris meminimus, conferantur. Quin & in Anglia duplex Caluiniſtarum genus. De diſciplina quoque diſparem tuętur opinionem, ſicuti & in Officijs Eccleſiaſticis

ab

ab ijs variari alibi obſeruauimus. etenim rigidũ illud Caluiniſtarum genus quod ſe Puritanum vocat, omnem Diſciplinam quæ ex iure Canonico hauritur, abominari videtur contra alterum genus, quod Caluinopapiſtarum vel non reſidentium appellatur, Diſciplinam Canonum nobiſcum amplectitur libenter. Et vt ſemel omnia ac breuiter dicam Caluiniſtæ Catholicorum magna ex parte ſunt ſimiæ in tractatib. de Diſciplina. nam quicquid boni habent in hac materia, ex noſtris fontibus in ſuos riuulos deriuarunt, exceptis ſuis commentitijs commentis ſeu figmentis & additionibus proprij cerebri, quæ vniuerſæ antiquitati, vt ſuo loco & tempore oſtendemus, aduerſantur. Quid verò mirum proteri & conculcari ab ijs ſolidam canamque veterum Diſciplinam, cum Diſciplina doctrinæ index ſit & teſtis, & vocata in dubium re omniũ maxima & ſanctiſſima religione, leges item moreſq; antiquos, virtutem omneque honeſtum in dubium vocari, hominem potius hæc inſtituto & opinione quam vi & natura ſua conſtare: ficque omnis honeſti rectæque rationis habenis ſolutis, omnique diſciplina ſublata, à virtute ad vitia non iam pedetentim & lento gradu ſed præcipi curſu diſceditur, ſic omnis honeſti alea proijcitur. Nam vt firmæ & conſtantis de religione opinionis, omnis ordo, diſciplina, virtus & honeſtas inſeparabilis & perpetuus comes eſt, quarum rerum illa mater, nutrix exiſtit & cuſtos, quarum munera & præmia ſecum defert, quibus item maximum decus addit, ſummamque facit fidem & auctori-

D. Stapletonij Triplica VVithakerũ contra li. 2. cap. 19. pulcherrimè.

tatem; Sic vera & constanti religione perturbata aut penitus ex aliqua Repub. sublata ac in perpetuum exilium acta, comites eius virtutem, honestatem, Disciplinam legum atque magistratuum auctoritatē excludi est necesse. Quid enim illum animum potissimum mouebit, quem metus diuini numinis omnia perspicaci suo oculo intuentis non mouet, aut quid apud illum magnum erit, apud quem ea, quæ maxima & sanctissima sua natura sunt, momentum habet nullum. Diuturnæ febri est persimilis doctrina Caluinistarum, quæ nunquam ægrum deserit, nisi prius aliquod vitium tanquam signum & monumentum sui in ægro corpore reliquerit sic Doctrina Caluinistarum signum suæ corruptelæ relinquit pessimam corruptissimamque Drsciplinam. Sed ab eorum corypheo & quasi architecto Ioanne Caluino exordiamur, qui huius causæ signifer est. Is in suis Institutionum libris nonnulla de disciplina Ecclesiastica præclara quidem suppeditat, sed vt perpetuò in omnibus ferre proteo inconstantior & Chamalæonte mutabilior sibi ipsi in hac re contradicit multaque tradit, quæ priorem eius doctrinam funditus euertunt, de priori antea de posteriori postea videamus. Itaque l. 4. Institutionum ca. 12. de Disciplina quædā tradit, quæ rectè explicata & intellecta sanius vtpote ex nostris fontibus deprompta & hausta recte quidem se habent. sed dum libr. 2. Institut. capit. 7. sect. 5. 6. 7. explicans vsum legis docet ad externam disciplinam conseruandam tantum eā esse traditam vt & in Concordiæ formula de ter-

vide capit. 19 lib 4 Instit. de Libertate Christiana.

tertio vsu legis, folio 566. & 585. habetur. cum interim ab obseruatione legis nos liberet imò legem ibidem doceat impossibilem obseruatu, nonne quod antea extruxerat bene, iam malè destruit? Nonne cum lib. 4. Institutionum cap. 10. v. 12. nouitios canones vmbratile & euanidum Disciplinæ spectrum appellat, Decretum Gratiani intelligens cum Luthero sentire videtur, totum Decretum aureum Disciplinæ Ecclesiasticæ Corpus flammis tradendum & absumendum esse, in quo sanè non noui sed per antiqui Canones continentur plurimi insignes. Quisquis sanè aureũ Decretum Gratiani thesaurum & Corpus præstantissimum totius disciplinæ Ecclesiasticæ ex omnium grauissimorum Canonistarum iudicio aspernatur; is se Capitalem hostem disciplinæ Ecclesiasticæ, quicquid interim simulet, profitetur, Consentaneè interim veritati docet idem l. 4. Instit. c. 16. & c. 1. ob Disciplinæ neglectionem non protinus Ecclesiam esse deserendam & in li. 3. Instit. c. 4. Pœnitentiam esse Ecclesiæ disciplinã & vitæ austeritatem in satisfactionibus, sed male reprehendit veterum Patrum & aliorum in florenti Ecclesiæ statu Disciplinam eosq; omnes immodici rigoris accusat vt palpum obtrudat populo, cum multi hodie docti & pij viri optarent veterem illam disciplinam posse restitui. Nec inficiamur aut tergiuersamur veram vitę correctionem à radice prima nempe mentis renouatione proficisci vt eodem capite 758. recte asserit Caluinus, sed per mentis interiorem reformationem exteriora pœnitentiæ opera minimè excludũtur.

li. 3. c. 4. ver. 25.

ver. 38. & vlt. c. 4. lib. 3.

Pro-

Profectò veriſſimè & rectiſſimè Epiſcoporum officium eſſe dicit l.4.ca.7 v.27.plebis & cleri licentiam diſciplinæ ſeueritate coercere, & inter tria officia Epiſcopi tertium eſſe monere, hortari, corrigere eos qui peccant, ac in ſancta Diſciplina populum continere l.4.Inſtitut.c.7.v 23.& v.6.eodem cap.& lib.4. & poſtremum caput Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ Epiſcopalis contineri monitionibus caſtigatorijs aut cenſuris. Sed móſtri ſimile foret, videre Epiſcopum Caluinianum, cum ius ordinandi Epiſcopos apud ipſos omnino deficiat vt docet Hieronymus contra Luciferianos & nos infra latius oſtendemus. ideo priſca Diſciplina, quæ exactiorem cenſuram de morib. cleri fieri præcipiebat apud nos fatemur aliquantulum vt hoc tribuamus Caluino l.4. Inſtitutionum ca.5.v 14. apud ipſos vero Caluinianos ſi rectam & veram antiquam formam ſpectes omnimodo obſoleuit. Pronunciat quoque non inrectè lib.4 Inſtitut.cap.4.ſect. 4.propter diſciplinæ cõſeruationem inſtitutos Archiepiſcopos, patriarchas, primates Neque incommode docet de modo & forma obſeruãda in Diſciplinæ exercitio lib. 4.cap.10.ſect.10. Faceſſat modo abſciſſa ſæuaq; aſperitas & tribunal illud, quod reorum ſcopulus iure nominetur. Non enim is ſum, qui aut importunæ ſæuitię faueam, aut æquum iudicium probari poſſe cenſeam, niſi ſemper aſſidente optima illa regum conſiliaria & certiſſima, vt Salomo affirmat Prouerbior. 20. ca. regij throni conſeruatrice clementia quam primam eſſe principum dotem verè à quodam olim dictum eſt.

Verum-

Vtrunque tamen magistratui videndum, ne aut animi seueritate vulneret magis quam medeatur: aut superstitiosa clementiæ affectione, in crudelissimam incidat humanitatem si molli dissolutaque indulgentia cum multorum pernicie diffluat. Est enim & illud non absre quondam sub Neruæ imperio iactitatum apud Dionem, Malũ quidem esse sub principe viuere, sub quo nihil liceat, sed multò peius sub quo liceant omnia. hæc tametsi de magistratu politico proferat, tamẽ ex similitudine rationis etiam ad Principem & magistratum Ecclesiasticum pertinent. & libr. 4. Institut. c. 7. inter quatuor partes potestatis Ecclesiasticæ secundam statuit Admonitionem & Censuram. Obijcit nobis Ioannes Caluinus in Commentarijs in cap. 7. Oseæ: In Papatu nulla est doctrina quæ sit instar cauterij, vel quæ sanguinem eliciat, quoniam quiescunt Papistæ in suis fecibus ideo non apparet ipsorum peruersitas: sed hæc dicta commodè in ipsos Caluinistas retorqueri possunt. habent illi doctrinam & conscientiam cauteriatam, quæ sanguinem eliciat, sitiat, ebibat miserorum, quæ sanguinis effusione violenta crescat, vt de illa secta sanguinolenta affirmari possit quod Thomyris regina cùm oblatum sanguinolenti regis Cyri caput sanguinolentum intingeret addens hæc verba dixisse fertur. Sanguinem semper sitiuisti, iam te sanguine satia. Christianus Massæus lib 7. Chronicorum Mundi: testis est calamitosa Gallia, & insuper inferior Germania. Sed vt paucis absoluam Disciplinam Caluinianam, quam perperam Caluinus senserit de ea & scri-

scripserit cum ex plurib. alijs, tum ex tribus potissimum colligitur, primò per hoc quod l. 2. c. 7. Christianos liberat ab obseruatione legis, imò in v. 8. seq. lege impossibilem obseruatu statuit, secundo per id quoque omnem honestæ Disciplinæ rationem euertit, quod nudam & solam fidem absque bonis operibus iustificare libr. 3. cap. 11. v. 13. & seqq. omni conatu docet & in seqq. capitib. bona opera nihil mereri asserit, & ab omni iustificatione excludit, denique quod libr. 3. cap. 19. libertatem Christianam in eo positam esse asserit, quod ab omni legis obseruatione & iugo per Christum simus liberati ver. 2. 3 4 5 6. Conqueritur meritò pius & doctus Dei sacerdos D. Archibaldus Hamiltonius lib. 2. Confusionis Caluinianæ cap. 3. in Scotia per Caluinianos ministros omnem disciplinam è medio fuisse sublatam hisce verbis.

Et prima quidem ad decipiendum *fraus in* ementita sanctitatis specie fuit posita, qua vt proficeretis magis non vulgarem sanctimoniam cuiusquam eorum qui propter pietatem in Deum homines commendati in Scotia vixerunt, sed Apostolorum ipsorum puritatem præ vobis tulistis, hinc quæ ab ore vestro prolatæ tunc temporis audiebantur voces, aliud nihil quam Christianorum pietatem, quam lucem Euangelij, quam religionis castissimæ sanctitatem, quam cœlestem denique disciplinam & tantum non in terris angelicam viuendi rationem promittebant. Post hanc altera successit ad popula-

pularem occupandam gratiam palàm magis efficax, ea autem erat sub libertatis Euangelicæ prætextu laxata populo licentia, non tantum sacra illotis manibus tractandi, sed eiectis legitimis pastoribus alios quos vellet constituendi, quæ ad has accessit tertia omnium efficacissima fuit, sine cruciatu, sine labore, sine molestia, siue omni corporis castigatione viuendi vt quisque vellet permissa potestas, aut præsentissima potius ruendi in peius occasio immissa, per quam, quæ aspera & molesta erant, prædicatione vestra sublata, quæ blanda & ad voluptatem composita videbantur, ea abundè propinata fuerant, vt si exempli causa restitutio, aut quæuis alia pro peccatis satisfactio iniustis alienarum possessionum inuasoribus, durior doctrina videbatur, eam asperitatem vestra blandiloquentia non tantum emolliebat, sed in maximam viuendi licentiam conuertebat: dum satisfactiones quasuis pro peccatis ad commentitiam hominem doctrinam nullo Dei verbo subnixam retulistis consimili modo si libidinosis hominibus omnis carnis castigatio molesta erat, eam vno verbo remouistis, dum ieiunia, vota, & alias omnes pro carne edomanda pietatis exercitationes quasi humanas tradiunculas damnastis. Si denique peccata confiteri, aut vllo diuini iudicij metu terreri graue & molestum fuit, & hanc quoque vtranque sollicitudinem, in summam viuendi vel securitatem vel facilitatem subtiliter conuertistis, dum diuini iudicij metum, diffidentiam, confessionem peccatorum conscientiarum carni-

carnificinam à diabolo pro excruciandis hominibus & ad desperationem adigendis excogitatam esse docuistis. Post quæ illectamenta alliciendis infirmis nimis per se alioqui efficacia vt spes prædæ in diripiendis Ecclesiasticis bonis & immunitate Decimarum obtinenda tanquam offa quædam obiecta fuit: factum subitò est, vt Euangelium vestrum his modis populo commendatum, longe acceptissimum redderetur plurib. vno fere momento ad illud confluentibus, quam in prisca fide veteri doctrina ac disciplina multò licet magis salutari perstabant. neq; sanè mirandum fuit, si homines rerum imperiti & à labore ad libidinem alioqui procliues, ea doctrina facil limè caperentur, quæ citra omnem corporis & animi cruciatum, cum iucundissima libertate fœlicitatem vix votis sperandam promitteret: quæ vnumquemque verbi diuini quasi spiritalis cibi propinatorem, interpretem & iudicem sibi ipsi constitueret; quæ deniq; non modo peccandi impunitatem peccatorum confessione & pro ijsdé satisfactione sublata, præstaret sed in pastores etiam acriter & seuere animaduertendi potestatem faceret. hinc quanta omnium ordinum confusio sequuta sit, etiamsi verbis eam tegere & dissimulare vehementer nunc cupitis, deploranda tantum Reipu. nostræ non tam immutatæ quam inuersæ facies omnium oculis contuendum subijcit, nulla hoc loco Itali pictoris arte vel mea exaggeratione opus est. Clarius ac disertius, res ipsa loquitur, quam quisquam non dico penicillo ducere, aut verbo exprimere, sed ne ingenio quidem

quidem & cogitatione consequi queat. Sed ne eius quidem confusionis deformitatem ipsi vos sub finem occultare potestis. tantum quam fateri veritas nimium testata compellit, eam in corrupt æ naturæ rebellionem omnibus hominibus communem more vestro transcribitis, vt quod doctrinæ vestræ acceptum referri debet pestiferæ, id in aliam causam deriuatum minus sentiatur. At enim si corruptæ naturæ vitio tam inordinatæ ἀξιώσεως malum dandum esset, illud etiam superioribus seculis in quibus homines patri naturæ infirmitate laborabant aliquando obuenisse oportuisset nunc vero populo propinata libertas & inde inducta confusio, quam maiores nostri nunquam viderunt, noua quædam pestis est, non cum omnibus, vt vos falsò fingitis, sed cum valde paucis aut potius cum nullis vobis communis, frustra igitur & nequicquam corruptæ naturæ rebellio hoc loco à vobis infertur, quæ licet in quæuis mala satis per se ipsa propendeat, tamen nisi stimulis vestris irritata, non tam breui temporis spacio tantos in impietate progressus fecisset, quod iaque doctrinæ istius pestiferæ, quæ alioquin infirmam naturam totam infecit, poculum propinastis: quod malorum irritamenta speciosis artibus occultata subiecistis: quod non tantum currentes adactis stimulis incitastis sed incitatos præcipitastis, non patriæ sed vobis crimini vertitur. Illud si à vobis remouere vultis: doctrinæ capita quæ commemorauj, in populum per vos omni studio disseminata fuisse negate. Sin ista non tantum non negatis,

sed mordicus defenditis cur non etiam in vobis causam impietatis repositam agnoscitis? An potest esse vobis aut cuiquam dubium, eos, qui non tantum impedimenta non remouent, sed præeuntes viam commonstrant, blandimentis inuitant, adeoque incitant, causam præcipitij grauioris existere? Aut an illud etiam obscurum est, maximum ad quæuis flagitia incitamentum esse, cum impunitate permissam, vt quisque velit, viuendi licentiam? in quo sublato iudicij diuini metu & securitate inducta, id modo curet, vt in credentium numero verbis ad pietatem effictis quisque habeatur. hanc opinionem omnium maximè pernicioſam, cum vestræ doctrinæ illecebris in mentes hominum inferri constet, & in dictis factisque vestris magna inconstantia deprehenditur. hæc hactenus præclare ille de corrupta & collapsa disciplina Caluinistarum cum annexa causa corruptæ & falsæ doctrinæ, quia *Disciplina* semper doctrinæ index est, vt loquitur antiquissimus Tertullianus idem libro secundo, capite tertio, Caluinianæ Confusionis pugnantium dogmatum Caluinianos architectos nominat ait duos magnos, si placet dijs, prophetas eorum Knoxium & Goodmannum ex professo captasse occasionem armandi populi in principem. Dum Goodmannus Iudiciarias leges & totam Iudæorum politiam necessariò Christianis seruandam: ille pro principe non modò non orandum, sed etiam male imprecandum verbo & exemplo plurimis ad populum habitis concionibus doceret, quantæ inde inter plebeios rixæ? quantæ

inter

inter vosmetipsos verborum contentiones & pugnæ excitatæ sint meminisse etiamnum potestis. Certe Audreapolitanus ille suggestus, à quo furoris & insaniæ plurimæ argumenta, ad multos simul menses detonabant, & in quo diuersæ sententiæ actores contrariam vicissim fabulam agebant testis esse potest. Fuit igitur potissima eorum dissensio de Disciplinæ Ecclesiasticæ forma an tota Politia Iudæorum in vsum foret reuocanda. hactenus Hameltonius libr. 2. capit. 3. Confusionis Caluinianæ. Accedit alia huc efficacissima probatio, quod frustra de exculta per ipsos Disciplina glorientur Caluinistæ, cum certo certius & vero verius euidentissimè ex eorum libris demonstrari atque conuici possit, eos potius omnem honestam Disciplinam sustuliisse atque euertisse. etenim cum peccatum Originale vsque adeò exaggerent & amplificent etiam in renatis & baptizatis, admirabilesq; fructus eius & effectus augeant in immensum manere in tinctis doceantque illud penitus non tolli sed radi, flammamque Concupiscentiæ quasi inextinguilem statuat & quasi Aethneum quendam ignem perpetuò flammas efflantem & quasi caminum ardentem & furnum sine refrigerio, hominemque à capite ad pedes quasi diluuio quodam peccato Originis obrutum atque oppletum, quomodo obsecro tale subiectum animusq; tam vitiosè affectus ad honestam morum correctionem & emendationem per Disciplinam vllo modo conformari poterit? præterea vt præclarè docet D. Thomas Stapletonius. libro 11. de Iustificatio-

catione capite primo de causis peccati, hæretici horum temporum præcipuè Caluiniani peccati regnum varijs modis confirmarunt circa causas, remedia & discrimina peccatorum, vt non tam per Disciplinam bonam peccata corrigere quam dominium & imperium peccatorum augere voluisse omnino videantur. etenim cum Christi aduentus, passio, & gratia ad peccati destructionem fuerint destinata, nonne dum hæretici publicum quasi patrocinium peccati suscipiunt & peccati regnum stabilire ac erigere volentes, de causis peccatorum, differentia & remedijs pestilentissima docent omnem Disciplinam Ecclesiasticam funditus euertere voluisse iudicandi sunt? quæ tria cap. 1. libri 11. de Iustificatione, planissime ex eorum libris Stapletonius docet, quæ breuitatis studio prætereo, & ad locum insignem nominatum benęuolum Lectorem remitto, vt inde hauriat ad satietatem, *solida* enim sunt & firma adde iam quod *palmarium* est Doctrinam Caluini, quicquid contra eosdem scribat Libertinorum secta, quæ omnem penitus Disciplinam tollit, causam & occasionem præsuppositis Caluini fundamentis, præbuisse vt docte & accurate docet Politianus Bellarminus, libro 2. de Amissione gratiæ & Statu peccati capite septimo præcipue iunctis tamen capit. 3. 4. 5. 6. 8. 9. 10. & sequentibus. Capite autem septimo libri 2. dicti hæc colligit ac ratiocinatur ex prædictis, quod si blasphemum & Christianis auribus intolerandum videtur Deum esse peccati auctorem & solum ipsum vere peccare, vt ex doctrina

ctrina Zuinglij, Caluini, Bezæ prioribus capitibus collegerat, nihil iam restat aliud, nisi, vt aduersarij dicant, nunquam esse nec fuisse vnquam peccatum. nam neq; homines peccant cum quicquid agunt, Deo iubente & impellente atque adeo necessitatem adferente faciant, neque Deus etiam peccat, cum ipse, qui summum bonum est, nihil facere possit mali. atque hoc ipsum est, quod Libertini volunt, quos Caluinus à se genitos immeritò recusat agnoscere, atqui si peccatum non est, aut si liberum est nec punitur, quomodo erit vlla Disciplina, quæ est correctio peccati. Tanta autem est huius Libertini dogmatis absurditas, vt vel ex ipso satis Caluinus admoneri potuerit, vt cogitaret quam pestilentem & perniciosam doctrinam toto mundo inuexerit. Nam si semel tollatur discrimen boni & mali, sicuti tollere conantur Libertini, continuò fides ac religio, qua Christiani sumus, tollitur è medio & omnis Politica gubernatio ac disciplina per quam homines cum hominibus congregantur, penitus interibit. Nam si nullum est in mundo peccatum tota scriptura diuina, quæ passim per disciplinam peccata corrigit ac reprehendit, falla erit, nulla quoque erit gehenna, nullum erit extremum iudicium, ipse etiam Christus frustra venerit in mundum peccatores saluos facere, frustra mortuus & passus est, vt sua obedientia Adami inobedientiam expiaret, frustra instituit sacramenta futura remedia & præsidia peccatorum si hæc omnia ita se habent, quorsum Christiani sumus. Ac vt omit-

tamus religionem, si parricidia, adulteria, furta, proditiones, &c. peccata non sunt, certè iustè puniri nequeunt; si verò talia impunè perpetrentur quo pacto sublata Disciplina vlla societas hominum diu stare poterit? sed non est opus hos Libertinos à Caluino oriundos verbis aut rationibus confutare, qui cum ipso lumine rationis apertissimè pugnant. Recte enim admonuit Aristoteles libro 1. Topicorum cap. 9. eos, qui de rebus clarissimis dubitant, non esse verbis, sed verberibus coercendos. hæc hactenus Bellar. libr. 2. de Amissione gratiæ & statu peccati capite septimo. Theodorus Beza in Confessione Christianæ fidei capite 5. de Politia Ecclesiæ satis prolixè agit nempe à folio 192. vsque ad fol. 249. Specialiter autem & propriè de functione præsbyterij & disciplina cap. 5. ab articulo 32. vsque ad articulum 35. & cap. 5. articulo 43. De ea parte iurisdictionis. quæ ad Correctiones spectat & Disciplinam Ecclesiasticam; horum autem examen differo in aliud tempus, quando si Deus vitam benignæ suæ gratia dederit, examinabo ex professo vniuersam Disciplinam Caluinistarum tam in eorum manuscriptis Synhodis, quam diuersis de Disciplina libris comprehensam; illud monere breuiter contentus quod malè distinguat inter ciuiles pœnas & Ecclesiasticas, quod videlicet præsbyteri, neque carceribus neque mulcta pecuniaria aut pœna corporali vtantur. Carcerum pœna in Iure Canonico vsitatissima & receptissima est, adeò vt innumeros canones adducere superuacaneum videatur. Pecuniara pœna fuis-

na fuisse multatos hæreticos & Donatistas ex multis locis D. Augustini constat & ex Iure Ciuili.

Corporali autem pœna affici posse aliquos post Degrationem omnia iura de Degradatione loquuntur & canones. Quin & Belgica lingua extat Apologia scripta continens Christianam & iustam defensionem Caspari Coelhaessen Ministri diuini verbi Leydensis, qua se verè sine omni blasphemia excusat & defendit contra maleuolos, qui eum falsæ doctrinæ nomine & malæ vitæ accusant edita forma Dialogi in quo duæ personæ colloquuntur, Anno domini 1580. in qua agitur Dialogice prolixè per tres arcliniones de Disciplina Ecclesiastica & præsertim quatuor præcipua capita persequitur primum est de vocabulo Disciplinæ & quid generatim, & quid propriè significet, secundum de auctore Disciplinæ agit, tertium de fine, quartum explicat quæstionem.

An possit etiam Ecclesia rectè sine Disciplina Ecclesiastica subsistere. Purgat autem & tuetur se hac Apologia contra suos aducrsarios, qui eum insimulabant, quod niteretur Christianam Disciplinam tollere & penitus interimere. Spargebant qaatuor de Disciplina rumusculos & opiniones.

Prima erat quod per Ministros Magistratui Leydensi Ecclesiæ Disciplina sit erepta altera, quod Disciplina ab Ecclesia in curiam & forum sit translata, tertia multi sunt prædican-

dicantes & Auditores etiam, qui censent quod nec in Saxonia, nec in Hassia & alijs Germaniæ Ecclesijs vlla omninò amplius reperiatur Disciplina, sed prorsus sit exstincta. Quarta & vltima opinio est eorum, qui iudicant quod apud solam Ecclesiam Geneuensem vera & solida germanæ disciplinæ ratio & forma resideat & apud nullam aliam. ideoque isti alias Ecclesias præter solam Geneuensem contemnunt, & sibi persuadent, quod nulla Ecclesia mereatur nomen Christianæ Ecclesiæ, nisi ad formam Geneuensis & Francicæ Ecclesiæ insigniter reformata sit & restituta. Huius etiam Dialogi examen atque discussionem in suum locum tempusque conueniens reijcimus, ne hic liber æquo prolixius excrescat atque sese extendat, adijcere his possumus Martinum Bucerum, qui licet Lutheranus initio fuerit: postea tamen videtur semina Caluinismi in Anglia sparsisse is, inquam, Bucerus in libro 1. de Regno Christi capite octauò agit de Disciplina vitæ & morum administratione, & libro primo capite nono. De Disciplina pœnitentiæ administranda. Pertinent quoque ad argumentum de Disciplina libro 2. de Regno Christi cap. 55. & 60. & libro 2. capite 12. & libro 1. capite 4. Petrus Martyr quoque Classe 4. locorum communium capite 1. folio 746. docet politiam veterem Ecclesiasticam intercidisse, & dolet vehementer habetq; insignem locũ de visitationibus Ecclesiarũ & qualesnã ipsi visitatores esse debeant & Classe 2. cap. 3. fol 186. Disciplinã definit facultatem quandam, quæ hominum actiones & electiones ad rationem accommodet, idque

que doctrina, correptionibus, monitionibus & & pœnis afficit cùm fuerit opus. Confert lib. 10. Eth. c. 9. Disciplinam cum agricultura, quæ vt habeat successus optatos solum fertile requirit: deinde culturam decentem & operosam, postremò bona & vtilia semina, & si quid horum trium defuerit fructibus exspectatis destituimur: solum naturæ respondet, cultus disciplinæ exercitationi: sterilis ager bene cultus fert fructum & feræ bestiæ cicurari possunt &c. hęc ille. & Petrus Martyr Classe 4. Locorum communium cap. 5. De Disciplina & Politia & de ordine in Ecclesia, ac nominatim de excommunicatione quædam pulchra præclara satis copiosè tradit, inter alia inquit: ex intermissione Disciplinæ multitudinem corruptelarum in Ecclesiæ corpus inundasse ac irrepsisse; sed Petrus Martyr ex nostris fontibus suos irrigauit riuulos, & Caluinus Martyris præceptoris sui vestigijs institit lib. 4. c. 12. de Disciplina. Horum quoque vt & superiorum discussionẽ alij operi, loco & tempori reseruo, in quo statui gubernationem Ecclesiæ Caluinisticæ totamque politiam & Disciplinam tum in libris editis, tum in synhodis manuscriptis comprehensam ad normam priscæ Disciplinæ & antiquitatis Ecclesiasticæ formam explorare: nam argumentum maximi ponderis vniuersam legitimam Ecclesiæ gubernationem attingens, non poterit hoc libro expediri, in quo volui ex omni genere literarũ, studiorum, variaq; lectione auctorum hoc necessariarum absoluiè argumentum & vtilissimũ per quod solũ consistit vel interit Ecclesia, illustrare.

Synagoga Proteſtantium turpius eſt ordinata quam Paganorum quoad regimen Eccleſiaſticum id docet doctè, pulchrè & prolixè Guilielmus Roſſæus ca. 9. libri de iuſta confœderatione Principum Catholicorum contra hæreticos. Petrus Martyr in Locis Communibus-claſſe 3. c. 9. f. 620. lib. 8. & 25. Diſciplina Eccleſiæ in ſatisfactionibus penè funditus interijt. In Concertatione Anglicanę Apologiæ ca. 6. fol. 269. b. Mutata & ſublata eſt omnis Diſciplina & honeſtas in Anglia, ſicuti Eraſmus contra pſeudoeuangelicos neminem dicit ſe vidiſſe meliorem factū ex ſectis, ſed ſemper factos deteriores. Porrò Caluiniſtarum & Lutheranorum Diſciplina illa vulpina. hæc ſimiarum luſus ſatis præter nominatos antea libros libris explicatur in libris ſequentibus. In Agenda Lipſiæ impreſſa, Anno Domini 1564. pro Miniſtris Ducis Saxoniæ Hērici agitur copiosè von der Kyrchengerichten, de iudicio Eccleſiæ ædilitio & Cōſiſtorio, de exceſſibus, blaſphemijs, adulterijs, impudicitijs varijs contemptu doctrinæ Chriſtianæ & Sacramentorum, tandem additur tractatus de Viſitatione, ibi inter cætera proponuntur 30. Interrogatoria proponenda viſitatis. Inde de Synhodis. hæc omnia à fol. 81. vſque ad foli. 88. quæ licet à Lutheranis ſint tradita, tamen Caluiniſtæ ab hac forma non abludunt, ſed conſentiunt, ideo etiam inter Caluiniſticam Diſciplinam retuli. In Agenda Nurenburgenſi Viti Theodori edita Anno 1563. c. 14. agitur per 8. folia latè de Excommunicatione, quomodo & contra quos ea vtendum ſit. In Agenda Heydelbergenſi edita Anno 1585. fo.

folio

folio 66. agitur de excommunicatione, sic & in Agenda Mompelgatẽsi & alijs de Disciplina pertractatur, Mompelgartensis maximè tractat de disciplina & gnbernatione Ecclesiæ quæ omnia suo tempore examinabuntur & discutientur. Patres seculi Cypriani à Caluino & Magdeburgensibus centuria 3. ca. 4. damnantur omnes, quippe qui doctrinam de Disciplina Pœnitentiæ mirè deprauarunt omnes, quo pacto? nam canonum austeritas, quæ viguit ea ætate, maiorem in modum displicet huic secte plausibili, quę triclinijs aptior est, quam templis, voluptuarias aures titillare & puluillos sub omni cubito ponere. Ezech. cap. 13. vers. 18. sic libidines monstrosę ex hæresi Iouiniani prouenere, vsque adeò non seruant disciplinam hæretici. Baronius tomo 4. Annalium, folio 629. ipse Arrius Epicureus Crapularum librum scripsit idem Baronius tom. 3. Annal. Caluinus lib. 3. ca. 3. Institutionum vers. 16. reprehendit veterum nimiam seueritatem in disciplina satisfactionum. Prodijt de Politia & Disciplina Ecclesiastica Caluinistarum Anno Domini 1595. in autumno scriptum prolixum & copiosum ex omnibus eius argumenti libris & praxi eorum collectum per Pastorem Herbornensem, quod nos excussimus, & suo tempore Deo volente vnà cùm Synhodis Caluinisticis Gallicis & Belgicis latius discutiemus & examinabimus.

CAPVT

CAPVT IX.

De Libro Rupellæ impresso Epigrapha Ecclesiasticæ Disciplinæ & Anglicanæ Ecclesiæ ab illa aberrationis plena è verbo Dei & dilucida explicatio.

TAmetsi examen & inquisitionem reliquorũ librorum Caluinisticorum supra cap. 8. li. 4. nominatorum & synhodorum similiter M. S. tam Belgicarum quam Gallicarum peculiari operi reseruem, non possum tamen omittere, quin huius libri peculiarem ac singularem faciã mentionem eò quod ex professo contra Disciplinam Caluinopapistarum in Anglia à Puritano & rigido Caluinista nomine suo ob inuidiam fugiendã dissimulato scriptus sit. Cùm autem Caluinopapistæ in Anglia, vt in cultu & diuinis Officijs, sic etiam in Disciplina, cùm Catholica Ecclesia si nó per omnia, saltem aliqua ex parte conueniant, per indirectum & obliquum liber iste quoq; Disciplinam Catholicæ Ecclesiæ oppugnare & refellere videtur. Porrò quænam præcipuè in Ecclesiæ gubernatione, politia & Disciplina reprehendat breuiter & paucis saltem annotabo vt quid quantumque inter Caluinisticam & Orthodoxam disciplinam interfit possit agnosci. Confutationem verò in suum iustum locum & tempus differam. Principio reprehendtur Disciplina Catholicæ Ecclesiæ, quod non sit à Deo sed ab hominibus, quodque non ex sacris scripturis, sed ex iure Canonico

nonico deriuetur folio 120. Secundò violatur à nobis, vt aiũt, lex de necessitate vocationis in disciplina, quod papisticos sacerdotes patiamur obire ministeria: tertiò violatur, quia mulieres apud nos baptizant & ministrãt baptismum: quartò quia Archidiaconos permittimus censuræ & Disciplinæ præesse: quintò quia & cancellarios ad id munus administrandum admittimus: sextò similiter & officiales. At quinque hæc genera personarum vt & alia nullam ad has res vocationem habent vt patet ex folio 20. b. 21. 22. &c seqq septimò quod omnes ferè vocationes sint absolutæ ad ministerium, id est, vt in canonibus vocantur infinitæ & liberæ, nec vlli certæ Ecclesiæ assignatæ: vnde ambitio & auaritia, ac simul etiam egestas & inopia, qua vagabundum quoddam, & dominos & seruitia quærens ministerium, ac propterea etiam vile in omnium oculis atque contemptibile inducitur folio 30. 31. Octauò negligitur in nostra disciplina siue gubernatiõe Ecclesiæ, quod ministri Ecclesiarum non personaliter resideant, dum immunitates & priuilegia concedũtur, quæ perpetuam non residentiam (vt hodie appellamus) approbet, dum etiam ea similibus priuilegijs conceduntur, ex quibus hæc non residentia necessariò consequitur huius generis. nonò sunt Dispensationes illæ multiplicandi beneficia fol. 32. decimò quod electio nostra non sit senatus Ecclesiastici iudicium ab Ecclesia approbatum, cuius interest, sed quod electio nostra fiat ab vno rãtum Episcopo & non à pluribus. fol. 34. b. vndecimò quod ad ceremonias attinet, apud nos non sine

alio-

aliorum iniuria & tyrannide quadam ab vno vsurpari, quod sit planè penes plures fol. 34. 35. 36. &c. duodecimò, quod nullam penè examinationem habeamus, saltem nō qualem Disciplina describit, vnde multi eliguntur in singulis muneribus, qui nullo modo sunt idonei, siue religionem consideremus, quam quidam non omninò profitentur, sed apertè se fatentur esse Papistas, plures, qui profitentur, ignorant, siue vitam consideremus, quæ in multis est turpissima fol. 48. Decimotertiò quod nostra manuum impositio, quæ iubet accipere spiritum sanctum, non est ea, qua Apostoli in Ecclesiasticorum numerum ordinatione vsi sunt folio 51. b. decimoquartò, cùm ordinationis ius ad senatum Ecclesiasticum pertineat, hoc ius apud nos solus Episcopus iniquè vsurpat. fol. 53. decimoquintò, quod Episcopi nostri non tantum in diuinis rebus versentur, sed & humanas tractant, & omne ferè genus politicæ procurationis, præter Episcoporum officium administrant, folio 58. b. decimosextò, cùm functionis Episcopalis partes sint duæ. docere & precari, contra apud nos hoc officium distrahitur, & quibusdam precandi munus conceditur, quibus tamen docere prohibetur nisi pleniore potestate concessa. fol. 66. decimoseptimò, quod preces nullæ specialiter fiant pro dirigēdis à Deo electionibus & pro Episcoporum examinatione, fol. 66. decimooctauo, quod examinatio in illis duobus, quę requirit Apostolus negligatur, vt scilicet, sit docendus aptus & non neophytus: nam plerique omnes Episcopi inepti sunt ad docendum & rationes adferuntur

runtur de homilijs Ecclesiasticis, cur ea fieri posse putent quæ refutantur folio 76.77. neophyti etiam admittuntur folio 78. decimononò, cùm ius commodorum & fructuum ratio adeò mediocris & temperata esse debeat, vt ad honestam viuendi rationem atque adeò ad cultum & abundantiam satis sit, non ad luxum vt nec paupertate premantur nec affluentia luxurientur folio 84.85. Valdè hęc lex in vtraque parte in nostra Disciplina negligitur. Omnium enim fructus miserè Annatibus & alijs vectigalibus singulis annis, cum reginæ tum Episcopis persoluendis spoliantur, tum verò quorundam impropriationibus ad nihilum ferè redacti sunt, vt multi opiliones & baiuli cõmodius & honestius de laboribus suis viuant, quam Episcopi de suis Ecclesijs folio 86. b. 87. In altera parte tanta certorum redituum copia est, quæ principes magis, quam Episcopos deceat, & cum illius vocationis sobrietate, modestia, temperantia manifestè pugnat fol. 91.92.93. vigesimò, Nostra disciplina certum præterea habitum cum in sacris, tum in communi vita præter Dei verbum requirit, folio 99. 100. 101. vigesimoprimò, Eorum, quæ in rebus diuinis & verbi ministerio versantur, nos plura genera habemus extra ordinem, in statu, qui ordinarius esse deberet. Concionatores, qui vbiuis concionentur, nulli certæ Ecclesiæ addicti, tanquam Apostolorum & Euangelistarum vmbrã quandam retinemus, quorum tamen exẽplo illos nõ posse niti docetur f. 106.106. 22. Doctores sunt Episcopi, qui simpliciter versãtur in doctrina exponẽda: tales in Ecclesijs nostris docto-

doctores nulli ferè ordinantur. vigesimotertiò Academiarum & finis & vsus est, vt cum honestis artibus, tum in primis Theologiæ conseruandæ atque illustrandæ & ministerio per totum regnũ inseruiat. At apud nos, qui in Academijs sic vocantur, nihil agunt quod huius sit officij. vigesimoquartò iusta de Academijs querela, quod à suo debito & recto fine ad otium, contentiones & rixas ac logodædalias defecerint fosio 110.b. &c. vigesimoquintò pauciſſimi veri pastores inueniuntur qui scripturas ad varios Ecclesiæ vsus accommodent, sed in locum scripturarum homiliæ & Liturgiæ de scripto recitatæ apud nos sunt inductæ. vigesimosexto quum docere & sacramenta administrare eiusdem sint Pastoris, à nostro ministerio illa duo distrahuntur ac diuiduntur fol. 116. vigesimoseptimò cum διακονία sit munus Ecclesiasticum, quod omnem Ecclesiæ procurationem comprehendit præter eam quæ in sermone versatur, totum hoc genus in nostra disciplina deest, nec vllum Ecclesiasticum munus habemus præter ἐπισκοπίαν. vigesimooctauò, Diaconorum primo genere caremus, nempè distributoribus, qui pauperum Ecclesiæ curam gerunt & ærarium Ecclesiasticum administrant: fol. 119. vigesimononò etiam secundò genere Diaconorum caremus, nempè senioribus Diaconis, qui singulorum moribus obseruandis, & offensis cauendis præsunt, fol. 120. b. &c trigesimò, censuræ nostræ & animaduersiones in Præsbyterio seu senatu Ecclesiastico vel Consistorio leuissimis & pecuniarijs sæpe de causis exercentur: ad grauissimas autem offensas corrigen-

rigendas non adhibentur, nec tantum Ecclesiastice sed ciuiles & forenses sunt, & cum facultatibus, tum carcere mulctantur. fol. 134. huius verus vsus restituendus folio 135. b. trigesimo primò, nostra disciplina caret suspensione à sacramentis & excommunicatione. nam neque Papistas neque inquinatæ vitæ homines à Sacramentis arcet folio 129. &c. trigesimo secundò, quod legitimus senatus Ecclesiasticus sit sublatus nempè cœtus præsbyterorum, qui ex tribus ordinibus Pastorum, Doctorum, Seniorum compositus communi auctoritate Ecclesiam gubernabat, ea potestas censuris & animaduersionibus continetur, quæ spirituales sunt & peccatis tantum atque offensis imponuntur, aut verbis aut correptione cum pœna aliqua coniuncta. Hic vniuersus cœtus præsbyterorum ab vno Episcopo deuoratus est, vt omnia solus administret. Hi sunt triginta duo næui & errata in Disciplina & gubernatione nostræ Ecclesiæ, vt hic auctor sibi persuadet, sed iustam Apologiam horum suo debito tempori & loco relinquentes & alij operi, breuiter iam duntaxat, & paucis verbis respondemus, ex enumeratis punctis, ijs, quæ nos pro erratis agnoscimus, per Tridentinum Concilium saluberrimam medicinam fuisse adhibitam.

CAPVT X.

De vera Politia Ecclesiastica quæ de cœlo descendit.

CHristus venit in terram vt instituere nouam politiam cælestem, de qua B. Ioannes in Apocalypsi. Vidi sanctam ciuitatem Hierusalem nouam de cælo descendentem, à Deo paratam sicuti sponsam ornatam viro suo, non est autem ciuitas sine Legibus & Disciplina bene instituta, de qua ipse Dominus: Super hanc petram ædificabo Ecclesiam, hanc nouam videlicet ciuitatem, cuius claues dedit Petro, vt quicquid ligaret super terram, esset ligatum & in cælis, & quodcunque solueret, esset solutum & in cœlis, & potestate hac leges & Disciplinam condendi sunt vsi Apostoli.

Tapper to. 2. artic. 20. fo. 219. 221.

aiunt enim Act. 15. visum est spiritui sancto & nobis nihil vltro inponere vobis oneris quam *hæc* necessaria, vt abstineatis ab immolatis *simulachrorum* &c. & Paulus Act. 19. ca. confirmans Ecclesias præcipiebat custodire præcepta Apostolorum & seniorum. Ipsi administratores legum Romanarum seu Imperatoriarum subiecerunt ipsas Canonibus seu legibus Pontificijs. Si igitur Pontificiæ leges & Disciplinæ non habent auctoritatem, nec etiam habebunt leges Imperatoriæ, quæ sese illis subiecerunt: ideo quia ciuiles leges quæ diuino iure habent auctoritatem, & cedunt Pontificijs, si Pontificiæ leges abrogentur etiam ciuiles amittent auctoritatem. Magnæ angustiæ vobis nascentur ex eo, quod in Christo & eius Vicario

In tit. de nouis operis renunciatione leges non dedignantur sacros canones imitari.

nolint

nolint agnoscere potestatē legislatiuam δυναμὶν νομοθετικὴν quàm ostendimus necessariò sequi potestatem magnæ multitudinis gubernatiuam. Est autem omnium Christianorum vna Respubl. vna ciuitas vt dicit B. Augustinus, licet per se absurdum sit dominum domus non posse familiæ suæ præscribere leges & disciplinam, secundum quas viuat in domo sua. Moyses enim, inquit Apostolus Hebræorum 3.c. fidelis erat in tota domo eius tanquàm famulus in testimonium eorum quæ dicenda erant. Christus verò tanquam filius in domo sua, quæ domus sumus nos, qui eandem potestatem peregrè profecturus in eam trāstulit, quē nomine suo eidem familiæ pręfecit, quem tamen voluit omnium domesticorum esse ministrum, vt quæreret & procuraret non sua commoda sed eorum duntaxat salutem. Qui voluerit inter vos primus & maior fieri, erit vester minister & seruus Matthæi 20. Et B. Hieronymus aduersus Iouinianum lib. 1. propterea inter 12. inquit, vnus à Christo eligitur vt capite constituto schismatis tollatur occasio hac potestate vsus Apostolus est multa apud Corinthios disponendo. Cætera, inquit, cùm venero disponam. Sic Imperatores religiosè fecerunt agnoscendo in regulandis nuptijs primariam apud Prælatos Ecclesiæ auctoritatem, qui in sua gubernatione altiorem scopum spectant, quam potestas secularis. Probabiliter admodum collegerit quis ex eo, quod legum Romanarum administratores eas Pontificijs canonibus subiecerunt, hoc iudicium deferendo, quod in nuptijs Canones isti sunt obseruandi ex auctoritate saltem legum & Imperatorum, qui eos

approbando suos fecerunt. Hinc etiam iam colligitur, quam iniustè Caluiniſtæ Catholicos accuſent, quod etiam ex Iure Canonico & non tantum ex ſcripturis hauriant Diſciplinam.

CAPVT XI.

De vera origine, antiquitate primis fontibus Diſciplina Eccleſiaſtica altiſsimè repetitis, contra fundamenta Caluiniſtarum Puritanorum, qui ex ſolis & nudis ſcripturis eam eſſe hauriendam opinantur.

REmundus Rufus in Defenſione Cleri contra Carolum Molinæum fol. 665. Olim erant vniuerſi tres Codices, quibus Eccleſiaſtica Politia regebatur: ſacroſancta Biblia veteris & noui teſtamenti, conſtans. Codex Canonum Conciliorum & Decreta Pontificum: his vtebantur, vt inclinatæ Diſciplinæ vel in toto orbe Chriſtiano, vel quibuſdam prouincijs remedium quæreretur, & diuerſæ reſponſiones Pontificum dabantur pro exigente neceſſitate Diſciplinæ Eccleſiaſticæ. Gratianus vniuerſi ſtatus Eccleſiaſtici & Diſciplinæ Eccleſiaſticæ lectiſſimos flores contulit in ſuum librum Decretorum omnia quæſtionibus & cauſis diſtinguens anno MCXX. Trithemio teſte. Idē Remundus Rufus fol. 28. Syricius Papa circiter annum Domini DIX. Formulam Eccleſiaſticæ vitæ pariter & Diſciplinæ ad prouincias amiſit, mox fol. 282. Summus Pontifex vbiq; terrarum fert leges, & eas quidem leges, quæ dicuntur ſanctiones

aut

aut pœnales constitutiones in iure ciuili. Sanctio enim vt scribit Cicero ad Herennium, pœnam continet, quod confirmat Papinianus lege 2. de pœnis. Quæ sanctiones sacrabantur vel capite ipsius, qui contra feciſſet, vel alio genere pœnæ, vt pro Balbo Cicero ait, idcircò sacrosanctæ dicebãtur, & quod illis erat sancitum sacrosanctum: idem folio 566. tres sunt viæ legitimæ ad coercenda scelera accusatio, denunciatio, inquisitio. vide tertiam partem Directorij Inquisitionis contra hæreticos Iudæos &c. Doctissimè Franciscus Turrianus libr. 1. pro Canonibus Apostolorum docet cap. 27. prolixo & insigni Apostolos primos fuisse legislatores Ecclesiasticæ Disciplinæ & de antiquitate & necessitate canonum Ecclesiasticæ Diciplinæ, quæ diligenter inspecta solidè confutant Puritanos Caluinistas, qui ex nudo verbo Dei solum petendam putant Ecclesiæ Disciplinam. & cap. 28. sequenti. Quibus rationibus constet gubernationem Ecclesiarum Ecclesiasticis legibus Apostolos constituisse, & de Synhodis, quæ ad Apostolorum exemplum canones ediderũt: & cur Apostoli canones sine scripto ediderint. & ca. 29. leges Disciplinæ Ecclesiasticæ ordinis & decori gratia datas æsse ab Apostolis, & sigillatim de quibusdam Canonibus Apostolorum vnde nati sint, quis eorum vsus & finis. & eodem ca. 29. lib. 1. pro Canonibus Apostolorum. Cur Apostoli omnes Canones Ecclesiasticos, quos postea Synhodi consequutæ tanquam Ecclesiæ necessarios ediderunt, non composuerint, & de exemplo Platonis rationi consentaneo, & quorsum spectent leges Eccle.

siasticæ instar legum ciuilium &c. Quomodo ex Canonibus Apostolorum manarint, postea accessiones legum Ecclesiasticarum veluti supplementa canonum Apostolorum. idem ibidem lib. 1. ca. 23. hęc dum Caluinus & Magdeburgenses negant, tollunt fundamentc & prima principia Disciplinæ Ecclesiasticæ. Canones autem Aopstolorum inscribuntur de bono ordine seu περὶ ἐντάξιας Ecclesiæ lib. 1. c 24. ibid. Synhodi sunt interpretes & custodes Canonum lib. 1. c. 21. Encomium Canonum Apostolicorum c. 21. lib. 1. celebrat. Ex his Canonibus multa posteriora Decreta Disciplinæ manarunt. ca. 23. lib. 1. Sine his legibus Ecclesiasticis de Disciplina Ecclesia non potest gubernari cap. 28. libr. 1. fol. 138. Ecclesiasticæ politiæ forma ex epistolis Pauli ducit originem & ex Constitutionibus Clementinis, & ibi de alia forma generali politiæ Ecclesiasticæ & alia generaliori *li. 3.* c. 8. pro Canonibus Apostolorum ad formam secularium iudiciorum Ecclesiastica iudicia prudenter ab Apostolis constituta lib. 3. c. 8. quod forma politiæ Mosaicæ nostram Ecclesiasticam præfigurauit li. 3. c. 8. Ecclesiasticæ politiæ autiquitas libri 3. c. 8. Ministrorum Ecclesiasticæ politiæ cõparatio cum ijs, qui nauem gubernant ibid. Antiquo more Romanus Pontifex articulos fidei & Disciplinę tanquam regulam & medicinam ad Episcopos prouinciales mittere consueuit lib. 2. c. 4. f. 173. 174. Fideles non agentes vitam cum fide consentientem acrioribus remedijs curandi sunt. li. 4. pro Canonibus Apostolorũ c. 4. f. 430. Origo irregularitatis lib. 5. c. 24. Irregulares indigni regula

regula Ecclesiastica, id est, indigni qui fiant ex clero, aut si factus sit ex clero, indignos esse vt in eo ministrent significat enim regula ordinem Ecclesiasticum. Disciplina & legibus Ecclesiasticis tanquam vinculis quibusdam Ecclesia continetur li. 1. ca. 27. Virga sacerdotalem potestatem significat quam Apostolis contulit, cùm eos ad prædicandum misit, nihil aliud eis ferre permisit, quam virgam tantum, sicuti Euangelium dicit, quia virga solantur humiles, & terrent superbos, ac feriunt pœnitentes. Eadem virga est recurua, quæ sollicitudinem & pietatem præfigurat compassionis, & eius curuitate oues peccantes retrahunt. idem ibidem libr. 2. cep. 20. Porrò præter Franciscum Turrianum doctè tractat Remundus Rufus de Politia, Disciplina & Iurisdictione Ecclesiastica in Defensione Pontificis & cleri contra Molinæum à folio 544. vsque adfolium 614. quod magistratus ciuilis non dixerit ius clero, & quod iurisdictio & Politia cinilis & & Ecclesiastica semper fuerint distinctæ, & quomodo clerici subditi fuerint ciuili magistratui Iurisdictio Ecclesiastica ex 6. c. epistolæ 1. ad Corinthios ostenditur. Locus Matthæi 18. ad Iudicialem ordinem Ecclesiasticum relatus, rursus de Discrimine Ecclesiasticæ Iurisdictionis & Politicæ quanti fecerint Imperatores in causis ciuilibus Episcopos. De his longè plura passim in Annalibus Baronius. Iurisdictio censoria Episcoporum defenditur ex Matt. 18. cap. De Iurisdictione Ecclesiastica latissimè dicturus sum in Animaduersionibus contra Ioannis Caluini Institutiones ad cap. 11. libri quarti in nas-

in nascente Ecclesia noua Ecclesia ædificabatur, ergo & noua Disciplina nouus ordo, & hic agit de prima origine Iurisdictionis censoriæ consentaneè Turriano libr.3. pro Canonibus Apostolorum & Decretalibus epistolis cap.11. Quomodo fuerit affecta Iurisdictio censoria Ecclesiastica sub paganis Imperatoribus,& quomodo cum mixtim & Christiani & pagani magistratus forent. Veterem statum Reipublicæ Christianæ quoad Iurisdictionem Censoriam latè exponit, vbi de excommunicatione etiam agit quęest vinculum & neruus disciplinæ.Porrò quid interfit inter Iurisdictionem Ecclesiasticam & Ciuilem idem Remundus Rufus contra Carolum Molynæum eleganter docet folio 572.seqq.verbis.Non differunt certè in his rebus vel ordine iudicij, hæ Iurisdictiones profana vel ciuilis, & diuina vel Ecclesiastica,nisi vi sententiæ & institutione, ista enim pellit ab Ecclesia & reuocat, quamobrem *Ecclesiastica* dicitur;ligat & soluit animũ,ideo *spiritualis* dicitur; cœlum aperit, vel occludit, idcircò diuina cœlestisque potestas & admirabilis verè est. Illa autem horum nihil potest, sed tantum vim habet in societate ciuili,capitis diminutione maxima vel media, & his quæ principes suis sententijs dare aut rectè adimere possunt & ciuilia vel politica sunt, vel humana, ciuilia quidem, quæ ciuitatis sunt propria, vt magistratus & priuilegia ciuium, immunitates, munera,honores, & illis contraria ignominia, relegatio, deportatio,& id genus alia: humana verò, quæ hominum etiam sunt agrestium. Iurisdictionem Ecclesiasticam

cam ſtabiliuit ad Romanos ca. 13. Apoſtolus, cum ille locus de anima ſubdita ſuperioribus poteſtatibus ex interpretatione Chryſoſtomi non ad ciuilem tantum, ſed etiam ad Eccleſiaſticam poteſtatem referatur. Magiſtratum ciuilem non dixiſſe ius clero, docet Iuſtinianus in Codice titulo de Epiſcopis & clericis, vbi Fædericus omni omnino Iuriſdictione in clericos interdicit omnib. magiſtratibus ſub grauiſſimis pœnis l. ſancimus l. ſtatuimus. Quid Iuſtinianus in eodem ipſo loco authentica quæ præcedit? an non mulctam 20. auri pondo irrogat magiſtratibus, qui in ius vocauerint Epiſcopos. ante Fædericum hoc ſtatuerant Honorius & Arcadius lege nona ibidem quę incipit Præfectis prætorio. ante hos idem ſtatuerat Theodoſius Magnus teſte Gratiano Diſtinct. 11. quæſtione 1. Quicunq; &c. Omnes illos ſequutus Carolus Magnus idem edixit, Theodoricus rex Gotthorum licet Arrianus idē ſeruauit Conſtantinus Magnus accuſatorios libellos contra Epiſcopos igni tradidit. Vt origo politiæ & Diſciplinæ Eccleſiaſticæ rectius intelligatur, illud omnino obſeruandum eſt contra Caluiniſtas traditiones Canonicas SS. Apoſtolorum breuiſſimo ſermone cōprehenſas & traditos in Canonib. Apoſtolicis, ſucceſſores eorū poſtea, per eas, quas gręci vocant legum προθέσεις καὶ ἐπιδιορθώσεις id eſt per ſupplementa & correctiones explicaſſe & ſuppleuiſſe huiuſmodi ſupplementa erant, de quibus Paulus ad Titum ſcribens ait Reliqui te, (inquit) Cretæ, vt ea, quæ deſunt, corrigas: græcè eſt, ἐπιδιορθώσῃς, quaſi diceret, vt ea, quæ præter-

Aurelius libro Variarum 2. & 3.

missa sunt, corrigendo suppleas. accessionem enim significat hic illa præpositio ἐπὶ. Non enim omnes regulæ, quæ ad corrigendum statum rei Ecclesiasticæ & Ecclesiasticæ conuersationis ab Apostolis traditæ sunt, perfectæ vno tempore simul exire potuerunt, manarunt verò ex illis Apostolorum regulis breui comprehensione multa complexis manarunt, inquam, veluti ex capitibus fontibus & originibus permulta postea decreta & canones successorum tanquam supplementa ad corrigendum, quæ deesse videbantur. Plato l. 8. de legibus sacerdotibus & legum custodibus committit, vt disponant, quæ legislator in his necessario prætermiserat. Sic quæ in legibus Ecclesiasticis prætermittere necessitas coegit, Synhodis Episcoporum ac Pontificibus addēdares liquerunt. Primi legislatores Ecclesiastici fuerūt sancti Apostoli, qui vt perfecti nomothetæ de omni disciplina, ac omni genere virtutis & honestatis ac decori, de omni statu ac ordine & gradu hominum tradiderunt, has leges Clemēs Romanus in Constitutionum Apostolicarum libris octo descripsit, quibus omnem Disciplinam Apostolicam plene cōplexus est, quæ Apostolus, Paulus dum ait quæcunq; vera sunt, quæcunq; pudica, quæcunque iusta, quæcunq; sancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus Disciplinæ generaliter comprehendit, ea à Clemente singulatim descripta sunt. Apostoli non potuerunt esse Pastores absque legibus Ecclesiasticis, nec summum & præcipuum munus in legislatore ab Apostolis potuit omitti.

PENTA-

PENTASTICHON APOLOGETICVM AD ZOILVM ET MOMVM IN DEFENsionem sex librorum de disciplina Ecclesiastica.

Zoile quid laceras istos furiosè libellos,
Cur tua pestifero pectora felle tument?
Quid petis insano sacratos ore labores,
Quos longo peperit tempore cura vigil?
An quia diuersis est consecrata patronis,
Pagina distrahitur dentibus ista tuis?
Desine non etenim tanti confecta libelli
Fucatis titulis nomina vana gerunt,
Res portant, rebus q; datur medicina caducis,
Et censura grauis moribus illicitis.

GENERALIS PARAENESIS AD REVERENDISSIMOS ET REVERENDOS PATRES QVIBVS HI libri inscripti & dedicati sunt pro seria restauratione collapsæ disciplinæ Ecclesiasticæ, cui insertæ sunt contra Zoilos causæ variæ cum specie quæ mouerunt ipsum Authorem cur non vni, sed diuersis Patribus simul hos libellos de restauratione disciplinæ, dedicarit:

Per M. Matthiam Hulcedium Agripp. P. G. L.

Concidit heu florens quondam respublica Christi,
Dispereunt sanctæ religionis opes:
Rarus in orbe sinus prisca pietate relucet
Vbi nunc veterum mansit aurita fides?

Prisca

Prisca fides abijt, virtus antiqua parentum
Tandem nostrorum, vergit in interitum,
Priscus amor non iam per feruida pectora currit,
Non prisco Zelo feruida corda calent,
Fœdus successit turpisq; libidinis ardor,
Hic amor ad vitium pectora prona rapit;
Sic Christi refrixit amor, sic concidit alma
Religio, vitæ certa ruina sacræ,
Sic pereunt dotes diuinaq; munera, sancta
Sic perit heu fidei, vix reparandus honos;
Sic prædicta sonant in nos oracula Christi,
Tali namque nota tempora nostra notat:
Cum veniem (inquit) postremò sæcula mundo,
Sæcula flagitijs ista referta nouis;
Heu dixisse dolet, sparget sua semina tetra
Inferni scelerum dirus ab arce draco,
Et totum inuertet sceleratis artibus orbem,
Igne & sulphurea cuncta domabit aqua:
Tunc noua qua facies, aliter quis vultus in orbe?
Exulat vt pietas, exulat omnis amor?
Vllane tunc aderunt veteris vestigia cultus?
Anne erit in mundo tunc super vlla fidas?
Fatidici hoc cecinere viri, sic tempora nostra
Describunt, sic hæc vltima secla notant:
Et dubitatis adhuc lapsis succurrere rebus,
Et sanctam Christi constabilire fidem?
O proceres vos quotquot habet Respublica Christi,
Quorum hæc sacrato pendet ab Imperio,
Collapsum instaurato orbem, dextræq; ruina
Subdite, non mores luxuriare malos,

Gram-

Grandia non facili permittite crimina clero,
Vnde fluit tanti fons & origo mali,
Prauorum vigeat rursus correctio morum,
Vnde iterum cuncti spes & origo boni,
Hanc tradunt, docta quas prodidit arte, libelli
Schultingus, claro nomine Steinvichius,
Vir clarus docto Cornelius ore disertus,
Ad Sophiam quo non aptior alter erit:
Hanc sibi prima petant venerandi lumina cleri
Præcepta, & vitæ nomina digna suæ;
Hinc sibi desumant, quibus est concredita quondam
A Christo sanctæ sedula cura ratis.
Digna suo officio, morumq; exempla sacrorum,
Hinc discant clero ponere frena suo:
Hinc Abbas monachis quid sit præscribere iura
Discat, & officio dignus adesse suo,
Hinc vigilans nitida velatus tempora mitra
Discat commissos pascere Præsul oues,
Legibus & iustis sontes constringere pœnis,
Et sibi commisso præuigilare gregi;
Hinc sibi desumant antiqui signa rigoris
Quam sancta exstiterint tempora prima patrum,
Quæ fuerit pietas, quænam veneratio cultus
Diuini & quantus religionis amor.
Omnibus hic labor inseruit, tibi Christe dicatus
Magnum perfectæ sedulitatis opus
Præcipuè vobis venunt hi spernte libelli
O patres, ad vos pertinet istud opus:
Vos penes est etenim, magni custodia ouilis,
Vobis & Christi credita cura domus,

Offi-

Officio similes simili iunxistis amore
Pectora vestra, sacræ lumina nunc fidei,
Vt simili libri similes dignantur honore,
Qui sacris sacri, nil nisi sacra docent:
Hoc est inuersi disquirunt crimina cleri,
Atque optant veteri cuncta rigore geri:
Non vetera exurgent post tempora dura, parentum
Nostrorum multis aurea sæcla modis,
Ni rigor iste patrum quo prima Ecclesia quondam
In clerum & fontes vsa fuit, redeat:
Hoc vnum clamant immensa volumina patrum,
Littera sacra docet, tempora nostra probant
Plurima conuincunt prauorum scandala morum,
Quæ nisi castigans tollere pœna nequit,
Octaui hoc vrget Clementis epistola, cuius
Exstitit ad proceres littera missa viros,
Sollicitus, sanctusq; pater, pastorq; fidelis
Hoc petit, hoc vestri muneris esse docet.
Huius & hi libri plenissima dogmata scripti
Tradunt, materia conueniente sibi:
Præsertim monstrant diuini numinis iram,
Irati & scelerum digna flagella Dei
Ni noua constringant errantem vincula clerum,
Quem rapit instigans in mala multa furor
Quo minus inquirat castæ solatia vitæ
Pestifera veneris non vitiata lue.
Ergo agite ô proceres venerandi splendida cœtus
Inter Apostolicos lumina prima viros;
Iungite, nil aliud quærunt hi fortè libelli
Fœdera digna Deo, fœdera digna fide

Pro

Prolare, pro patria contendite fortiter alma,
Pro pura fidei relligione sacra,
Hæreticos contra scelerata peßima gentis
Agmina, quæ stygij turba ministra canis:
Impia quos inter Calumi somnia serpunt,
Nil certè his totus nequius orbis habet;
Spiritus hos agitat lethais natus in vndis,
Turbinis hic instar, pectora cæca rotat,
Arma gerunt superosq; omnes in bella lacessunt,
Omnia perrumpunt inuia nulla sibi,
Nulla magistratus patiuntur vincula sancti,
Hinc nullum Imperium colla superba ferunt:
Sacra Deum violant, nullis audacia metis
Clauditur, hos omnes nam furor vnus agit,
Spiritus vnus agit, diuini numinis hostis
Hinc audent magno bella mouere Deo.
O audax genius quo non mortalia pellis
Pectora, quo tibi non corda dicata rapis.
Talis erat quondam (veteris ceu pagina scripti
Testatur) populi gens inimica Dei;
Assyrij, Tyrij, Sodomæi, & sæua Gigantum
Turba, Philistini, Sidonijq; feri;
Tales & nostri qui per noua dogmata fallunt
Insontes animos, & fera bella fouent.
Quare agite vnanimes funestas pellite pestes,
Auferte armata dira venena manu:
O nona succedant mutatæ tempora vitæ
Et toto vigeant aurea secla solo,
Primorum redeat tandem concordia patrum,
O Zelus sanctæ floreat hic fidei,

Sacri-

Sacrilegos contra diuini nominis hostes
Sumite collata bella sacrata manu
Et prius in tenues discedat Spiritus auras,
Quam sacram turbet, magna ruina fidem,
Puraque per varias perdantur dogmata sectas
Dogmata sydereo tradita clara Polo.
Hic labor, hæc vestris seruatur gloria factis,
Splendidus hic vobis vsque triumphus erit,
Posteritas primas æterna laude columnas
Vos canet & vestri fama perennis erit;
Fama per æthereas discurret nuucia sedes
Inferet & rutilis nomina vestra polis.

ADMO

ADMODVM REVERENDIS IN CHRISTO PATRIBVS AC NOBILIBVS DOMINIS D. GODEFRIDO DRAECKIO PROgenerali Ciſtertienſium Campenſis, Frederico ab AuVVaeh Sprinckheerbaccenſis, Ioanni Plutzeit S. Matthiæ prope Treueros. Ioanni Bertelss Ebternacenſis, Ioanni S. Martini, Iacobo S. Mariæ ad Martyres apud Treuerenſes, Ambroſio Lochem Hemrodenſis, Theodoro Hulſen Dalenſi Glabbaccenſis Bartholomæo Auſtelt veteris Montis, Balthaſari Rhenæn à Bree S. Martini Coloniæ, Gerardo Voller Tuitienſis, Godefrido Huls S. Panthaleonis intra Coloniam Monaſteriorum Archimandritis ſeu Abbatibus Diſciplinæ Monaſticæ in ſuis Capitulis & Monaſterijs ſtrenuis adminiſtratoribus, obſeruatoribus & inſtauratoribus conſenſu Regulæ mutuis precibus, ſacrificijs, votis, charitatis obſequijs, fide, religione, diuinis officijs coniunctiſſimis, ſuis patronis & Mecænatibus perpetua obſeruantia colendis.

CVM multa ſint præclara diuerſorum ordinum inſtituta in Eccleſia Dei ſub eiuſdem tamen Chriſti ſigniferi ſeu ducis exercitus vexillis in perfectionis ſtatu militantia; tum verò nullum eſt in Occidente præſertim antiquius inſtitutum & laudabilius quodque maiores vtilitates & commoditates Chriſti ſponſæ attulerit, quam eorum, qui à S. Benedicto & D. Bernardo familiam & originem ducunt; Quocunque enim me conuertam, ſiue antiquitatem vltimam Anicianæ familiæ, ex qua tam Auſtriaca, quam Benedicti ſtirps propagata eſt, ingenuam huius arboris radicem, ſiue nobilitatem & præſtantiam illuſtriſſimorum generoſiſſimorumque hominum, qui hunc ordinem profeſſi fuere, ſiue primos apud gentiles Chriſtianæ fidei, diſſeminatores & fundatores, ſiue etiam hæreticorum ad gremium

Ecclesiæ reductores, siue etiam insignes latè sese diffundentes huius arboris ramos respiciam atq; iuuuear, nullum profectò ex omnibus monasticum ordinem reperio, qui cum hoc ipso in singulis minima ex parte comparari possit. Antiquitatem Benedicti & Benedictinorum vt & Austriacorum ab antiquissima & illustrissima familiæ Romanæ Anicia Proba, Olybria, Perleonia, Frangipania deducendam, & repetendam esse solidè prolixè, & doctè confutatis contrarijs opinionibus confirmat. D. Arnoldus Wyon & ipse Benedictinus in Tractatu ante primum librum Ligni Vitæ expresse ea de re præmisso, & Præpositus Arnhemiensis Hemerus ante historias Belgicas in Præfatione ad Albertum Austriacum. Studia literarum adeo apud Benedictinos olim floruerunt & viguerunt, vt omnia Benedictinorum Cœnobia fuerint Gymnasia, & omnia Gymnasia Cœnobia, nusquam per Germaniam, Galliam, Italiam, Angliam eo tempore instituta literarum fuerant Gymnasia, imò aliquot seculis post Academiæ seu Vniuersitatis nomen illustre in omni pene Occidentis imperio fuerat incompertum; præterquam Romanum vetustissimum & Parisiense ac Papiense, tunc nata vtpote Caroli Magni & successorum eius iussu, ope, & auctoritate per Doctores Monachos Benedictinos fundata nullum in historijs aliud legimus exstitisse vniuersale studium, particularia verò multa fuisse in Monasterijs Benedictinorum videre est in Chronico Hirsaugiæ Trithemij Sigeberto de viris illustribus c. 172 proinde reges & Principes cæteriq; nobiles ad discendum Dei timorem cum literis liberos suos Monachis, intra claustra instituendos tradiderunt, quorum plerique manentes sub regula disciplina magisterio in viros excreuerunt sanctissimos alij per parentes reuocati, Moderatores Reipub summi & prudentissimi facti sunt. Vt paucis dicam per septingentos annos à temporibus Gregorij 1. Magni & Benedicti vsque ad exortam familiam mendicantium per Benedictinos Monachos præcipuè conseruata & propagata tam literarum studia, quam

ipsa

ipsa Catholica religio. Ex hoc ordine quadraginta propè Pontifices delecti commemorantur. Cardinales omnes si enumerentur centum et quadraginta reperientur. Patriarchæ tum Antiocheni, tum Hierosolomitani, tum Constantinopolitani & alij simul omnes in vnum collecti quinquaginta inuenientur, Archiepiscopi ducenti quatuor Episcopi quingenti, triginta duo, Scriptores Ecclesiastici quadringenti quatuordecim numerabuntur. Iam vt ab Ecclesiasticis & religiosis ad prophanos seculares nobilissimos generosissimos descendam, qui Benedictinum Ordinem & ingressi & professi fuerunt, quanta, Deus bone, multitudo, quam ingens & pene innumerabilis exercitus nascitur. imperatores Occidenies, qui abdicato imperio Monachi facti ordinem D. Benedicti Nigrorum exercitus extitere. Imperatores Orientis Constantinopolitani octodecim feruntur, Imperatrices occidentis vitam monasticam professæ & in Sanctorum catalogum relatæ Sex. Imperatrices occidentis Sanctimoniales factæ licet non canonizatæ quinq;. Imperatrices Constantinopolitanæ Orientis Sanctinomiales quatuordecim, Reges facti monachi & Sancti quatuordecim, Reges facti monachi sed non Sancti octo, Reges habitu tantũ monachi sed non professione quinque, Reges facti quidem monachi sed coactè, quorum locus professionis constat tres, Reges in monachorum ordinem redacti inuiti, quorum monachismi locus ignoratur, quinque Filij regum & alij, qui ex monachorum choro assumpti, ad regiam promoti dignitatem, & in ea potestate obierunt, decem. Qui autem ex monachis reges creati iterũ abdicato regno monchi facti sunt tres. Duo autem reperiuntur, qui ex regibus monachi facti iterum habitu relicto reges fuerunt creati. Octodecim reginæ Sanctimoniales factæ & sanctæ, sed nouẽdecim reginæ Sanctimoniales. factæ non tamen sanctæ, Quatuor reginæ sanctimoniales factæ coactè tantũ. Quatuor Sanctimoniales quæ â regibus in vxores ductæ & reginæ factæ in ea sublimi dignitate defunctæ sunt. Quinque verò habentur Sanctimoniales, quæ reginæ factæ postea tamen ad

summ

suum monasterium redierunt. Filij Imperatorum Occidentalium Romanorū tam certæ quam incertæ professionis monachi nouem, Filij Imperatorum Orientalium Constantinopolitanorum tam certæ quam incertæ professionis octo. Filiæ Imperatorum Orientalium Romanorum tam certæ quām incertæ professionis tam sanctæ quam non sanctæ ducentæ & vndecim. Filiæ Imperatorum Orientalium Constantinopolitanorum tam certæ quam incertæ professionis octo. Viginti filij regum monachi & Sancti, quorum locus professionis constat. Sex verò filij regum monachi sed non sancti, quorum locus professionis est cognitus. Tres autem filij regum monachi, quorum locus professionis est incognitus. Octo filij regum inuiti monachi facti tam certæ quam incertæ professionis. Filiæ regum sanctimonialer, & sanctæ certæ professionis triginta sex. At viginti septem tantum filiæ regum certæ professioris sanctimoniales verum non sanctæ. Decem autē filiæ regum, sanctimoniales Benedictinæ quidnm sed incertæ professionis. Duo duces Venetum monachi & sancti totidem monachi non tamen sancti. Tres duces Venetum monachi facti inuiti totidem habitu tantum non autem professione monachi. Duciſſæ Venetum filij & filij Ducum sanctimoniales & monachi sex. Duces & duciſſæ & eorum liberi monachi octuaginta & vnus. Principes & principiſſæ cum eorum liberis monachi triginta duo. Comites & comitiſſæ cum eorum liberis monachi circiter centum & tredecim. Barones & Baroniſſæ cum eorum liberis monachi septem. Quis maior fructus adferri potuit Ecclesiæ Christianæ, quam quod magna pars Europæ per pios & doctos viros ordinem S. Benedicti professos a paganismo ad Christianæ fidei agnitionem fuit conuersa. Quis totam Franconiam Christo lucratus est? nunquid S. Kilianus martyr? Quis antiquam Saxoniam siue VVestphaliam ad Christum primò adduxit? an non sanguinis sui profusione duo Evvaldi? Quis Taxandriā mysterijs Christianæ fidei imbuit prius? Nonne S. Lambertus primus eorum Apostolus? Quis totam penè Germaniam &

Fristaros

Frisiam conuertit primò? an non S. Bonifacius? Quis Sueciã, quis Helsingam, ad professionem fidei primò vocauit? S. Stephanus Episcopus. Quis Vasconum Apostolus? Abbo Abbas. Quis Boiæmiæ, Hungariæ, Poloniæ? S. Adalbertus Episcopus & S. Benedictus Episcopus & martyr, Hunnos Slauos, Russos quis Christianos fecit? S. Bonifacius. Hungaros quis præterea fide Christiana & baptismate tinxit in Pannonia? S. Gerardus. Quis VVandalis Christo credere persuasit? S. Adalbertus Episcopus. Quis Prussorum & Lituanorum Apostolus. S. Brunus Episcopus. Quis totam Britanniam relapsam reuocauit? S. Augustin. cũ sex collegis à Gregorio Magno ablegatus. At rebaptẽsium quis fuit Apostolus? nunquid S. Chillenus An non S. VVillibrordus regni Frisiæ Apost. vt & præcedentes, Benedictinus erat? Nunquid similiter S. Amandus Episcopus Brabantiæ, Flandriæ, Slauorum & Vasconum Apostolus extitit? vt & Frisiæ S. VVilfradus Hollandiæ VVilfridus, Franconiæ, VVillehadus Episcopus, Frisiorum, Hollandorum Saxonum Apostolus S. Sunibertus, Gothorum, Danorum, Sueonum, Aquilonarium partium magnus Apostolus S. Ausgarius Episcopum, Saxonum & Frisiorum Orientalium Apostolus & Monasterienſium S. Ludgerus, Transiselanorum S. Lebuinus, Pomeranorum in Sarmatia Apostolus. S. Otto Episcopus, Antipodum noui orbis, id est, Americæ primus Apostolus D. Bueillus Episcopus. At hi omnes iam enumerati qui tot tantaque commoda in Christianam Rempubl. inuexerunt, origine & professione Benedictini exstitere. Iã vero ex quanam religione plures prodiere, qui auersos hæreticos ad gremium Ecclesiæ reduxere, quam ex germine et getge Benedictinorum? Quis Visigothos in Hispania ab Arrianismo ad fidem Catholicam reuocauit, si non S. Leander Episcopus? Quis hæresin Berengarianam magis expugnauit, quam S. Guido Abbas? Quis Anthropomorphitarum exstirpator & contra eosdem grauissimus scriptor? an non S. Ratherius Episcopus? Quis nocentissimum schisma Pontificum sustulit nisi S. Bernardus Cistercienſis licet ordine ex regula

quamen Benedictinus. An non S. Martinus Durienſis Epiſcopus Sueuorum in Hiſpania ab Arriana peſte ad vnitatem fidei plurimos auertit? Si ius Pontificium ſpectes, nonne D. Burchardus D. Gratianus Doctor Canonum collectores, & D. Ioannes Abbas I. Pontificij Doctor & Decretalium Sexti libr. & Clementinarum primus expoſitor? Nunquid prima fundamenta Iuris Canonici poſuere? D. Ioannes Trithemius, quam benè de omnibus bonis literis meritus nemo facilè expreſſerit. Tranſeo Petrum Damianum, qui Mediolanenſes Simoniacos Nicolaitos Romanæ Eccleſiæ reconciliauit, & S. Humbertum, qui Græcos ad fidei vnitatem ſua ſapientia reduxit. S. Bernardum, qui libertate Eccleſiæ reſtituta Henricianam hæreſin proſtigauit. S. Petrum Igneum Florentinorum à Simoniaca labe ignis teſtimonio liberatorem. S. Albericum Berengarianæ hæreſis mirificum exploſorem, D. Nicolaum Anglum Apoſtolum Norwegiæ. Quid attinet iam commemorare ex hoc ordine prophetico ſpiritu præditos mares & fœminas D. Ioachimum Abbatem, S. Eliſabethã Abbatiſſam, S. Hildegardem, S. Gertrudem, S. Mechtildem, præſtantiſſimos vniuerſitatũ fundatores vt Parienſis S. Albinum ſeu Alcuinum, Oxonienſis S. Neotium, ſtudij Cantabrigienſis quatuor alios Benedictinos monachos fundatores Papienſis D. Ioannem Scotum. Prætermitto lubens innumerabilem prope Sanctorum ex hoc ordine exercitum. Etenim iuxta Trithemij calculum numerus ſanctorum eius ordinis, millenarium quintumdecimum, iuxta computum Petri Meſſiæ, trigeſimumſecundum, ſecundum alios trigeſimumſeptimum iuxtu Petrum Bughianum vero quinquageſimum excedere videtur. Solitus Caſſinenſis monaſterij Sancti Canonizati quinque millia, quingenti quinquaginta quinq; omnium monaſteriorum ſimul quadragiuta quatuor millia. Soli Martyres Caſſinenſes 5555. cætera monaſteria numerum triginta

ſeptem

septem millium attigisse feruntur Monasteria Benedictinorum 37. millia Sanctimonialium quindecim, si in qualibet monasterio, vnus saltem Sanctus reperiatur, in quam immẽsum numerum excresceret omniũ sanctorum multitudo? Quam præstantes Disciplinæ Ecclesiasticæ administratores & præsides hic ordo semper tulerit & habuerit S. odo Abbas primus ordinis Monastici Migrorum reformator & S. Stephanus Abbas Congregationis Grandimontensis reformator S. Ioduicus Barbo Abbas Congregationis Italicæ S. Iustinæ de Padua quæ nunc Cassinensis reformator, D. Ioannes Abbas congregationis Germanicæ Bursfeldãsis Reformator D Garsias à Cisnero Abbas Congregationis Hispaniæ S. Benedicti de Vallisoletareformator testes locupletissimi (vt alias infinitas reformationes prætream) esse poterunt. Sola enim vigente disciplina hic ordo in suis locis stetit ea collabente pluribus in locis iusto Dei iudicio ruit. Cùm autem Ioannes Caluinus li. 4. Inst c 12. v. 22. li. 4 c. 10 v. 12. 22. 23 li. 4. c. 5. 14. sugillet & rideat traducatq; omnium Catholicorum Disciplinam tanquam corruptam, contemtam & neglectam, placuit his libris Reuerendissimos omnes Archiepiscopus, Episcopos, Reuerendos dominos Archimãdritas ad restitutionem diligentem disciplinæ cohortari, & strenuos in hoc sancto officio nominatim mihi cognitos ad omnem posteritatis memoriam collaudare. Non modo in huius præfationis Epigrapha expressos disciplinæ monasticæ strenuissimos cultores, patronos colendissimos, sed & subsequentes quoque non minus mihi obseruandos & cognitos Reuerendissimos Patres & Archimandritas, quorum nobilis & celebris in Ecclesia fama est, nempe Aegidium Geilkirchen, Knechstedensem, Balthasarem Panhausen Steinfeldiensem, Heribertum Ludendorff Brauvvyerlensem, Antonium Venetorium Hardenhusensem, Vlricum Iserenhoett Breidelerensem, Ioannem Busch Duranum Heysterbaccensem. Ioannem Kitlich Lacensem, Antonium Sancti Mauritij, Michaëlem Mediolacensem Treuerenses. Neque enim.

eos debui vllo modo seiungere, sed potius sub eadem regula signo & vexillo militantes in Christi & Ecclesiæ castris coniungere, quos adeo arcto fœdere religionis adeoque indissolubili voti & professionis vinculo sacrati Duces S. Benedictus, Sanctusque Bernardus colligarunt. Neque etiam vnius, sed plurium Mœcenatorum patrocinio necessario indigeo, vt non meum priuatum quæstum, lucrum aut honorem (absit procul talis à Syncero & candido animo suspicio,) quæram, sed potius vt communi Catholicæ Ecclesiæ, & religionis eheu per Caluinistas nimis oppressæ emolumento consulam, vt Doctrinæ & Politiæ callidissimæ Caluinianæ pro virili resistam, monasticos ordines, quorum sunt euersorees Caluinistæ, pro mea facultacula licet exigua tuear qualibuscunque laboribus meis, vt monimenta & lucubrationes meæ contra eosdem conscriptæ, quæ sine magnis sumptibus his difficillimis temporibus imprimi non possunt, cum & hi libri sex collatis meis expensis typis mandati sint, facilius commodiusque in lucem prodeant. Etenim quatuor genera monimentorum adhuc edenda mihi restant. principio quatuor Tomi magni Commentariorum Ecclesiasticorum de diuinis Officijs, in quorum priore, Antiquitates & Origines singulorum partium latè inuestige Ceremonias defendo, in altero totum officium de festis Sanctorum in Missali & Breuiario, in tertio totum Officium de feria seu Tempore in ijsdem explico, in postremo officia Caluinistaeum, Lutheranorum & aliorum hæreticorum conuello, eorruptelas agendarum ostendo. Qui libri erunt eiusdem magnitudinis cuius est Confessio Hieronymiana à me antè duodecim annos in lucem prolata, hos ob sumptuum impendendorũ grauitatem (quidam enim tantas impensas ferre non possunt, quidam nolunt ni si larga à patronis contributio fiat) typographi imprimere detrectant. Deinde laboriosissimæ Animaduersiones contra

totam

totam hæresin Caluinianam qnatuor libris Institutionum Ioannis Caluini comprehensam supersunt. Præterea Politiæ & Disciplinæ Caluinistarum in Synhodis eorundem Belgicis & Gallicis & diuersis de Politia libris contentæ confutationes edendæ in lucem desiderantur à pluribus. Postremo denique Syntagmata Antiquitatum Ecclesiasticarum contra Caluinistas Lutheranos variosque alios hæreticos ex Tomis Annalum Ecclesiasticorum Cæsaris Baronij diligenti studio collecta, excerpta & in ordinem digesta ab optimis viris exspectantur. Adde quod mirum nulli videri debeat, me tam multos Mecœnates ad hæc omnia opera mea iam nominata studiosè inquirere, cum etiam solius huius præsentis Argumenti de Disciplina Canonica Ecclesiastica & monastica collapsa restituenda dignitas honestas, vtilitas & amplitudo ac latitudo adeò sese latè extendat, vt ad omnes simul Prælatos Ecclesiasticos à summo Pontifice nimirum maximo ad infimum vsque Prælatum æqualiter simul spectet & dilatetur tamqne latè pateat quam ipsæ Encyclicæ & Catholicæ literæ Clementis Octaui Honestum quoque rationi, æquitati iuriqque Diuino consentaneum planè esse arbitror. vt illi, qui pro Disciplina, Politia, diuinis officijs & doctrina totius religionis & Ecclesiæ contra Caluinistas decertant & dimicant eorum præcipuè auxilijs & subsidijs ipsorum lucubrationes subleuentur & adiuuentur, qui primaria Ecclesiæ membra eius sunt veri nutricij Patres & matres præbentes mammillas & vbera filijs Ecclesiæ pro eadem laborantibus. Quemadmodum autem in veteri & nouo testamento monentur omnes, qui veri Israelitæ & filij Abrahæ haberi & esse reipsa desiderant, vt opera Abrahæ & fidem, obedientiam, contemptum rerum terrenarum, hospitalitatem, peregrinationem, pietatem in Dei cultu, liberalitatem, in vincēdis tentationibus fortitudinem, &

Genes. 12. Act. 7. Genes. 13. 14. 15. Rom. 4. Galat. 3. Iacobi. 2. Genes. 18. 22. Heb. 6. 11. 11. 26.

alias eius omnes virtutes consectentur, repromissiones cum eodem adipiscantur (neque enim omnes Israelitæ, qui esse patrem habere Abraham iactitabant & iuxta carnem semen Abrahæ erant Matthæi 3. cap. versi. 9. Lucæ 3. cap. v. 8. Ioannis 8. cap. v. 39. Roma. 4. cap. v. 17. & cap 9. ver. 7. verè filij Abrahæ censebantur (sed illi duntaxat, qui opera Abrahæ faciebant, fidei in Christum, bona opera adiungebant, spiritualiter non carnaliter viuentes Rom. 9. cap. 7. Ad Galat. 3. cap. v. 7. & 29.) & vt ijdem Israelita commonefacti sunt, quo respicerent in solidam Petram, vnde prius vili lapides excisi fuerant: sic Vestræ Reuerendæ, paternitates in primos ordinum suorum fundatores, authores, iustitutores & reformatores, præcipua illustria miraculis etiam pietatem testantibus coruscantia, Sancta membra tanquam lucidissima specula viuæque imagines ad obseruandam perfectam disciplinam, non modo ipsæ intuentur, sed etiam eidem regulæ ac normæ suos subditos seriò conformare, & in eiusmodi regulæ cultum ac obseruantiam inducere studet, atque ita Cistercienses S. Bernardi, Benedictini S. Benedicti institutum, morem & eandem regulam in genere acerrimè vrgent, in specie autem Tuicienses ad Ruperti Tuicensis summi pietate & doctrina viri exemplar, Panthaleonita ad primi Abbatis Christiani à Brunone Archiepiscopo constituto typum, Glabbacenses ad S. Sanderadi primi Abbatis Monasticæ disciplinæ studiosissimi teste Trithemio, similitudinem, Heisterbaccenses, ad pientissimum suam Cæsarium, Sprinckhersbaccenses & doctissimum & religiosissimum Abbatem Absalonem adeò insignibus scriptis clarum, & S. Abrunculum Archiepiscopum Treuerensem loci patronum, VVerdenenses ad Sanctos Luidgerum & Svvitbertum, Sibergenses ad Sanctissimum suum Abbatem Cunonem, & simul Episcopum Ratisbonensem, Benedictini simul omnes ad

immen-

immensum Sanctorum exercitū à D. Arnoldo Wyon. libro tertio ligni vitæ in Martyrologio Sanctorum Benedictinorum enumeratorum, Augustiani in Sanctum Augustinum, S. Gvvielielmum Ducem Aquitaniæ, S. Nicolaum de Tolentino, S. Simplicianum Episcopum, Dominicani in Diuum Thomam, B. Petrum Martyrem, S. Anthoniniū, S. Vincentium, B. Dominicum. Carthusiani in S. Brunonem Colonienſem, S. Hugonem Gratianopolitanum Episcopum, alium S. Hugonem Lincolniensem Episcopum in Anglia. S. Lantuinum, S. Amelinum Subaudum. S. Stephanum Dienſem. S. Basonem, S. Petrum Petronium Senenſem & B. Gulielmū, Cistercienſes non modo in primipilum Sanctæm Bernardum, sed & in Sanctum Robertum Abbatem Molismenſem, Sanctum Hugonem Episcopum Antisiodorenſem, S. Gvvilielmum Abbatem fontis Ioannis Bituricenſem Episcopum, S. Thomam Cantuariensem, S. Edmundum Episcopum, Hemradenſes in Trenerenſi Diocæſi in Sanctum Dauidem monachum, Præmonſtratenſes in Sanctum nobilem ſuum Norbertum, Faanciſcani non modo D. Franciſcum, ſed & in quinque fratres Martyres, Berardum, Petrum, Accurſium, Adiutum, Othonem, Sanctum Bernardinum Confeſſonem, Sanctum Antonium de Padua, Sanctum Ludovvicum Episcopam, Sanctum Ludovvicum Regem Francorum, Sanctum Iuonem Canonum Doctorem, Cruciferi in ſuum Quiriacum Episcopum Hieroſolomitanum Carmelitæ fratres in SS. Andream Episcopum Feſulanum, Ioannem Patriarcham Hieroſolomitanum, Bertholdum, Albertum, Cyrillum & alios plures, Regulares in Thomam Kempiſium & innumerabilem pene aliam multitudinem ſanctorum 53. Pontifices, vndecim partim Imp. partim reges & Duces Doctores 86. Canonici ad S. Apoſtolos ipſos tanquam ad cynoſurā ſcopum & propoſitū Archetypon reſpiciunt. ad eorum exempla,

mores

mores, vitam, studia & Disciplinam conformare & accommodare nituntur, totoque conatu moliuntur, ne spurij suorum patrum & illegitimi filij sint ac habeantur, vt cum radices firmas per sanctos suos Canonizatas posuerint in cœlis filegitimam & veram more maiorum monasticam Disciplinã etiam obseruauerint, non valeant furore Caluinistarum eradicari in terris. Imitabuntur Reuerendißimi PP. S. Absalonem Sprincheerbaccensem Abbatem, qui sua ætate in isto monasterio sepultam Disciplinam excitauit, exstinctam accendit, mortuam viuificauit, quod diuino quodam miraculo initio suæ electionis comprobatum fuit. Auctor est enim Trithemius de viris Illustribus in vita S. Absolonis Abbatis, quod cum Absalon absens in Abbatem electus esset & ad Cœnobium primò accederet, miraculosè omnes monachorum candelæ exstinctæ fuerunt, vna excepta, quæ sola arsit & designabat vt Trithenius explicat Disciplinam aliorum monachorum penitus exstinctam per hunc S. Absalonem reaccendendam. Etem illa vna candela (designans recenter electum nouum Abbatem Absalonem) adhuc vehementer ardens flammamque emittens omnes alias religiosorum candelas reaccendit Imitabuntur Heliam zelosißimum & feruentißimum apud Colonienses Abbatem simul Pantaleonis & S. Martini, qui eum in vtroque monasterio eodem tempore strictam & seueram obseruaret exerceretq; sub Archiepiscopo Pilgrino Disciplinam, monachi eius Canonicam seueritatem exosam habentes, accusant ipsum apud Pilgrinum, eundemque eò instigando impulerunt, vt parum abfuerit, quin Pilgrinos pium æstuantemque zelo disciplinæ virum vrbe Colonienſi depelleret. Sed horrendum quod accidit miraculum attendite imisque pectoribus infigite. Sanctus enim vir Helias zelo Heliæ prophetæ, simillimus nihil territus minus Archiepiscopi aut monachorum rebellium & inobe

dien

tium detractionibus clandestinis susurris & murmurationibus atque supplantationibus, constanti magno heroicoque animo dixisse commemoratur. Si Christus in nobis peregrinis est (erat enim Scotus natione cum sibi adhærentibus obedientioribus monachis) nunquam viuus sanus & incolumis Coloniam veniat Pilgrinus, quid accidit? Pilgrinus antequam Coloniam venire, posset vitam cum morte commutauit, veram hanc admirabilemque historiam narrat integræ fidei Historicus Marianus Scotus sub earum Domini 1036. confidant igitur constanter & firmiter Deo zelosi Archimandritæ, nec animo vacillent, nec facilè consternantur. si ob zelum Disciplinæ aliqua aduersa sibi accidere experiantur. Deus enim æquissimus Iudex vindex acerrimus violatæ, corruptæ & neglectæ Disciplinæ, adcrit suo potenti diuino auxilio & gratia pijs ardentibusque Archimandritarum in conseruanda vel restituenda promouendaque Disciplina conatibus & studijs. Armentur zelo Hebiæ prophetæ, quem non ab exequutione Disciplinæ & iustitiæ deterruit impius Achab aut Iezabel, respiciant S. Ioannem Baptistam qui Herodis impij frendentem, iram non metuit, sed maluit caput amittere, quam à reprehensione Regis crudelissimi abstinere. Seuerinus Boetius insignis philosophus atque Theologus ab impio Theodorico rege perpeti carceres & postea vitam ponere, pro zelo disciplinæ non formidauit. Cassianus eodem zelo incensus ac inflammatus discipulorum cultellis ac punctionibus confossus martyrium subijt. Rabanus Maurus à suis monachis Fuldensibus ob non dissimilem cansaus repudiatus cessit officio, confugit ad reges Galliæ patronos suos & postea Archiepiscapus Moguntinus creatus est, non abhorruit Esaias serra secari Amos clana interfici Zacharias ante aram occidi Disciplinæ gratia, Ieremias similiter in carceres coniectus non erubuit. zolum Dauidis testatur psal-

Baronius Tom-7. Annalium. Prudentius in Cassiano martyre. Trithemius vide ad Heb. c. 11. in fine.

mus

mus centesimus decimus octauus, & sexagesimo octauo. Pauli cap. 9. ad Rom. & 2. ad Corinth. cap. 1. Petri epistola prima, capite 3. hortatur vos vt boni æmulatores sitis legis & Disciplinæ Magnus Christi zelus vos inflammet, qui à peccatoribus Iudæis, quorum peccata sine dissimulatione assiduo reprehenderet crucis ignominiosissimam pœnam sustinere non fuit grauatus. Moyses quanto zelo exarserit Disciplinæ Exodus Leuiticus, Numeri & Deuteronomum clarissimè pluribus in capitibus testificantur. Caput decimum libri quarti supra poterit Lectori benevolo varia exempla historica suppeditare de præstantissimis viris qui magno zelo æstuantes Disciplinæ dira quæque perpessi sunt. Amulor vos, inquit Paulus Apostolus amulatione Christi. Dauid in psalmis zelus domus tuæ comedit me Obtestor autem vos Admodum Reuerendos in Christo Patres per ipsa misericordiæ Christi viscera. per afflictissimæ sponsæ Christi, ob Caluinistarum rabiem ac furorem, extrema pericula & vltimam vrgentissimamque necessitatem, per communem Ecclesiæ salutem & protectionem vestris Reuerendis Paternitatibus creditam & commissam, vt Disciplinæ Ecclesiasticæ & monasticæ restitutio seriò vobis cordi sit, eius accuratissimam rationem imprimis habeatis, ob cuius neglectionem seu intermissionem hactenus Deus multis in locis Caluinistas prævalere suo iusto iudicio permisit, vt omnia media & adiumenta, quibus huic pestiferæ latè serpenti hæresi, quæ iugulum vestrum potissimum petit, tot Abbatias absorpsit deglutiuit, ad alias deuorandus quotidie inhiat, resistere & occurrere positis omni studio, diligentia, sedulò inquiratis ac inuestigetis, eoque contendatis communi coniuncta confœderata opera consociatisque viribus precibus & sacrificijs. Hæc est illa ipsa præsentissi-

tissima pestis, quæ scripturarum integumentis obuoluta & pallijs vestita longè sæuit acrius, ardet vehementius, spargitur indies latius, quam olim vnquam Arrianismus cum hac blanda & callida meretrice Antichristi prodroma scortantur iam reginæ, Principes, Comites, nobiles, prouinciæ integræ dimersæ plurimæ imperitaque plebecnli. Aduersus hanc docendo scribendoque assiduum nunquamque, quamdiu vixero, intermittendum bellum gero, eorum doctrinam totam in Institutibus Ioannis Caluini & Locis Communibus Petri Martyris comprehensam magna iam ex parte confutaui; Politiam seu Disciplinam in Synhodis Belgicis & Gallicis M. S. & editis de Politia varijs libris contentam (ad has enim duas partes Doctrinam & Disciplinam vniuersa Caluinistarum hæresis præcipuè refertur) reprehendi atque explosi, maiorique adhuc studio & diligentia refellam, Officia nostra Ecclesiastica latissimè confirmaui, Caluinistarum, Lutheranorum & aliorum Heterodoxorum repudiaui Doctrinam Catholicam ex testimonijs D. Hieronymi ante plures annos communiui & confirmabiliui, in apertam etiam lucem protuli. Sed quis sum ego ad res tanti momenti præstandas tantorum Prælatorum destitutus auxilio, quorum hic non minus sed multò etiam magis, quam mea causa agitur. Vestrum igitur auxilium colendissimi obseruandissimique Patres enixissimè humillimeque in communi causa imploro, vt mihi assiduò laboranti contra hunc Cerberum tricipitem adsitis, calcaria addatis, exstimuletis, multò alacriorem reddatis, vt quod fidenter Deo inspirante cœpi, Deo & vestris reuerendis paternitatibus adiuuantibus perficere & absoluere commodius facilius-que quam celerrimè possim. Deus Optimus Maximus omnium bonorum operum largissimus remunerator erit mercedes

vestras

vestra magna nimis, & non modo in hoc sed etiam in futuro seculo largissima manu retribuet, qui vestras Reuerendas nobiles Paternitates *ad vtilitatem monasteriorum vestrorum obseruuntiam strictæ Disciplinæ sacrorumque Dei officiorum in diligenti & fideli longæua administratione contra rabiem & furorem Caluinistarum vobis assiduo insidiantium sanas & incolumes semper tueatur. Datum Coloniæ anno redemptionis humanæ Millesimo duodesexcentesimo ipsis Kalend. Iunij.*

Vestr. Reuerendiss. Paternitatum humillimus cliens

Cornelius Schultinge Steinvvych

DE

DE DISCIPLINA ET POLITIA ECCLESIASTICA EX OFFICIIS SACRIS & ministerijs diuinis ac homilijs, quæ in Ecclesijs pro lectionibus legi consueuerunt.

CAPVT I.

IN officio Matutino festi Dedicationis Ecclesiæ in 3. Nocturno in vltimo Responsorio inter cætera canitur & oratur, vt sit in domo Ecclesiæ spiritualis Disciplina & obedientia. & in Collecta sacra in Octaua Epiphaniæ rogamus, vt per Christum, quem foris nobis similem cognouimus, intus reformari valeamus vel mereamur: similis locus est in epistola ad Romanos cap. 2. vbi Paulus grauiter contra tales Iudæos detonat, qui cum alios reformare vellent, ipsi eorundem vitiorum rei fuerunt deprehensi. Si autem tu Iudæus cognominaris, & requiescis in lege & gloriaris in Deo, & nosti voluntatem eius & probas vtiliora instructus per legem, confidis te ipsum ducem esse cœcorum, lumen eorum, qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium habentem formam scientiæ & veritatis in lege. Qui ergo alium doces, teipsum non doces? qui prædicas non furandum furaris? qui dicis nō mœchandum, mœcharis? qui abominaris idola, sacrilegium facis? qui in lege gloriaris, præua-

ricatione legis, Deũ inhonoras? &c. vide Timotheũ initio Refor. iuxta ordinem Tridenti. Concilij in Psalmo 118. Bonitatem, Disciplinam & scientiam doce me. Cupit doceri Disciplinã morum magistram. Cum Disciplina Dei sit castigatio delictorum nostrorum vt etiam ait Ioannes Caluinus lib. 3. Institut. cap. 4. vers. 31. & 32. 33. 34. 35. loquitur Deus per os Dauidis in psal. 88. Misericordias domini. si dereliquerint filij eius legem meam, & in meis iudicijs non ambulauerint, si iustitias meas prophanauerint & mandata mea non custodierint, visitabo in virga iniquitates eorum & in verberibus peccata eorum. Misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neque nocebo in veritate mea, neque prophanabo testamentum meum & quæ de ore meo procedunt, non faciam irrita; Gregorius Magnus in homilia super Euangelium Lucæ de Euangelistis. Designauit discipulos & mittebat binos ante faciem suã, carpit Ecclesiasticos qui nec oratione, *nec prædicatione* iuuant Ecclesiam, & reprehendere ac increpare potentes non audent, ne stipendijs & muneribus ab ijs priuentur, & tamen oblationes ab Ecclesia recipere minimè erubescũt, quæ oblationes ideo dantur, vt orent prædicent & Disciplinam exerceant & reprehendant negligentes in officio tam potentes quam infirmos in psalm. 93. Deus vltionum dominus? &cæt. Qui corripit gentes non arguet? qui docet hominẽ scientiam, hic locus manifestus de Disciplina Dei & in Hymno Plasmator hominis Deus qui legitur feria 6. ad Vesperas, Repelle à seruis tuis, quicquid per

immun-

immunditiam, aut moribus se suggerit, aut actibus se interserit. Totum Canticum Moysi Deuteronomij c. 32. Audite cœli quæ loquar, &c. quid est aliud quam increpatio populi Israelitici propter neglectam Disciplinam in psal. 117. Confitemini domino quoniam bonus Castigans, castigans me dominus & morti non tradidit me dicit & in alio psalmo Dauid Israelitas propter iniustitias suas id est neglectam disciplinã humiliatos esse. Feria 2. Quadragesimæ in Collecta fit mentio cœlestis Disciplinæ. Conuerte nos Deus salutaris noster, & mentes nostras cœlestibus instruè disciplinis. in alio quodam psalmo 49. quia odisti disciplinam & proiecisti sermones meos retrorsum &c. ideo arguam te & statuam te contra faciem tuam. Feria tertia post Dominicam Inuocauit homilia da ficu, quæ non faciebat fructum & proiecta est in ignem agit contra indisciplinatos & de eorum punitione. In Iure Canonico axioma est & supra ex Decretis allegatũ: Error cui non resistitur approbatur, &. Qui culpam non redarguit, ei consentit. Leo Pontifex in homilia Dominicæ 2. Quadragesimæ agit de Disciplina omnium virtutum in Quadragesima maximè seuerius exequenda & de censura proprij iudicij. In psalmo septuagesimo secundo. Quam bonus Deus Israel. Et fui flagellatus tota die & castigatio mea in matutinis monentur psalmo isto pij, ne offendantur temporarijs fœlicibus successibus impiorum, qui omnem Disciplinam contemnunt. Huc quoque pertinet Collecta ista Ecclesiastica insignis pro delendis peccatis.

Parce domine parce peccatis nostris, & quamuis incessabiliter delinquentibus continua debeatur pœna præsta, quæsumus, vt quod ad perpetuum meremur exitium, transeat ad nostræ correctionis auxilium, & tentationem, quam pro peccatis nostris cognoscimus super nos prævalere te miserante sentiamus cessare in psalm. 96. Dominus regnauit exultet terra dicitur iustitia & iudicium correctio sedis eius. alia versio habet stabilimentum. vnde colligimus firmamentum & stabilimentum Ecclesiæ esse Disciplinam, sicuti disciplina & iustitia Dei est stabilimentum throni Dei. In Homilia Dominicæ 3. post Pentecosten 34. Gregorij vera iustitia compassionem habet, falsa dedignationem, quamuis & iusti soleãt rectè peccatoribus indignari. sed aliud est, quod agitur typo superbtæ, aliud, quod zelo disciplinæ. Indignantur enim, sed non indignantes desperant, nó desperantes persequutionem commouent, sed amantes: quia & si foris increpationes per Disciplinam exaggerant, intus tamen dulcedinem per charitatem seruant. huc etiam pertinet Collecta in Vigilia Paschæ seu Sabbatho sancto. Deus, qui in omnibus Ecclesiæ tuæ filijs sanctorum prophetarũ voce manifestasti in omni loco dominationis tuæ satorem te bonorum seminum & electorum palmitũ esse cultorem; tribue quæsumus populis tuis, qui & vinearum nomine apud te censentur & segetum, vt spinarum & tribulorum squalore resecato, digna efficiamur fruge fœcundi per d.n.i.ch. & de Visitatione domini pulcherrimè dicitur in versic. vltimo 2. Nocturni in Officio

ficio omnium Animarum. Visitatio tua domine custodiuit spiritum meum. De obseruando tempore Visitationis ex homilijs ad Euangelium Dominicæ 10. post Octauam Pentecostes ex capit. 19. Lucæ, vbi causa exponitur excidij Hierosolomitani neglectus Visitationis, &c. Quia si tu cognouisses tempus Visitationis tuæ, &c. sed hæc iam ab oculis tuis abscondita sunt videantur & consulantur in hunc locum Doctores Ecclesiæ & recentiores Homiliarij. Deus semper præmisit concionatores ante punitionem suam, visitationem & disciplinam. in Cantico Zachariæ Benedictus Deus Israel quia visitauit nos. Prouerb. ca. 3. Fimi mi noli deficere à disciplina domini & ne fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit dominus corripit & quomodo pater in filio cõplacet sibi & Prouerbiorum 6. cap. Audi fili mi Disciplinam patris & ne dimittas legem matris tuę Eleganter venerabilis Beda in Lucæ cap. 22. libr. 6. capite 22. Pius magister discipulis formam, quam sequantur, humilitatis modesta ratione præscribit, in qua tamen forma obtinenda maiores & præcessores, id est Doctores Ecclesiæ non minima discretione opus habent, ne videlicet regum gentium instar, dominari subiectis, seq; ab eis gaudeant superuacuis laudibus attolli, sed ad exemplum regis æterni, quasi iuniores eis quibus regendis præsunt, efficiantur vt ministri, quia nimirum necesse est, vt sic bene agentibus per humilitatem sint socij, quatenus contra delinquentium vitia per zelum iustitiæ sint erecti, vt & bonis in nullo se præferant, & cum prauorum cul-

pa exigit, potestatem protinus sui prioratus agnoscant. Ne enim præsidentis animus ad elationem potestatis suæ delectatione rapiatur, rectè per Sapientem dicitur. Ducem te constituerunt, noli extolli, sed esto in illis quasi vnus ex illis, hinc etiam Petrus ait non dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo. D. Augustinus obseruantiam bonæ Disciplinæ ex timore Dei & prælati proficisci asserit. Chrysostomus autem docet quam graue sit Prælatos suo malo exemplo alios ad peccandum inducere vide & Ambrosium Dominica 6. post Pentecosten lectione 4. Seuerianus Episcopus in sermone de 8. Innocentium in Treuerensi Breuiario vocat quendam sanctum Episcopum rectorem populi, morum custodem & censorem Disciplinæ. In hymno feriæ 3. post Vesperas feriales. Telluris ingens conditor, Mentis perustæ vulnera, Munda virore gratiæ vt facta fletu diluat, Motusque prauos arterat. In libro Sapientiæ dicitur Sapientia doctrix Disciplinæ. In vltimo psalmo feriæ 5. Nocturni Visita domine vineam tuam. Esaiæ cap. 10. Quid facietis in die Visitationis & calamitatis de longe venientis, ad cuius confugietis auxilium. ibidem. Visitabo super fructum magnitudinis cordis Regis Assur. id est, puniam eius arrogantiam. Leo in Sermone de Quadragesima Dominica. 7. quæ legitur iam ait seuerius & rigidius virtutum exercenda Disciplina, eliminanda & abradenda omnia vitia. nam rarò bonus inuenitur, qui hoc tempore non est feruentior. Gregorius in homilia super Euangelium. Simile est

regnum

regnum cœlorum thesauro absconditο. Quicquid iuueniliter hilarescit in mente, censura disciplinæ coerceat, vt dum sponte temporalia fugitis æterna cum gaudio facilius capiatis, In Officio Ecclesiastico de D. Hieronymo. D. Hieronymus correxit, statum totius mundi, populi & cleri iuxta sacræ scripturæ normulas S. Maria moribus suis exhibuit Disciplinam teste Ambrosio & legitur in Officio de Præsentatione Hugo in lib. de Arca Disciplina est flos arboris virtutum Disciplina & correctio non ex odio sed ex amore prodire debet. tractat hoc argumentum diligenter Fulgentius in Lectionibus de S. Stephane. B. Stephanus corripiebat & reprehendebat acerrimè Iudæos, & pro ijsdem tamen ex charitate orabat.

CAPVT II.

De Disciplina Canonica plura collectanea ex scripturis quam fuerunt allata, libro 3. cap. 20. 21. 22. 23.

PRouerbiorum vide 29. cap. Virga & correctio tribuit sapientiam puer autem qui dimittitur voluntati suæ, confundit matrem suam. Ecclesiastici, cap. 30. Equus indomitus euadit durus, & filius remissus euadet præceps. Lacta illum & pauentem te faciet, lude cũ eo & contristabit te, non illi corrideas, ne cõdoleas, & in nouissimo obstupescant dentes tui. Curua eius ceruicẽ in iuuentute, & tunde latera eius, dum infans est, ne forte induretur, & nõ audiat te & erit dolor animę tuę.

Artem quandam & formam Disciplinæ seu modum præscribit Paulus 1. Corinth. 4. Hæc fratres transfiguraui in me & Apollo propter vos, vt in nobis discatis, ne supra quam scriptum est, vnus aduersus alterum infletur pro alio. Quis enim te discernit? Modus est sub prosopopæia suæ propriæ vel alienæ personæ proximum emendare. In Iona propheta capit. 1. quis sit causa tempestatis in Ecclesia, & quomodo calamitatib. per exercitium Disciplinæ sit occurrendum sub typo & figura Ionę delineatur, qui ait. Proijcite me in mare & cessabit tempestas Lucæ ca. 3. Ioannes Baptista concionatur, securim disciplinæ ad radicem arboris positam, vt amputentur & abscindantur vitia & abusus. In Cantico Ezechiæ cap. 28. Esaiæ corripies & viuificabis me, verè disciplina & correptio hominis viuificatio, renouatio & iustificatio est. Hieremiæ 1. cap. Constitui te super gentes, vt euellas, plantes ædifices. videantur in eum locum interpretes. Hieremiæ 2. cap. A seculo confregisti iugum meum rupisti vincula mea, sub omni ligno frondoso prosternebaris meretrix. Iugum illud & vinculum Disciplina est, de quo loquitur propheta. docet in eodem capite propheta propter neglectionem Disciplinæ, prouincias regna, ciuitates, Diocæses dari in prædam Disciplinam, ait ibi Hieremias, non receperunt, & paulò pòst, quare israel factus est in prædam. vide totum cap. 2. Hieremiæ. Hieremiæ cap. 5. iterato repetitur. Nunquid non super his visitabo ait dominus. peccata vestra prohibuerunt bonum à vobis. Filij Belial id est sine iugo vocantur 1. libro

Regum

Regum,qui exeutiunt Disciplinam. vsurpant illi voces dæmonum, de quibus apud Euangelistam: Iesu cur venisti ante tempus nos torquere? Paulus ad Titum cap.1. Constitui te Cræte,vt ea,quæ reliqua sunt,corrigas. Heli 1.Reg. c.3. punitus ob non seruatam Disciplinam, eò quod indignè nouerat agere filios suos & non corripuerit eos: in hunc locum legatur Gregorius Magnus supra allegatus copiosè. Act.c.13.& in seqq. describitur Visitatio Pauli & Barnabæ. Genes.ca.31. verba Iacob ad Laban:Diu noctuque vrgebar gelu & æstu fugiebatque somnus ab oculis meis loquitur de vigili custodia ouium.33.c.lib.2. Paralip. vide orationē Manassis. apud Prophetam Hierem. percussi eos & non doluerunt,nec voluerunt recipere Disciplinam. Ezech.cap.34. Ecce ego ipse visitabo oues meas,sicuti visitat pastor gregem suum. Melius est à sapiente corripi quam stultorum adulatione decipi,Eccles.c.7. De vindicta pœnitentiæ Disciplina agit Paulus 2.Cor.7.ca. Pœnitentia,ait,quantā operatur vindictam? Hier.2.c. Sine causa filios vestros percussi,disciplinam non receperunt. in Hebraico sensus est, ait B. Hieronymus. Ipsi qui sunt percussi disciplinam recipere noluerunt. in 70. verò ideò filios vestros percussi, vt eorum nece vos erudiremini, & ne fortè diceretis, peccantes corrigere noluisti, plagis discite filiorum vestrorum, quod austeriori vos cupierim curare medicamine seu cauterio. Lucæ 3.ca. ait Ioannes Baptista in concione sua. Deus tenet ventilabrum in manu sua,vt aream suam,id est, Ecclesiam purget 2.Reg.ca.7. Virga humana vocatur Disciplina paterna.

terna.4.Reg.c.19. Inijciam hamum & frenum, vt ducam te quo voluero, sicut piscator piscem exqua trahit, & eques equum ducit quò vult. Esaiæ 24.ca. in fine: & congregabuntur congregatione, sicuti vincti in carcerem & in clausura recludentur, & post multos dies visitabuntur. Nemo potest eum corrigere, quem Deus despexit Eccles. c.7. Esaiæ 26.c. via iudiciorum Dei vocatur castigatio & disciplina. & c.28. Esa. per duplicẽ similitudinem exornat Disciplinam, nempè seminis, quod partim trituratur, partim per molarem lapidem minuitur. Tribuliæ & rastra sunt Prælati. Esaiæ c. 41. Disciplina Dei per similitudinem explicatur ca.48. Esaiæ: Fructum castigationis & Disciplinæ explicat Ieremias c.6. Omnes prophetarum conciones agunt præcipuè de disciplina post minas & Promissiones. Hierem. 6.c. pulchrum simile de Disciplina & Prælato, quomodo ob maliciam fructum non adferat. Hier. 9.ca. Dei disciplina vocatur amara lit. f. ardens ac acuta lit. c. & d. Hier. ca. 31. appellatur vitulus indomitus, qui disciplinam non admittit. Zach. 13.ca. Meliora verbera amici, quam fraudulenta oscula inimici. In Prouerbijs Salomonis per omnia & singula capita est turpium morum castigatio. Prouerb. 9.c. Da sapienti castigationem & adhuc sapientior erit. Prou. 17.c. Stultus plagis non emendatur. Eccles. cap. 7. Per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis. Seueritas magistratus laudatur. Prouer. 25.c. Retinaculum timoris soluitur per improborum molestias. Iob c.30. & 31.c. laudatur Iob quod corripuerit delinquentes. De Dei disciplina in homines lega-

legatur Iob c.33. Ezech 9. ca. Appropinquauerunt Visitatores vrbi. & mox ibidē: A sanctuario meo incipite. plura loca scripturarum de Disciplina require in Locis communibus Biblicis antiqui Theologi Defensoris, & in Pandectis Bibliorum seu scripturæ Patris Antiochi Hom. 82. 109. 111. 123. 124. & in Collectaneo Bibliorum Ioannis Pechani li. 1. c. 2. 4. 35. 36. l. 2. c. 5. 6. l. 4. c. 57. 58. 59. 67. 97. 103. 104. 107. 108. 109. 110. in Euangelistario Maruli li. 1. c. 24. l. 7. c. 3.

CAPVT III.

De oppositis Disciplinæ & repugnantibus.

TAles sunt vulpes quæ demoliuntur vineam Domini, hypocritæ simulatores, ficti Prælati. vide in Eruditorio exercit. in Roseto. vide in Speculo Fatuorū, num. 53. de fatuis incorrigibilibus, seu Osoribus Disciplinæ. & in Turba 21. De malè corripientibus. Plebs & clerus sine disciplina inter 12. abusus numeratur à Cypriano in fine operum eius aduersatur Disciplinæ criminibus habenas magis laxare, quam contrahere, & neruum disciplinæ dissoluere, nimium stringere vel nimium laxare: nam vt habet prouerbium: Si laxes erepit, si stringas erumpit. Cyclopum vita maximè infesta Disciplinæ. Nimia bonitas & clementia Theodosij reprehensa, quod daret occasionem delinquendi. To. 4. Annal. Baro. f. 613. 614. Morbi & vitia Ecclesiæ cum malis humoribus comparantur corporis, & disciplina cum medicina salubri comparatur. vide librum 1. Confusionis Caluinianæ Scoticæ ca. 4. folio 18. apud Hamaltonium.

Prouer-

Prou.ca.5. Cur detestatus sum Disciplinam & increpationibus non acquieuit cor meum, nec audiui voces docentium me, & magistris non inclinaui aurem meam. & in fine ca. 5. Iniquitates suæ capiunt impium & funibus suorum peccatorum constringitur ipse morietur quia non habuit disciplinam & in multitudine stultitiæ suæ decipietur, aduersatur Discipl. colare culicem & deglutire camelum parna emendare, magna negligere.

CAPVT IV.

De neglectione Disciplinæ in Ecclesia.

FIdei maiorem curam esse in Ecclesia quã morum Stapletonus conqueritur in Oratione de Hæresi. Vitia Prælatorum causæ persequutionis Ecclesiæ in Comm. Harm. Euang. to. 2. Beauxamis fol. 629. b. & 631. & ob neglectam disciplinam Canonicam vilescit ordo Ecclesiasticus, ibid. f. 28. b. 29. a. Sacerdotium continet regnum, exciso sacerdotio excinditur regnum, translatio regni translatio sacerdotij, timendum regno cum se sacerdotes indignè gerũt. ibi. 28. b. Caluinus in c. 7. Oseæ: In Papatu nulla est doctrina quæ sit instar cauterij, vel quæ sanguinem eliciat, quoniam quiescũt Papistæ in suis fecibus, ideo non apparet eorum peruersitas, sed hoc testimonium retorqueri poterit in Caluinianos vt ostendimus supra c. 8. li. 5. & demonstrabimus latius suo tempore. Ioannes Gerson Cancellarius Parisiensis in 1. Parte operũ suorum 75. recenset abusus in Ecclesia, qui oriuntur ex Disciplinæ neglectione, quem consulto quia locus paulò prolixior.

CAPVT

CAPVT VII.

Quonam tempore Disciplina magis floreat in Ecclesia, an tempore prospero & tranquillo, an tempore aduerso.

TEmpore persequutionis fidelium perfectissimè floruisse Disciplinam præclarè & elegan ter multis productis testimonijs Antiquitatis docet D. Petrus Emotte Parisiensis lib. 3. Professionis Catholicæ fidei c. 62. idem ex Cypr. audiuimus supra lib. 1. c. 8. tempore enim belli & persequutionis maximè viget, & tempore pacis & prosperitatis marcescit. hinc in antiqua Collecta pnlchrè sic orat Ecclesia. Deus regnorum regumque omnium dominator, qni nos & percutiendo sanas & ignoscendo conseruas, prætende nobis misericordiam tuam, vt tranquillitate pacis tua potestate seruata, ad remedia correctionis vtamur: solent enim homines tempore pacis luxuriari & voluptatibus nimium indulgere. Posseuinus lib. 9. c. 7. Bibliothecæ selectę sequentia habet verba Gregorij Magni lib. 7. ca. 8. & 9. Irrigatio cessat vbi arbor radices agit, & quod uon valet sacerdos efficere per Doctorum sermonem (ait Isidouas) iam potestas hoc debet implere per Disciplinæ terrorem. In Pontificali dicitur quod nostrorum temporum defectus non patitur manere censuram veterum canonum. vide tom. 3. Annal. ad annum Christi 311. quomodo pacis tempore floreat Eccle sia apud Baronium & tom. 6. Annal. fol. 460. tempore difficillimo nihil fuit remissum de pristino vigore ac disciplina.

CAPVT

Caput VI.

Ob malam disciplinam non statim deserendam esse Ecclesiam.

PRopter malos mores & neglectam Disciplinam non statim esse Catholicam fidem relinquendam, docet Franciscus Horantius lib. 6. ca. 8. Locorum Catholicorũ contra Institutiones Caluini, sed & hoc idem docet Ioannes Caluinus cõtra Anabaptistas lib. 4. Instit. ca. 1. circa finem. Horantius autem loco citato fol. 174. de medicina Disciplinæ differens, agit contra hæreticorũ malam mentem, dum corruptos mores ipsi Ecclesiæ obiectant. legatur epist. 54. Augustini ad Macedonium de Correctione. De eadem materia seu quæstione agit & Ioannes Caluinus lib. 4. Institut. ca. 16. & Hieronymiana Confessio tom. 1. cap. 6. artic. 8. In Censura Orientali cap. 15. per malam Disciplinam npn omninò tolli doctrinam. *vide ibid.* cap. 21. de Ecclesiastica Disciplina & Hieronymianam Confessionem tomo 2. c. 3. art. 6. testimonio 4. de correctione.

Caput VII.

De latitudine & amplitudine argumenti vtilissimi de Disciplina.

HOc argumentum sub se comprehendit iustã tractationem de Clauibus, Ecclesiastica Hierarchia, primatu Petri & successorum. De Iurisdictione Ecclesiastica, de Synhodis, Visitatione, examinatione, ordinatione, institutione ministrorum,

rum, de eorundem destitutione, causarum, cognitione, Ecclesiæ determinatione, criminum correctione, denunciatione, publica pœnitentia, de mensura temporis, de Casibus Papalibus & Episcopalibus, de secreta satisfactione, de instauratione pœnitentium, de suspensione, excommunicatione, irregularitate, Interdicto, de Absolutione seu Reconciliatione aliaque his cognata & affinia, sic vt complectatur diligentem & accuratam procurationem doctrinæ & Sacramentorum, rituumque & morum cum seria animaduersione spiritali in rebelles. Quæ omnia petenda ex Propheticis & Apostolicis scriptis, ex Canonibus Cõciliorum, ex antiquis, pijs doctisque modernis scriptoribus. De collapsa Disciplina passim conqueritur D. Bernardus, Basilius, Aluarus Pelagius in libro de Planctu Ecclesiæ, Paulus Fuschius Episcopus Sarnensis, Hermes Letmatius, Thomas Stapletonus in Declamationibus Quodlubeticis vbi etiam docet Protestantes non esse Reformatores Ecclesiæ.

De distinctione Clauium.

Vtramque clauem tam Ord. quam Iurisd. moderatur clauis scientiæ & discretionis, cuius meminit D. Ambrosius ser. 1. de Natali sanctorum Petri & Pauli, & de hoc Christus Lucæ 11. Væ vobis qui tulistis clauem scientiæ, & ipsi non introistis, & eos qui introibant prohibuistis.

De finitione Disciplinæ.

Disciplina est diligens & accurata procuratio obseruatiõis administrationisq; doctrinę & sacramento-

mentorum, rituumque & morum Eccl. Cathol. cum seria animaduersione sed spirituali in rebelles & criminosos.

De partibus Disciplinæq; diuisione. Discipl. Iurisd. decem capita complectitur.

1. Synh. celebrationem.
2. Visitationem Eccles.
3. Examinationem ordinandoru m.
4. Examinatorum ordinationem.
5. Eorundem ex iusta causa destitutionem.
6. Causarum Ecclesiasticarum cognitionem & determinationem.
7. Criminum coercitionem vel per inquis. de nunc. accusat.
8. Pœnitentiæ publ. dationem.
9. Pœnitentium reconciliationem post peractam exomologesin.
10. Censurarum vibrationem & relaxationem & similia.

CAPVT VIII.

De corrupta olim Disoipliua Curiæ Romanæ iam restituta per Trid. Concilium.

AD Disciplinam spectat agere de Reformatione Curiæ Romanæ, de qua multi docti & pij veterers ac recentiores varias querelas protulerunt, vt præter cæteros D. Bernardus de Consideratione ad Eugenium. huc spectat Concilium deputatorum Cardinalium ad Paulum 3. in Tomis Conciliorum: scripserunt autem de Reformatione Romanæ Curiæ hi, quorum nomina sequũtur.

Vide D. Bernar. querelas annotatas li. 1. inter excerptas sententias D. Bern.

Primò

Primò Dominus Episcopus Brixiensis d Reformatione ad Papam Sium 2. Secundò Decreta Reformationum Martini 5. Sixti 4. Alexandri 6. Iulij 3. & aliorum Pontificum qui in Bullario Pontificum latè habentur. Tertiò Dionysius Carthusianus in libro de Reformatione Ecclesiæ. Quartò Gualterus Mapus in Papam & Curiam librum vnum scripsit, De malis Romanæ Curiæ librum vnum. claruit Anno 1210. Quintò, Iacobus Sadoletus Cardinalis & Episcopus de emendatione Ecclesiæ ad Senatum Geneuensem epistolam scripsit, quæ impressa est Argentorati Anno 1539. cum Ioannis Caluini Responsione. Sextò Ioannis Episcopi Chemensis Suffraganei Saltzburgensis: Onus Ecclesiæ de 7. eius Statibus In folio Coloniæ, Anno 1583. Septimò Ioannes Hildesemensis Carmelita de monstris in Ecclesia Dei lib. 1. Octauò, Nicolaus Clemangis Doctor Parisiensis de corrupto Ecclesiæ statu. Nonò Petrus de Aliaco Episcopus Cameracensis libellum edidit de emendatione Ecclesiæ excusum in 4. Coloniæ etiam in folio Decimò, Petrus Damianus contra Episcopos simoniacos librum 1. & de simoniacæ hæresis confutatione librũ 1. Coloniæ impressum apud Gymnicum edidit. Vndecimò Abbas S. Trudonis scripsit contra Simoniacos libros 7. Duodecimò Symmachus Papa Sardus natione scripsit de excessibus clericorum librum 1. Anno 515. Decimotertiò Talhemij (cuius nomen proprium ignoratur) Theologiæ Doctor epistolam scripsit, in qua de vitijs Romanæ Curiæ conqueritur, eaque esse dicit reformanda, misit illam epistolam ad Conra-

dum Episcopum Moguntinum ex Erphordia Anno 1452. Occasionem scribendi dederat legatus Apostolicus Indulgentias anni Iubilæi annunciãs. Concludit eam his verbis. Si Dominus Apostolicus & Apostolica Curia sua se reformaret vel reformatio generalis per Concilium generale fieret, facillimè membra Ecclesiæ in suo quæque statu reformarentur. Decimoquarto, Theodoricus à Nyen librum scripsit in folio de Reformatione Romanæ Curiæ, & M. S. idem extat in Bibliotheca Imperatoris. Porrò de Disciplina Ecclesiastica in genere & singulis eius partibus suspensione, excommunicatione, degradatione & de modo ac forma disciplinæ agit prolixè Cæsar Baro. to. 1. Annal. ad Ann. D. 17. Petri 13. à p. 497. ad p. [illegible].

CAPVT IX.

De Comparatione Scholasticæ Disciplinæ & Ecclesiasticæ.

IN vtraque praua natura flectitur & *corrigitur*. Melius persuadendo quam minis vel vi aut metu iuxta Terent. Mitionem in Adelphis Act. 1. scena 1. Pudore & liberalitate liberos, Retinere satius credo quã metu. Et errat longè quidem mea sententia. Qui imperium credat grauius esse vi quod fit, quam illud quod amicitia stabilius adiũgatur. Malè coactus qui officiũ facit suum & quæ sequuntur. Lactant. de Ira Dei c. 18. puerorum peccata non coercere peccatum esse ait. In vtraque Disciplina in pluribus par & æqualis ratio est: quæ cõparatio inspectis locis prænominatis cuilibet facillima erit.

Prin-

Principio Rectores & Præceptores in scholis rectè in multis comparentur cum Prælatis: habẽt enim vtrique ius virgarum, de antiquo iure Virgarum in Episcopis habes apud Cæsarem Baro. in Annalibus Eccles. to. 6. Annal. f. 577. deinde vtrisq; iure diuino debetur obedientia. tertiò schola ipsa quoque quasi parua quædam Ecclesia, atque ita inter scholam & Ecclesiam multiplex instituti collatio posset. quartò vtrique rebelles sæpè experiuntur subditos. quintò vtrique propter disciplinam sæpè odio habentur. sextò vtrique difficilem quidem & arduam sed vtilissimam & maximè necessariam sustinent prouinciam. septimò non tam in præsentem, quam in futuram mercedẽ respicere & intueri debent. octauò ipsius Christi exemplum sequentur, qui vitiorum fuit obiurgator & reprehensor acerrimus. nonò vtrique in fine exiguam gratitudinem sentiunt. decimo vtrique sunt positi tanquam scopi ad sagittam. vndecimò vtrique expositi sunt plurimorum præsertim improborum obloquijs & opprobrijs. duodecimò vtrique patres spirituales filiorum suorũ appellantur. Disciplinam scholasticam in castigatione & punitione puerorum constitutam doctè & prolixè explicat Reueren. ac doctus D. nec minus disertus Theologus simul & I. C. D. Iacobus Middendorpius, Decanus nostræ Ecclesiæ ad S. Andræam in libris de Offic. scholast. lib. 1. c. 29. per 7. folia De castigatione & li. 2. c. 28. per 4. fol. vt castigati propter negligentiam aut vitia nõ offendantur, quæ omnia aptissimè ad Disciplinam Ecclesiasticam accommodari possunt.

CAPVT X.

Disciplinæ exequutores odiosos esse multis mirabilibus exemplis historicis comprobatur.

TEstantur id exempla innumera antiquitatis, in primis B. Hieronymi quem Clerus Romanus ob id, quod eius vitia reprehenderet, in exiliũ quodammodo persequendo post mortem Damasi ire compulit. Cleri Romani pars deterior in Hieronymum commota to. 4. Annalium fol. 676. Baronius in prima editione: Deinde Chrysostomi, qui ob eandem causam simili inuidia & odio laborauit, & quoque in exilium eiectus fuit. Simile legitur in vita S. Leodegarij & in Consiliis Iuris de Episcopo quodam Hispaniæ ea de causa occiso, cuius nomen modò mihi non occurrit. Vide admodum memorabile exemplum de Episcopo Narciſco tom. 2. Annalium Cæsaris Baronij ad annum Christi 199. qui tres calumnias passus decessit Episcopatu, erat enim seuerus in *disciplina* in 2. editione fol. 275. S. Benedictum *sui monachi* ob Dicciplinam veneno infuso poculo sustulissent, nisi benedictione & crucis signo occurriſſet. Infinita exempla alia in promptu alijs facilè occurrent in vitis Sanctorum.

S. Leodegar. ab impijs aulicis quod eorum vitiare prehenderet, occisus est.

De Archiepiscopo Mediolanensi Cardinali Borrhomęo sanctissimo refert Reuerend. in Christo quondã Pater Ioannes Franciscus Bonhomius Episcopus Vercellensis Nunçiusque Apostolicus ad German. partes in carmine heroico planè Virgiliano M.S. mihi olim ab eodem communicato, quod inscribitur Borromæus mirabiliter conseruatus, admirabile omninò exemplum. Nam cùm

pro

pro ardẽtissimo zelo quo ferebatur sanctissimus Archiepiscopus, nobile quoddam in suo Archiepiscopatu nobilium dissolutorum admodum, etsic ignobilium Dominorum Monasterium seuerè paterna virgula & ferula visitasset, & hac sua acrimonia istos vitæ laxioris iiberiores dominos offendisset, ad vindictã de Archiepiscopo sumendam vehementer incenduntur & inflammantur. Cõtigit quodam tempore Reuerend. Archiepisc. in sacello rem diuinam peragere. Aderat & interat sacro vnus ex istis libertinis ignobilibus, nobilibus occultè facinus magnum in animo præmeditatum habens, & exequutioni, quantum in se fuit, demandauit. Etenim tormento aut glandine globi clam celebrantis Archiepiscopi dorsum à te tergo petit, sed diuina singulari prouidẽtia operãte Archiepiscopus à Deo protrctus nullum dolorem sensit, telum non hæsit, nec transijt, verùm cicatrix tantum parua relicta post facinus inuenta est. Ita Deus mirabiliter sanctum virum conseruauit. Anno Domini 1112. Laudunenses Episcopum suum VValdricum interfecerunt feria 5. hebdomadæ sanctæ Paschæ in Processione Litaniæ maioris & domum eius exusserunt, quod per rigidam Disciplinam à iuramẽtis temerarijs eos reuocare conatus sit. S. Bruno Augustanus Episcopus à suis præsbyteris manus, pedes & caput amputatus Anno D. 1009. obijt Martyr, quod eorum malos mores correxisset. Hæc duo memorabilia exempla narrat Christianus Massæus lib. 16. Chronicorum Mundi. Surius ad 6. Iuni in vita S. Norberti commemorat, quod non destiterit palam & priuatim

priuatim, oportunè, importunè, corruptos hominum mores & præcipuè Canonicorum corripere hortariq́ue omnes vt tempus sibi datum ad negotiationem salutis æternæ diligenter expenderent. Cùm autem multas propterea persecutiones & insidias pateretur, iterum sese ad Siegebergense cœnobium conferebat, aliquando verò ad Canonicorum monasterium, cui Roda nomen est, sæpius autem ad Lidulphum quendam miræ sanctitatis & abstinentiæ virum eremiq́ue cultorem insignem Quinetiam Tertullianus quod Romanorum clericorum mores & vitia acrius reprehenderet magnam eorum inuidiam sustinuit, vt docet eruditissimus Pammelius in vita Tertulliani, vnde & data eidem fuit occasio deficiendi ad dogmata Montanistarum, quanquam de causa eò ipsum impellente dissentiunt grauissimi auctores.

Compendium Surij ad 25. Ianuarij. Sanctus Poppo Abbas Stabulensis dum ibi fluxos nonnullorum monachorum mores seueriore disciplina vellet deuincire, grauissimum in se odium multorum concitauit, sed vir Dei nullas hominum minas vel insidias timens perrexit strenuè cum omni modestia & mansuetudine collapsa pietatis & monasticæ vitæ fundamenta restaurare. Biennium in ea vinea laborauerat, cum Herichoni Treuerensium apud S. Maximinum Abbati succedere, Imperatoris mandato cogitur ibi similis in eum imò grauior quorundam cum insidiandi copijs inuidia processit eorum videlicet, qui à mona-

monasticis obseruationibus per abrupta deflexerant. Cùm enim sibi sub eo illicita non licere conspicerent consilia iniquitatis & sceleris plena de morte eius machinari cœperunt: & quidem præter alios non dico religiosorum, sed etiam prophanorum hominum auribus indigna eò impietatis processerunt, vt in apponendo beato viro cibis & potibus venenorum suorum vterentur admixtione. Sed hæc Diaboli inuidia per nequitiæ suæ ministros conflata nulla morte Dei ministrum læsit, licet ipse multoties idipsum gustare non refugerit. Eodem modo Helias Propheta & Ieremias, Moyses, Samuel, Esaias, S. Patriarcha Iosephus, Stephanus Archidiaconus, Christus, omnes Apostoli, Martyres &c. ob zelũ disciplinæ & iustitiæ extrema quæque perpessi fuisse leguntur: sed notatu & memoria dignissimum Deum iustũ iudicem de tyrannis & persecutoribus ac rebellibus meritas semper pœnas sumpsisse.

CAPVT XI.

De modo & forma Disciplinæ.

COntinetur hac Gnoma. Si laxes, erepit, si stringas erumpit, de qua sententia lege Pierium Valerianum in Hieroglyphicis doctè & eleganter disputantem: neque enim nimis laxè, neq; rigidè nimis procedendum est medium, hic tenuere beati: mediũ aũt inuenire difficile esse docet Aristot. li. 2. Eth. Nam tempora nostra infirma,

vix ferunt rigorem veterum Canonum vt ex Pontificali Colonienſi ſupra allegaui. ira & benignitas inter ſe temperanda & condienda ſunt. vide ſupra lib. 1. c. 20 totum locum allegatum ex Pontificali Colonienſi. Vita Ignatij Laiolæ lib. 5. ca. 7. docet inſigni propoſito exemplo ſeueritatem cũ benignitate coniungendam. Deinde adulti ſeparandi, vt ex eo dolore reſipiſcant, iuuenes verò non ſeparandi ne fiant contemptores diſciplinæ. Socrates li. 4. c. 23 in vita Sancti Arſenij formam & modum Diſciplinæ pulchrè & eleganter vide apud Gratianum in Decretis per totam Diſtinctionem 45.

CAPVT XII.

Varia & Miſcellanea quædam de Diſciplina.

RENatus Choppinus Andegauus I. C. & in Curia Gallica Aduocatus lib. 2. de Sacra Politia cap. vel tit. 1 de Pontificia Iuriſdictione §. 1. docte Eccleſiaſticum Imperium à regali adiuuari & §. vltimo 22. Communi ope prælatorum ac Principum Reipub. ſtatum conſeruari oſtendit. idem libri 2. titulo 2. §. 9. De Viſitatione Diœceſis per Epiſcopum & Archidiaconum. & § 11. & 12. 13. Quæ nam ſint crimina purè Pontificiæ correctionis. mox idem libri 2. titulo 3. §. 2. Metuendas eſſe Pontificum excommunicationes. §. 3. Iudicati non ſoluti nomine à cenſuris Eccleſiaſticis non eſſe inchoandum. §. 5. 6. 7. 8. Ciſtercienſes, Cluniacenſes, Præmonſtratenſes exemptos eſſe à oteſtate Epiſcopali. §. 9. 10. Nummariam mulctam ab Eccleſiaſti-

clesiastico Iudice reis purè simpliciterque infligi non posse §. 11. Pontificio Iudici Criminum reos torquere ius esse §. 12. Quo pœnarú genere reorum corpora plectantur in Curia Ecclesiastica §. 14.15. Procuratio Politiæ Ecclesiasticæ penes Reges ac Principes §. 16. 17. De sacerdotum Degradatione §. 18. Detrusionis in Monasterium pœna §.19 20.21.22. Monasticæ vitæ professio per varios terrarum Principes. Libr.2.tit.4.§.1. De assertore publicæ Disciplinæ tutelarium formula ex appellatione abusus ergo concepta, quam Cicero vocat euerriculum omnium maliciarũ quod ea scilicet omues fraudes è vita mortalium euerrãtur. & §. penult. eiusdem tit. 4. nempe 28. In correctione morum sententiæ exequutionem appellatione ex abusu non differri. Hoc casu edixit Regia Ordinatio Francica, Anno 1593. & anno 1571. modificata in Parlamento Parisiensi, callidum appellationis perfugium rei iudicatę exequutioni impedimento esse non debere. Quin Francica hæc Constitutio è medijs Pontificiæ legis fontibus hausta videri possit, idem dictante Alexandro 3. capit. ad nostram: De appellationibus & Innocentio 3. in Corcilio generali cap. irrefragabili. De officio Ordinarij. eodem vergit sanctio Allobrogica, ne appellationis obtentu, quæ abusus ergo sit. interposita Ecclesiastica morum Censura correctoque vinculum Ecclesiasticæ Disciplinæ retardetur sicuti forensibus Sabaudiæ legibus continetur. In titulo de Prouocationibus ex abusu Articulo 1. Reliquis porro casibus appellationis auxilium, præsertim, quæ ex abusus formula

sit concepta, fauorabiliter amplectunturnostrates magistratus Iure communi à correctione non appellatur, nisi corrector modum prætergressus sit, cap. reprehensibilis. De appellationibus. Idē lib. 2. titulo 6. §. 15. 16. Sacræ Politiæ curam à regū Principumque officio non abhorrere. & de eodem argumento tractat copiosè initio libri primi de sacra Politia: De mutuis Ecclesiasticę & regiæ potestatis officijs in προθεωρία, & in Præfatione tam ad lectorem, quam ad regem Galliarum & hoc lib. 2. cap. 6. §. 18. 19. De publica honorum præeminentia inter Abbates & Canonicos Cathedralis Ecclesiæ. Libri 2. Titulo 7. §. 8. 9. Varia Cœnobia legi Diœcesanæ Episcoporum eximi §. 10. 11. Moderati sumptus Visitanti Diœcesano præstandi. §. 12. An Diœcesanorum ius Visitationis & Procurationis præscribi possit ab Ecclesiasticis Episcopo inferioribus. §. 13 14. Cœnobia quædam à Visitatione Censuraque Episcopi libera. §. 16. Cœnobiorum Visitationes & reformationes ex mandato regiorum magistratuum. §. 27. Quanta Regij cum Ecclesiastico imperio affinitas & consociatio. §. 29. De Angliæ Statutis Ecclesiasticis.

Libri 2 titulo octauo de Cœnobiarcha seu Regulari Monachorum præfectura. §. 1. Ciuilis Politiæ in Monachos vt in seculares clericos æqua potestas. §. 2. Generali Iacobinorum Magistro nō licere patria & finibus vni eorum interdicere. §. 6. Quantum à clericis monachi olim distarent. §. 13. Priorem Commendatarium in Monachos correctio-

rectionem non vti. §.22. De Monachorum Visitane & Monasteriorum per prælatos Dioceſanos. §. 23.24. De Abbatis in Monachos Iurisdictione seu coercitione. §.25.26.27.28. Cœnobiorum reformatio facienda per superiores Ecclesiæ præfectos. §. 29.30. Eandem Reformationem auctoritate Magistratus sæpiusculè promoueri. Libri 3. Sacræ Politiæ tit. 2. §. 20. In auaritiam clericorum. Lib. 3. tit. 4. §. 24. Aduersus laicos diuinum turbantes officium in foro laico agendum esse. lib. 3. titul. 6. §. 10. 11. De temporali dominio & potestate Prælatorũ §. 4. Quanta Principi cura incumbat in rerum Ecclesiæ tuitionem. §. 13. De Syndicis Ecclesiæ. §. 14. In morũ corruptelam præsentis ætatis. §. 21. Principum officium in iuribus Ecclesiasticis conseruandis.

Libri 1. Ecclesiasticæ Politiæ de singularibus priuati cuiusq; moribus Politicis probandis ad sacri ministerij functionem Ciuili magistratu adiutore retinetur Catholicæ Disciplinæ neruus in rebus externis, quia magistratus est lex animata & minister Dei. Est enim anima Christianæ Reipublicæ nil aliud, quam Politia, tãtam in ea vim obtinens, quantam habet in corpore prudentia. Id quod generatim expressum videtur ab Isocrate in Panegyrico ἔστι γὰρ ψύχη πόλεως οὐδὲν ἄλλο ἢ πολιτεία, τοσαύτην ἔχουσα δύναμιν ὅσπερ ἐν σώματι φρόνησις, id est, anima Ciuitatis nil aliud quam Politia tantam in ea vim habens, quantam in corpore prudentia. Libri 1. titulo octauo. §. 20. De Ecclesiæ Patribus, qui necdum ini-

iniitiati, ad ſummas ipſius Eccleſiæ dignitates v. no gradu ſunt euecti. §. 21-22. Variorum Archidiaconorum poteſtas & prærogatiua Archidiaconos B. Clemens in epiſtolis & Euariſtus vocarunt oculos Epiſcoporum cap. Diaconi 73. diſtinct. eos Diaconos laudibus veſit Hieronymus ad Ruſticũ. Carnutenſis Archidiaconus ab Innocentio 3. celebratur ſacrorũ procurator & Eccleſiaſticæ Diſciplinæ cenſor. In Decretalibus libr. 1. tit. 27. De officio Cuſtodis. His tribus Archidiacono, Archipræsbytero & Cuſtode munitur Eccleſiaſtica diſciplina c. 2. eodem: tit. 27. Galeni libellus, quemadmodum quis animi ſui affectus corrigere poſſit Helmæſtadij apud Iacobum Lucium in 4. editus eſt, & ad materiam de Diſciplina pertinet. Ad argumentum de Diſciplina Eccleſiaſtica ſpectant quoque duo libri præſtantiſſimi Alphonſi de Caſtro de Poteſtate Legis pœnalis. etenim quid eſt aliud Diſciplina Eccleſiaſtica, quam pœnalis delictorum coercitio authoritate poteſtatis Eccleſiaſticæ facta. vnde Alfonſus à Caſtro pulchrè ait iu præfatione iſtorum librorum ſi pœnarum terroribus non coerceantur homines à legum tranſgreſſione, nimia licentia & impunitate ruét in omnia ſcelera. quoniam ſublata legum & diſciplinæ poteſtate multò debilior & vilior patria erit, quam ſi omnes illius muri ad terrã proſternerentur, & omnia tormenta bellica, quibus omnes ſuos hoſtes à ſe propellere poſſet, protinus confringerentur. Quoniam niſi leges vires habeant, quibus homines ad bonnm impellere & à malo valeant auertere & deterrere, tantò patria

tria erit hostibus peioribus peruia, quanto peiores hostes sunt vitia, quæ animum iugilant, quam alij, qui etsi corpus occidere pnssint, animæ autẽ ne tantillum incommodate valeant. Sunt enim leges ptæsertim pœnales, quæ potissimum patriã custodiunt. sunt muri ciuitatum, in quibus totum illarum præsidium constitutum est. sunt tormenta bellica, quorum terrifico tonitruo vitia, quæ, vt dixi, plusquam mille alij hostes, ciuitatibus nocere possunt, longissimè ab eis repelluntur. Multa præclara de Disciplina Ecclesiastica continet Archiepiscopale Bononiense Cardinalis Gabrielis Paloeotti Parte 1. per cap. 19. De officijs & partibus Episcoporum in exercenda Disciplina, In Parte 2. De Clausura Monialium in Parte 3. De Pœnitentiarijs, De congregationibus casuum conscientiæ. In Parte 4. De Scrutinio in Synhodo Dioceſana habendo pulchrè & latè sunt 77. Interrogationes in 6. capitibus. & in Concilio Prouinciali Bononiensi 1. de Visitatione, De examine. De Monialibus. De congregationibus habendis singulis mensibus ad promouendam Ecclesiasticam Disciplinam, De Residentia per octo ca. De Visitatione per 4. cap. rursus de Scrutinio septem puncta, rursus de Monialibus 24. puncta, & inter alia puncta De Disciplina Monialium & Clausura, & in eadem Parte Quarta de Reformatione Concubinariorum. In Parte Quincta Congregatio pro Disciplina Monialium, Congregatio pro Visitatione, Congregatio pro rebus hospitalium. Congregario pro Conuertitis & alijs locis pijs Congregatio Archipresbyterorũ Dioceſeos

ceſeos Bononienſis, Congregatio Viſitatorum Ecclesiæ & aliorum piorum locorum. Congregatio regiminis Conuictorum Seminarij. Congregatio regiminis Catechumenorum. Congregatio pro regimine hoſpitalis infantum expoſitorum. Variæ Confraternitatis laicorum ad reformationē & Diſciplinam ſpectantes.

In Seminario Bononienſi de Morum Diſciplina. Formula & modus viuendi Conuictorum ſeminarij. Regulæ à Conuictoribus ſeminarij obſeruandæ, & in Statutis Societatis perſeuerantiæ agitur de diſciplina & forma exercitiorum Congregationis Oratorij. in parte 6. Archiepiſcopalis Bononienſis de rebus tribunalis Archiepiſcopalis ad Reformationem pertinentibus, De Viſitationibus ciuitatis & Diocæſis, De Monaſterijs ſanctimonialium, De Pœnitentiarijs, De Viſitationibus hoſpitalium, De confraternitatibus ſpiritualibus laicorum, Congregetio Reformationis ad ſanctimoniales ſpectantis vbi ponuntur 12. Licentiæ pro 12. perſonis diuerſis, quæ ad crates ſeu adloquutoria accedere poterunt & aliæ 6. Licent. pro ijs, qui vrgēte neceſſitate erunt intra clauſtra monaſteriorum admittendi, & in Congregatione Oeconomiæ Menſæ Archiepiſcopalis quæ ſint curanda ab Oeconomis circa officium præfecti Domus & Diſciplinam familiæ Archiepiſcopalis denuò de Viſitatione Summarium eorum, quę ad Viſitationem pertinent, ſummarium eorum, quæ ad Viſitationem ab Archiepiſcopalibus miniſtris faciendam pertinent, & præcipuè de generali Viſitatore, De Decretis Viſitationum exequutioni mandan-

mandandis, De Vicarijs Foraneis. In Parte 6. & vltima quindecim habentur Orationes Cardinalis Palæotti disciplinales ad reformationē & emendationem diuersorum Statuum Mundi spectantes. In hoc prænominato pulcherrimo vtilissimoque opere continetur vera praxis gubernandę & administrandæ Ecclesiæ iuxta decreta Concilij Tridentini. legito Partitiones Iuris Canonici seu Methodum D. Gregorij Tholosani de hoc argumento, & Anthonij Cucchi Pandectas Iuris Canonici. Adde his Acta Mediolanensis Ecclesiæ sub Carolo Borromæo in 3. Partes diuisa, vt refert Possevinus in Bibliotheca selecta libro quarto, capite vigesimo. Prima pars continet Acta quinque Conciliorum Prouincialium. Secunda pars complectitur octo Diocæsanas Synhodos & Instructiones varias nempe 20. in specie 1. fabricæ ac supellectilis Ecclesiasticæ. 2. prædicationis verbi Dei. 3. Oblatorum S. Ambrosij. 4. pro Confessarijs. 5. pro administratione Eucharistiæ. 6 pro Sacramento Confirmationis 7. pro initiandis Sacramento Ordinis. 8. pro celebratione Officiorum pro mortuis. 9 pro solennibus Processionibus. 10. pro Litanijs triduanis. 11. pro solenni Processione Corporis Domini. 12. pro oratione 40. horarum. 13. pro oratione sine intermissione. 14. pro benedictione ædium. 15. Pro celebratione Iubilæi Anni sancti. 16. Ceremoniarum ad vsum sacerdotum pro Missæ sacrificio. 17. pro vsu notitiæ Status Cleri. 18. Ad vsum conficiendi Status animarum. 19. Ad vsum Vicariorum foraneorum. 20. Regulæ Congregationum fora-

foraneorum. Tertia Pars comprehendit Literi Paſtorales 1. in genere literas Paſtorales. 2. in ſpecie de Oratione Veſpertina & ordine ipſius inſtitutæ 3. De oratione ſine intermiſſione & ordine eiuſdem. 4. de Supplicatione & Oratione publica. 5. de Aduentu. 6. De Septuageſima. 7. de Iubilæo Anni Sancti. 8. Literas Pontificias de Iubilæo Anni ſancti conceſſas Ciuitati & Diocæſi Mediolanenſi. 9. Inſtructiones & Regulas ad vſum Iubilæi ſanctè celebrandi cum literis Paſtoralibus eiuſdem generis 10. Literas Paſtorales. 11. De ſeptem Baſilicis Stationalibus inſtar vrbis Rom. 12. De gratiarum actione pro 7. Stationalibus Eccleſijs conceſſis. 13. Indulgentias certis Eccleſijs Stationalibus Mediolani conceſſas inſtar Baſilicæ vrbis Romæ. 14. Eccleſias Stationales viris ſeparatim conſtitutas à fœminis. 15. Monitiones Paſtorales impendente peſtis periculo. 16. Indictionem Supplicationum, ieiuniorum, peſtis tempore, & librum precum in peſtilentia. 17. Literas Paſtorales de Mendicis in vnum locum cogendis. 18. De Pietatis Deuotioniſque exercitationibus Quarantænæ tempore & Literas Paſtorales de Quarantena. 19. Literas Paſtorales de aſperſione aquæ ſanctæ & ædium benedictione. 20. Inſtructiones ad vſum benedictionis ædium. 21. Literas Paſtorales de barba radenda. 22. Literas Paſtorales de Viſitatione Cleri & populi ac de præparatione 23 Literas de ijs, qui veſtes contagioſas ſurripuerint. 24. Literas Pontificias de Indulgentia populo Mediolanenſi conceſſas. 25. Literas Paſtorales de trib. ſolennibus Proceſſionibus voti publici

blici causa.26.Literas Pastorales de solenni Officio pijsque suffragijs pro defunctis tempore pestis.27. Librum Monitionum Pastoralium ad popnlum Mediolanensem. 28. Literas Pastorales de Processionibus solennibus pro gratiarum actione peste exstincta. 29.Literas Pastorales de obitu Serenissimi regis filij. 30. Literas Pastorales plenas paternæ obiurgationis & cohortationis ad tollendas morum corruptelas.31.Literas Pastorales de translatione sacrarum reliquiarum. 32.Literas Pastorales de Tranflatione sacræ Imaginis D.Mariæ virginis & Sermonem Cardi. & Archiepiscopi Borromæi in exequijs sereniſſimæ reginę Hispaniarum.33.Regulas Confratriarum.34.Prorogationem Synhodi Diocæsanæ &Prouincialis. 35. Indictionem trium synhodorum Diocæsanarum.36.Prnrogationes synhodorum Diocæsanarum.37.Edictum de Visitatione. 38 Edictum contra Concubinarios.39.De clericis habitum clericalem non induentibus. 40. De residentia. 41.De hæreticis hæresumve nomine suspectis.42.De festorum dierum cultu.43.De sacrosanctis Ecclesijs 44. Literas Monitionum de Dominica 1. Quadragesimæ.45.Edictum & Decretum de Dominica 1. Quadragesimæ.46.Edictum de obseruantia Quadragesimæ.47.Edictum de Bibliopolis & impressoribus. 48. Edictum de Ordinatione. 49. Varias formulas administrandæ Ecclesiæ. Meminerint Episcopi, Nuncij Apostolici & sacerdotes parochi, vt tanquam ex locuplete penu quæ ad praxin Episcopalem & parochialem pertinent, hinc excerpant & colligant, & capita præcedentia in

vsum transferant. Hæc triplicia Acta Mediolanensis Ecclesiæ per Carolũ Borromæum Mediolanensem Episcopum vsurpata in suæ Ecclesiæ administratione & edita, sunt similia & affinia in pluribus magno Archiepiscopali Bononiensi in quo agitur de Bononiensis Ecclesiæ administratione per Cardin. Gabrielem Paloeottum. Ex. trisque licet perspicere quam fœlices sint populi Cethim, qui tales nacti sunt Episcopos & Ecclesiarum gubernatores. Præstantissimum remediũ Disciplinæ & iuuandarum Paræciarum efficax & commoda ratio vt securis ad radicem arboris ponatur & per viam poli tentandum, ait Possevuinus li. 4. Bibliothecæ selectæ cap. 18. vt ipsi quoque Præfecti colla submittant virgæ Pastorali, cũ conscientiæ hominum & animi sint quodãmodo agri animati teste Clemente Alexãdrino in ipsas conscientias oratioue, ieiunijs, cohortationibus, confessionibus absolutionibus, blanditijs interius penetrandum erit. Possevuinus lib. 3. Bibliothecæ Selectæ cap. 21. enumerat elenchum auctorum, qui scripsere de varijs Statibus hominum. Quotquot autem Officia & mores Statuum explicarnnt; ijdem Disciplinam etiam vniuscuiusque ordinis exposuerunt. De Statibus autem plures quam quinquaginta diuersos auctores recitat. Quin & illi scriptores, qui Summas Casuum Conscientiæ nobis reliquerunt ad argumentum de Disciplina Pœnitentiæ spectant. tales recenset Possevuinus. lib. 3. Bibliothecæ Selectæ capite 22. penè septuaginta. Nec abhorrent ab instituto & proposito nostro Isidori libellus & Doctoris

ris Michaelis Thomasij de ratione habendarum Synhodorum. Alexander Farra. in Zoroastro seu de Dei Regno, Hieronymus Romanus de Repub. Christiana in 4. libris. Lensæus Belliolanus ait Disciplinam veteres Patres vocasse gubernaculum in tempestate Ecclesiæ vt supra in Cypriano & Leone audiuimus.

De solerti & vigilanti studio restituendæ Ecclesiasticæ disciplinæ Gennadij Constantinopolitani Episcopi admirabile & memorabile admodum exemplum refert Cæsar Baronius to. 6. Annalium Ecclesiasticorum fol. 243. ad annum Christi 459. de clerico Ecclesiæ S. Eleutherij Martyris, qui cum nec increpatiõibus nec paternis flagellis emendari potuisset, accusauit eundẽ coram Martyre Eleutherio, vt ipse eum corrigeret aut præcideret, hinc in crastinum mortuus inuentus est scelerum opifex. Charisius teste Sophronio in Prato Spirituali cap. 145. & Nicephoro libr. 15. capite 23. Theodoro Collectore libro primo. Referuntur & spectant propriè ad nostrum argumentum de Disciplina libr. 8. Thomæ Bozij contra impios Politicos in quibus philologus ex varia lectione ex omni genere literarum & historiarum hoc argumentum versat, quod videlicet fœlicitas Ecclesiæ & omnium Rerumpublicarum, regnorum & monarchiarum dependeat à Disciplina virtutum omnium & veræ coniunctę Catholicę religionis illosque, qui disciplinam virtutum excoluerunt & veram vnicam religionem obseruarũt semper floruisse & temporalibus bonis etiam abundasse, contra qui honesta virtutum

Disciplina neglecta atque contempta & conculcata Orthodoxa religione hæresibus adhæserunt, aut eas propugnarunt à Deo fuisse punitos in magnas calamitates & miserias coniectos, & ad extremas angustias fuisse redactos. percurrit in hoc vtilissimo argumẽto omnes partes philosophiæ, omnes facultates, omnes scientias, omnes monarchias, omnes historias Hebræorum & Biblicas, vt nihil amplius in hac materia possit desiderari. antequam hi libri octo fuissent editi & ad manus meas peruenissent, deprehendi postea meam rationem & methodũ tractandi de Disciplina consentire cum ordine & via Bozij, quæ res non exiguam mihi attulit voluptatem, meas videlicet meditationes cum tanti viri contemplationibus congruere sine præuia inter nos collatione mutua aut librorum vtriusque præcurrente lectione. Ad nostrum hoc argumentum quoque pertinent Reuerend. P. Petri Azor de Casibus Conscientiæ tres Partes Coloniæ Anno D. 1598. excusæ apud viduam Gymnici, & Tractatus amplissimus de Censuris Ecclesiasticis Venetijs auctore Bartholomæo Vgolino Anno 98. & Scrutinium sacerdotale siue modus examinandi tam in Visitatione Episcopali, quam in Ordinum susceptione à Reuerendo D. Fabio Incarnato in duas partes diuisum. Venetijs in 8. Pastorale Romanum Antuerpiæ apud Ioannem in 4. omnia hæc Anno 98. Tractatus de Irregularitatibus & impedimentis ordinum, officiorum & beneficiorum & Censuris Ecclesiasticis, & Dispensationibus super eis. Paulo Borgaso Feltrensi Episcopo Nemosiense Gubernã-

bernatore generali ac prolegato in Thuscia I. V. C. acutissimo auctore. Venetijs ann. 1574. & Summa Catholicæ fidei Apostolicæ Doctrinæ & Ecclesiasticæ Disciplinæ nec non totius Iuris Canonici à Reuerendo P.F. Petro Crespetio Cælestino Parisiensi asserta Anno D. 1598. Per singula vocabula alphabetico ordine omnia tam ad Disciplinam Ecclesiasticam pertinentia, quam ad Apostolicam fidem & doctrinam præcipua religionis Christianæ capita ab origine Euangelij per successionem ad Augustini & Gregorij Magni ætatē persequitur, sedulò illis etiam annotatis, quæ ad mores Ecclesiasticos & ad Disciplinam conseruandam, & ex veteri ritu retinendā spectare noscebantur. Huc quoque ad nostrum institutum refertur Enchiridion de Censuris, Excommunicatione, Suspensione, Interdicto & Priuilegiatis non modò vtile ijs, qui curam animarum administrāt, sed ijs etiam, qui iudicia in foro Ecclesiastico exercent auctore F. Fœliciano Episcopo Scalensi. Engelstadij Anno Domini 1583. Huius etiam argumenti sunt Constitutiones & Decreta. Sex Synhodorum prouincialiū Mediolanensium quas habuit Cardinalis & Archiepisc. Mediolanensis Borrhomæus vno volumine sex libris distinctæ, Venetijs Anno Domini 1596. editæ per collectorem & digestorem Reuerendum Præsbyterum Dominicum Zucchinettum à Suna Verbani lacus Nouarensis Diocæsis. Libri 1. tituli sunt 57. De Professione fidei & eius tuendæ cura. 1. pag. De hæreticis hæresumve nomine suspectis p. 4. De sanctæ Inquisitionis officio. pag. 3. 6. De Iudæis. pag. 7. De

Cingarijs 10. De editione & vsu sacrorum librorum ac Indice librorum prohibitorum deq; impressoribus & Bibliopolis. 11. De abutentibus sacra scriptura 13, De Ludi. magistris. De fidei initijs à Parocho tradendis & scholis Doctrinæ Christianæ 15. De Præbenda Theologali. 17. De prędicatione verbi Dei sacrisq; concionibi18. De Concionatoribus siue Episcopi siue Parochi siue alij quicunq; sint etiã Regulares 21 De examine Concionatorum & sacræ scripturæ interpretũ 25. De cultu sanctorum 27. De sanctorum reliquiarum veneratione & custodia 27. De Miraculis nouis nouisq; reliquijs 33. De Imaginibus sacris & prophanis deq; Pictoribus & scriptorib. 34. De Imagine sanctæ crucis & pilis structilib. in vijs publicis constituendis 36. De Indulgentijs 37. De actiouibus & representationibus sacris 39. de Magicis artibus, veneficijs, Diuinationibus prohibitis 39. De superstitionibus 40. De Blasphemia 40. De festorum dierum cultu. 41. De Clericorum ad festorum dierum celebritates conuentu 49. De obseruandis à Christi fidelibus in Aduentu, Septuagesima, Sexagesima, Quinquagesima, Quadragesima 47. De Oratione 52. De religiosis peregrinationibus 55. De votis consuetudinibus pijs institutis 57.

Tituli 2. libr. 22.

De Sacramentis in genere & Sacramentalibus pag. 59. De Sacramento Baptismi pag. 741. De Baptisterio, vasis, instrumentisq; & alijs ad baptizandi vsum spectantibus 8. De Sacramento Confirmationis 94, De Sacramento Eucharistiæ videlicet de

cet de eius custodia, vasisq; & instrumentis ei vsui oportunis cum eorundem formis 98. De sanctæ Eucharistiæ in Ecclesiam administratione & sumptione 110. De vasis instrumẽtisq; ad sacræ Eucharistiæ in Ecclesia administrandæ vsum cum eorũdem formis 117. De sancta Eucharistia ad ægrotos deferenda, indulgentiaq; publicanda 118. De vasis instrumẽtisq; ad sacram Eucharistiam deuotè ægrotis deferendam cum eorundẽ formis 123. De S. Sacramento Processionaliter deferendũ necessarijs cum eorundem formulis 127. De Oratione Quadraginta horarum & Sanct. Sacramenti asseruatione feria 5. in Cœna Dom. 189. De vasis & instrumentis exponendæ sacræ Eucharistiæ vsui pro oratione 15. horar. necessarijs cum eorundem formulis 134. De Sacramento Pœnitentię 134. De Pœnitentario & eius examine 140. De Confessario 140. De Confessionali. De Confessarij examine 151. De Sacramento extremę Vnctionis 153. De vasis ac instrumentis ad extremę vnctionis sacramentum decenter ministrandum necessarijs cum eorundem formulis 158. De Sacramentis Ordinis sacra ordinatione, ordinandorum examine & examinatorum officio 158. De seminario clericorum 188.

Libri 3. Tituli 15.

De Beneficiorum collatione & prouisione. De Beneficijs Iurispatronatus. De edicto proponendo in examine eorum, qui pręficiendi sunt Ecclesijs parochialibus, &cęt. De examine eorum qui pręficiendi sunt parochialibus & curatis alijs Ecclesijs quibusque alia beneficia sunt conferenda.

De examine eorum recognoſcendę doctrinæ
progreſſionis cauſa quibus animarum cura &
lia ſpiritualia munera committi poſſunt.
De parochijs & parochialibus iuribus & offici
De Vicarijs perpetuis & temporalibus Coadi
torię ſuę.
De beneficiorum permutatione.
De beneficiorum pluralitate.
De beneficiorum vnionibus.
De Penſionibus & Penſionarijs.
De examine & Inquiſitione promouendorum a
Eccleſias Cathedrales.
De loco Epiſcopalis Cathedrę in Cathedrali Ec
cleſia.
De vita & honeſtate Epiſcoporum & certis Epi
copalibus officijs.
De vita & honeſtate clericorum & eorum ſtudij
& ſpiritualibus occupationibus.

Tituli libri 4. ſimul 72.

De Miniſtris Cathedralis, Collegiatæ & alterius
Eccleſię.
De officio eius qui choro præſidet.
De ijs qui dignitates, perſonatus aut Canonicatu
habent.
De officio Magiſtri, Chori & Ceremoniarum.
De officio Sacriſtæ.
De officio Manſionarij.
De officio Punctatorum.
De officio Theſaurarij.
De officio Cuſtodum.
De functionibus minorum ordinum in vſum re
uocandis.

De Ostiario: De Lectore. De exorcista. De Acolutho. De ratione diuinorum officiorum. De Musica & Cantoribus. Quando & quomodo ad diuina officia conueniendum. Quomodo versandum in choro. Quomodo à Choro recedendum. De disciplina Chori. De Missa & Vesperis Pontificalibus vel Episcopo assistente ab alijs cantandis. De supellectile Missarum, diuinorum officiorũ ministeriorumque Episcopalium propria &c. De Missis sine cantu ab Episcopo celebrandis. De Missis conuentualibus tam in Cathedrali quam Collegiatis alijs Ecclesijs celebrandis. De supellectile quæ Canonicis cæterisque non solum Cathedralis, sed etiam Collegiatæ Ecclesię ministris in Missis Conuentualibus diuinisque officijs vsui est. De Missa Parochiali & Missis alijs infra limites Parochialis Ecclesiæ celebrandis ac diuinis officijs alijs peragendis. De supellectile Ecclesiæ Parochialis quæ in Missa cum Cantu & sine Cantu diuinis officijs & alijs sacris ministerijs adhibetur. De Missis sine Cantu in quibuscunque Ecclesijs & à quocunque sacerdote celebrandis. De supellectile Altaris Minoris in Collegiata, Cathedrali, parochiali Ecclesia tam dotali quam indotali, deque supellectile ad vsum celebrationis Missarum. De residentia Episcoporum, Canonicorum, Parochorum & aliorum Ecclesiæ Ministrorum ac beneficiatorum quorumcunq;. De Punctatoribus: De Distributionibus dandis, & in pœnam subtrahendis & subtractis, quibus applicandis. De ijs, quæ ad Capitula Collegiatarum & Cathedralium Ecclesiarum pertinent: De Archi-

uio Capitulari. De Bibliotheca Ecclesiastica. De Canonicalibus Parochialibus Clericalibus ædibus. De Ecclesijs sacrisve alijs locis & eorum cultu. De Ecclesiarum fabrica. De Lampadibus lampadariove. De sacrario. De sacristia Cathedralis, Collegiatæ, parochialis Ecclesiæ. De vasis aquæ sanctæ. De Ambonibus. De suggestu. De capsulis eleemosynarum. De tabulato ad vsum Ecclesiæ distinguendo. De sedilibus muliebribus. De Cápanili. De Campanis, De sepulchris. De Cœmiterijs. De loco vbi feretra & id genus cætera asservantur. De ornatu, decore ac nitore sacrorum locorum. De profano vsu à locis sacris tollendo. De religiosa in locis sacris conuersatione. De altarium & Ecclesiarum consecrationibus aliarumque rerum benedictionibus. De ratione adhibenda in Ecclesijs altaribusve prophanatis. De Ecclesijs instruendis vel diruendis, instaurandis, vel transferendis. De Ecclesiastica Immunitate. De Ecclesijs simplicibus Oratorijs ac Capellis, in quibus Missæ sacrum aliquando fit. De Sacristia & suppellectile Ecclesiæ simplicis & Oratorij vbi Missa celebratur. De Oratorijs, in quibus Missa non celebratur. Quæ pertinent ad bonorum & iurium Ecclesiasticorum conseruationem, rectam administrationem & dispensationem. De Processionibus & supplicationibus. De suppellectile De suppellectile, quæ processionum vsu communis est Cathedrali, Collegiatæ, & Parochiali Ecclesiæ, cum eiusdem formula. De funeribus & exequijs. De funere summi Pontificis. De funere Episcopi & Metropolitani. De officijs & anniuersarijs defunctorũm. De suppellectile, quæ officio

rum

rum funeralium & anniuersariorum propria est cum eiusdem formis. De diligentia ab Episcopo adhibenda in statu vniuscuiuiusque parochiæ cognoscendo. De Vicarijs foraneis Regionumq; præfectis constituendis & eorum officio.

Tituli libri quinti 28.

De Visitatione. De Concilio prouinciali eiusque constitutionibus & decretis. De Synhodo Diocæsana. De testibus Prouincialis & Diocæsanæ Synhodi. De monitionibus in Synhodo legẽdis. De foro Episcopali, deq; iudicijs & expeditionibus quæ in Ecclesiastico foro aguntur. De ferijs. De Vicario Episcopali & alijs Iudicibus Ordinarijs & delegatis cõseruatoribusq; & Iudicibus laicis. De Causidicis, Procuratoribus & Aduocatis tam Causarum quam Fisci Episcopalis. De Cancellario & Notarijs ac scribis Cancellariæ Episc. deq; ipsa Cancellaria secretarioq; Episcopi. De legibus & taxa Iudicibus quibuscunque Notarijs, scribis, alijsq; inferioribus ministris præscripta. De præfecto Reformationis tribunalis & taxarum De inferioribus fori Episcopalis ministris carceris custodibus & reis. De carceris protectore. De Visitatione ab Episc. facienda Tribunalis & carceris. De Iurisd. Episcopali, Apostolicis constitutionibus edictisq; & alijs instructionibus Episcopalibus publicãdis & asseruãdis. De Archiuo Episc. De Sacramento Matrimonij. De adulteris, Cõcubinarijs, fornicarijs &c. De meretricibus & lenonibus. De mimis, histrionibus, circulatoribus, tabernis meritorijs, aleatoribus. De Caupõ & Hospitatorib⁹. De immoderatis sũptib. luxuq; vano

& su-

& superfluo ornatu coercendis. De patribus familias & famulis dominorum. De disciplina Christiana militum. De vsuris & vsurarijs. De piorum locorum administratione. De sodalitatibus.

Tituli libri sexti 23.

De Regularibus & exemptis. De Monialibus. De Ecclesia exteriori & interiori Monialium. De Monasterio Monialium & eius partibus. De Monialium numero. De præfectis & alijs ministris Monialium. De puellis ad religionem admittendis. De Nouitijs ad professionem recipiendis. De diuinis officijs, precationibus & lectione Monialium. De communis vitæ vsu & proprietate tollenda. De clausura & quæ ad eam tũdam aliqua ratione pertinent. De conuersis. De mulieribus pœnitentibus. De puellis secularibus, quæ in Monasterijs educantur. De Concionatoribus, Confessoribus, Visitatoribus & Capellanis Monialium. De propria regula & constitutionibus his assiduè legendis. De Censuris. De pœnis & mulctis. Quæ generatim ad hæc prouincialia decreta & alia pertinent. De subscriptionibus Episcoporum. De Indictionibus futurorum Conciliorum. De Constitutionibus & literis Pontificijs, quarum in omnibus Concilijs Prouincialibus mentio fit, quæque eis in fine annexæ sunt. De Indice rerum & materiarum omnium quæ in hoc volumine continentur. Si quis veram ideam, genuinam formam, expressam effigiem politiæ & rationem rectè gubernandæ Catholicæ Ecclesiæ & ordinandæ iuxta priscam antiquam Apostolicam formã

videre

videre legere, imitari desiderat. in hanc perfectissimam Politiam Ecclesiasticam intueatur, hanc aspiciat simulque adumbratam & expressam in Archiepiscopali Bononiensi Illustriss. Cardinalis & Archiepiscopi Bononiensis Gabrielis Paleotti, & Acta Mediolanensis Ecclesiæ sub Carolo Borrhomæo in tres partes diuisa, de quibus supra Cum hac forma Politiæ Catholicæ, collatæ Politiæ hodiernæ Caluinistarum quales in earum Synhodis Belgicis & Gallicis M.S. quas penes me fideliter custodio, & in eorundem varijs libris de Politia scriptis, continentur δὶς δία τριῶν distãt & quasi anarchiam potius quandam vel polyarchiam & confusiouem quam legitimam politiam & rectam administrandæ Ecclesię rationem sapiunt: quod me euidenter, planè & perspicuè vitam Deo largiente demonstraturum polliceor.

(*.*)

Laus Deo qui dedit velle & perficere.

ERRATA.

Pag. 1. lin. 17. quæ, lege quasi l. 18. Gregoriana. p. 5. l. 11. moralibus. p. 7. l. 12. reuocari ac reduci. & l. 19. Moribus. p. 8. li. vlt. materid. p. 9 l. 26. imitatur. p 1 . l. 21. farraginis. p. 20, li. 16. in Concil. generali p. 40. l. 10. astantium & iin. antep. facto. p. 42. l. 10. nostri impudentia. p. 47. li 17. classico. p. 117. li. vlt pro tot lege vt p. 118. l. 3. per disciplinam. & li. 4. tendantur, & remouentur. p. 466. l. 12. regem. & l. 21. Polidorus

Ecclesiastica
disciplina
Corn. Schultingy.
1599
Exon.

Th
4843

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN